

S. SIXTI II.
PHILOSOPHI PONTIFICIS R.
ET MARTYRIS

ENCHIRIDION

UT CHRISTIANUM SEC. III. MONUMENTUM
JUXTA CODICEM BEATI RHENANI EDIT, OBSERVA-
TIONIBUS ILLUSTRAT, ADVERSUS S. HIERONYMI,
GELASII, J. M. BRASICHELLENSIS &c.
CENSURAS VINDICAT,

CONCILIOQVE ROMANO
SVB AVSPICIIS

BENEDICTI XIII. P. R.

A. R. S. MDCCXXV. CONVOCATO,
AD RESTITUENDAM LIBRI FAMAM
OFF. OFFERT

URBANUS GODOFR. SIBERUS,
S. THEOL. LIC. ANTIQV. ECCL. IN ACAD. P. P.
ET AD ÆDEM THOM. DIAC.

LIPSIÆ,
PROSTAT IN OFFICINA WEIDMANNIANA.
M DCC XXV.

J.D.B. 1727

ORIGENES contra CELSUM.

Lib. VI. p. 313.

ΚΑΚΙΑ ΔΕ Η ΜΕΓΙΣΤΗ ΕΝ ΛΟΓΟΙΣ ΕΣΤΙΝ,
ΟΤΕ ΕΓΚΑΛΕΙ ΤΙΣ ΤΟΙΣ ΕΤΕΡΟΔΟΞΟΙΣ ΠΕΡΙ
ΤΙΝΩΝ ΔΟΓΜΑΤΩΝ, ΩΣ ΟΥΧ ΥΓΙΩΝ, ΠΟΛΛΩ
ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΑΥΤΟΣ ΕΧΩΝ ΤΑ ΕΓΚΛΗΜΑΤΑ ΕΝ
ΤΟΙΣ ΙΔΙΟΙΣ ΔΟΓΜΑΣΙΝ.

EST AUTEM MAXIMUM IN DISSERENDO
VITIUM, SI QUIS OPINIONEM ALIORUM AC-
CUSET, UT NON SANAM, QUUM IPSIUS OPI-
NIONES COMPERIANTUR NON ALIENÆ AB
EODEM CRIMINE.

Sächsische
Landesbibliothek
Dresden

9958 IV 166

SIXTUS II.
PHILOSOPHUS, EPISCOPUS R. ET MARTYR,
EPISCOPIIS
AD CONCILIUM ROM.
VOCATIS
IN DOMINO SALUTEM.

Variæ quidem nec magni admodum ponderis Epistolæ, Sanctis cœlitibus ipsique æterno gloriæ Regi adscriptæ sunt, quas ad mortales itentidem dedisse ac cœlitus dimisisse dicuntur. Unde non mirum vobis videri debet, si ego, perenni licet gloria maectatus, nec auræ humanæ suffragii que indigus vos alloquar, deque causa mea tam diu neglecta modo interpellem. Scripsi dum inter vivos essem, veritatemque divinam amplexus inter gravissimas per-

persecutiones sæpe versarer, libellum
sententias divinæ Sapientiæ plenas
complectentem, idque eo instituto, ut
dum ipsa Oracula divina eriperentur
Piis, flammisque comburerentur,
haberent, ut aliquo saltem modo se
solarentur, dubii autem ancipitesque,
hoc veluti odore prægustato, ad
ipsam cœlestis Balsami indagationem
allicerentur. Neque etiam felici
eventu conatus caruit, quum per
integrum seculum Libellus inter
τὰς δυνάμεις relatus lectusque fuerit
tamdiu, quoad Hieronymi in Rufi-
num interpretem meum potenti
invidia prægravatus, cruda & cru-
deli censura excuteretur legentium
manibus, quin imo etiam ad concul-
candum daretur. Jam equidem præ-
cipiti illo iudicio, quod multi poste-
riorum deinceps cœco impetu amplexi
sunt,

sunt, nec quicquam turbatus sum,
gnarus vel ipsam Numinis benigni-
tatem longanimem ferre, si primi
ordinis testes, eorumque cœlitus
dictata, hominum Dictatibus non
modo postponentur, sed & ignomi-
nioso quandoque cineri tradantur.
Attamen cum & præstet, & æquum
præterea, justumque sit sciri, quæ
veterum Sapientum Præsulumque
doctrina fuerit, quaque doctrinæ
methodo illis urgente necessitate
utendum, quamque cauta ac provida
ratione illis loquendum fuerit, quam
vosmet ipsi in Præsulum vestrorum
Gestis laudabilem Oeconomiam
censuistis; monere equidem in hoc
Conventu vestro volui, videatis quid
de hoc Libello nostro sit judicandum.
Etenim solus ante XIV. Secula
Stridonensis, isque nimium fervidus,
re-

rerum potitus est, in ceteros timidos,
meticulosos aut debiles imperitare
solitus: nemo eorum, qui inter Præsu-
les principatum eo tempore agebant,
introspectit causam: Gelasius non
sine dedecore agnoscit, se non suo
sed B. Hieronymi iudicio abreptum,
assentatorem potius quam prudentem
iudicem egisse: quique multis postea
intervallis censorem in Palatio
sacro egit, easdem meæ damnationis
causas recitat: quem paucis exceptis
ceteri sequuntur. At quum non leve
negotium sit, notas reprobationis, non
dicam innocentibus, sed bene ac sancte
meritis inurere, & magna debeat
censeri sævitia, Pontificem ab uno
Presbytero damnari, neque Pon-
tifici Martyrique in causae diju-
dicatione eam operam impendi,
quæ uni aliquando Doctori, aut
Pres-

Presbytero, non Pontifici, non
Martyri, satis diu datur; Vellem
utique excitari probitatem vestram,
depulsisque invidiæ sordibus, quæ
meas Sententias hætenus consper-
serunt, attentius inspici. Præeunt
certe vobis in hac nobili vindicta
e Veteribus Syri, civem me prope
suum habentes, dum per suæ vocis
Interpretem me audiunt: Præeunt
Hispani, S. Isidoro duce quæ mea
sunt suscipientes. Præeunt Galli,
qui per unum, e Sodalitate Veri-
tatis vindice, ceteros ad Verecun-
diam compulerunt, cujus unius vox
omnibus reliquis Pœnitentiam im-
prudens cœcutientisque censurae
decernit. Præest modo vobis atque in
Principiis stat Pontifex doctus, mi-
tis, æquus præterea, imo justus, qui
Servatorem æmulans, maculas teme-
re

re notatorum delet, & sæva imperia
coërcet: cujus de me judicium non ve-
reor, qui nominis mei memoriam tali
Purpurato apud Gallos tuendam
tradidit, qui has ipsas Sententias
alibi comprehensas fortissimo animo
protexit: Unde non tædio Vobis sit,
quisquis mortalium, etiamsi mini-
mus, eas Vestris offerat manibus, am-
plecti, quodque Præsulum est, eas e
Sacris voluminibus haustas, eo habe-
re pretio, ex quo omnibus constet, non
ullo hominum jussu imperiove Veri-
tatem divinam conculcari, sed con-
culcatam evehi, evedam perenni
obsequio suscipi ac honorari. Bene
valete Fr. Carissimi.

Quotquot



Uotquot inter Romanos Pontifices *Illustre Six-*
Sixti appellati sunt, ad magnum *torum Pon-*
 famæ fastigium ascenderunt; ne- *tif. Nomen.*
 que illud sine merito, quum vel
 veris virtutibus elucescerent, vel
 iis, quæ seculo, quo vivebant, con-
 ducere videbantur.

Sixtus I, ab A. C. CXVII. Romanæ Ecclesiæ guber-
 nacula gerens, (si illa etiam demas instituta, quæ in du-
 bium vocari possunt, quæque sine damno abesse vel adese
 poterant: sive etiam *Missio S. Peregrini* (a) ad *Gallos*,
 Epistolæve scriptæ, inter incerta atque probatu difficilia
 reponantur;) attamen vitæ sanctitate, insignique veri-
 tatis defensione multum profuit, nec parum Ecclesiæ
 commoda amplificavit. Inde omnibus Martyrologiis
 inscriptus, templis arisque honoratus, de quo cum *Ale-*
trina Ecclesia jam ab Anno 1132. gloriatur, *Romana* tamen
 simul hujus venerationis partem offerre cœpit, ab anno
 1665. composito in honorem *Sixti* officio, per *Josephum*
a S. Fide, quod *Papebrochius* testatur d. VI. Aprilis.

Sixtus I.

A Hunc

(a) Vid. Franc. Bosquetus L. 2. Hist. Eccl. Gall. c. 1. quæque de eo di-
 sputant Historiographi S. ad diem 16. Maji p. 562. & Joannes
 Chenu in Catalogo Episc. Autisiodorensium.

2 Prologus demonstrans Iniquum S. Hieronymi Judicium

Sixtus II. Hunc *Sixtus II*, nominis gloria & sapientiæ studiis, Martyriique palma non æquavit tantum, sed superavit; quem, singulari propterea contemplationi servamus, & in hoc ipso opere defendimus,

Sixtus III. *Sixtus III.* antecessoribus neque eruditione neque agendi dexteritate impar fuit, quippe qui adversus *Nestorium* (b) fortiter fecit, dubios & rationibus humanis flexiles continuit, Ecclesiæ dominatum ad *Illyricos* extendit, Provocationes constituit, Præsules bonos ordinavit, Hæreticos pepulit, suam innocentiam defendit, injurias nobili & inaudita benignitate texit, librisque præterea scriptis posteritati se commendavit.

Sixtus IV. *Sixtus IV.* nobili *Roboreorum* Familia apud *Savonenses* editus, & capacissimum ingenium fortitus, artes præstantissimas magna aviditate imbibit, & ad utilitatem publicam mox convertit. Licet enim Sodalitio, quod a *D. Francisco* nomen habet, accenseretur: non tamen illa Solitudo ita ipsum continuit, ut non Philosophus ex Philosophi sententia summus evaderet, omnemque *Italiam* in admirationem sui traheret, quæ ipsum mox Ordinis sui Principem, mox Purpuratorum decus, mox sacra Pontificatus tiara circumdatum vidit. Ingenii monumenta reliquit varia, præsertim in celeberrima quæstione tum temporis inter *Dominici & Francisci* sodales agitata: *An sanguis Christi, cum a Deitate separari non possit, adhuc in terris reperiatur?* Qua occasione & de Sanguine Christi librum scripsit, & *Henricum* quendam *Bononiensem* refutavit, & de Futuris contingentibus cum Academia *Lovaniensi* confligit: plura factururus, nisi ad Pontificatum assumptio, non ad conflictum, sed ad regimen, ipsum destinasset. Quod & prudenter gessit, indulgentiam sæpius, rarius

(b) Vid. Vincent. Lirin. adversus Hæc. Cap. ult.

rius severitatem exerendo; illam, dum de Puritate *D. Virginis*, liberam asserendæ diffimulandæque potestatem concessit, eruditisque, Bibliothecæ *Vaticanæ*, æternum opus condidit; hanc, dum *Inquisitionis* capistrum, *Hispanæ* genti injicit, eoque omnem reliquæ libertatis spem conculcat & evertit. Certum est, ingentem Scriptoribus campum apertum esse, in laudes illius resque gestas digrediendi, quorum quidam nugis indulgere cum *Cardinali Agydio*, qui, dum *Robur* Pontificis gentile signum esset, eum cum Robore contulit, cui *Abfalon* capillitii cirris implexus fuit; alii decus illius decenti stylo expresserunt, quos inter *Jo. Vitalis* brevi, sed nervoso versu lusit, quem eadem via *Jacobus Mayerus* mox secutus est.

Hunc *Sixtus V.* rerum gestarum gloria tanto supera- *Sixtus V.*
vit magis, quanto plus facta illius salutis & necessitati & splendori, addo etiam posteritati, profuerunt. Ejus natales omnia, maximis viris decora, præter nobilitatem, & opes, habuere: cætera summa: Ingenium, sapientia, ardor, gloriæ impetus, promptitudo, felicitas, constantia, justitia, ad usque miraculum exercita. Religionis & zeli & fortitudinis experimenta fecit *Inquisitionis* Collegium, quod ad *Venetos* ipsum primo, inde ad *Hispanos* misit, errores vel extincturum, vel, ne ultra spargerentur, impediturum. Hinc adversus *Bartholomeum Caranzam*, summum *Toletanorum* Præsulem, vigoris *Romani* instrumentum se exhibuit, quem licet ipsimet adversarii Virum genere, vita, doctrina, concione, & eleemosynis clarum dixerint, Principesque Viri *Thuanus*, *Herrera*, *Castejonus*, *Mendoza* laudarent, *Martinus* etiam *Azpelcueta* *Romæ* diu defenderit, *Sixtus* tamen *Romam* traxit, neque e manibus elabi passus est, quoad in monasterio *Minervæ*, captivo similior, quam libertate gaudenti, relicto divinæ patientiæ

4 Prologus demonstrans Iniquum S. Hieronymi Judicium

documento, expiraret. Ita dum *Romanæ* sedi sese devovet, impensiusque servit, ipse in locum *Gregorii XIII.* suffectus, jam efficere parat, quæ per omnem meditatus vitam erat; quorum præcipuum erat, ut religionem, ceremoniarum auctu augustiorem, urbem, omni annonæ apparatus latiore, ædificiorum mole splendorem, justitiam denique ludibrio hæctenus habitam, fortiorem redderet. Hinc varias Sanctorum recens vindicatorum festivitates instituit, fidem facturas, virtutes antiquorum nostro adhuc superesse seculo, aut saltem umbras. Ea dum peragit, dumque novam *Urbi* salutem confert, quam annona, fontibus, templis & aliis magnificentiæ documentis implet, additis etiam, quæ solam admirationem, & unam oculis voluptatem relinquerent: at tamen maximam sibi famam parat per *S. Codicis Vulgati* emendandi studium, cui *Antonium Caraffam* Cardinalem, Virum tanto operi suffecturum, præfecit, qui magno studio una cum optionibus suis in ista emendatione laboravit, ut Opus illud, quod a *Sixto* postea nomen traxit, divinum & incomparabile, sed inter Suos, haberetur. Cum quo conjungi debet Regia magnificentia, quam in amplificanda Bibliotheca *Vaticana* impendit, quamque digno calamo descriptam dedit *Angelus Rocha* Op. Tom. II. p. 351. In eo tamen ingrati animi vitium deprehendo, quia *Sixti IV.* primi veluti conditoris, mentionem non facit, omni laude in V. conversa, quod tamen ab adulatione non alienum. Maximos plausus meretur justitiæ exercendæ studium, quo omnes, quos prævios habuit, Pontifices longe superavit: constans adeo & pertinax legum custos, ut nec ulla vi, nec precibus concuti se pateretur. Unde quum in ceteris rebus, alios cum eo conferri posse putem, hoc solo justitiæ studio summos honores promeritum

ritum

ritum censeo, etsi reorum sanguine aliquantulum fuerit conspersus, quandoquidem iustitia non alio, nisi tali thure, placari queat. Sed possunt illa apud *Ciacconios*, *Palatios*, *Letosque*, atque imprimis apud *Angelum Rocham* legi, qui Poëtarum quoque plausus retulit, præsertim *Blanci illius*, in quo *Maro* revixit, quique largo laudum flumine *Sixtum* sibi coronandum sumfit.

His ad venerationem tanto nomini conciliandam positus, ad *Sixtum II.* redeo, cuius ut reliqua gesta breviori *Sixtus II.* stylo, ita & sententias defendendas sumo. Ille a *Græcis* scribi depromiscue, a *Latinis* autem maximam partem *Xystus* scribitur, membranis & martyrologiis scripturam tuentibus, unde *Grabius* in *Irenæo*, *Valesius* in *Scriptoribus Ecclesiasticis* eandem servarunt. Ratio nominis ex Emphasi non quærenda videtur, quum denominationes mortalium, etsi apud sacras gentes divini aliquid habuisse apud *Eusebium* adstruantur; apud alias tamen cæco quodam impetu impositæ fuerint, quanquam cognomenta suam rationem habuerint. Ceterum si a *Xysto Dromico* nomen *Sixto* inditum esse putes, dedecorum non erit: quum omnem vitæ Christianæ cursum, ut *Xystum*, *Christum* vero ut *Xystarchum* intueri possimus. Tales enim meditationes olim *Tertullianus* fovit Tr. ad Martyres C. III. apud *Priorium* p. 168. Sive ad polituram respexeris, quum τὸ ξυσὸν politum aliquid ac rasum notet, & munditiæ *Xysticæ* pro politissimis habeantur apud *Tertullianum* de Pallio Cap. IV. quam lectionem *Salmasius* defendit Not. ad Pal. p. 271; certe nihil melius politam dicendi vim, aut vitæ sanctæ munditiem in *Sixto* expresserit. Sive etiam recipere velis ea, quæ *Montfauconius* Libro prorsus nobili de Palæographia Gr. ad hujus vocis explicationem protulit, ea omnino *Sixtus* implevit terse scribendo. Sed puto ea, quæ ex

6 Prologus demonstrans Iniquum S. Hieronymi Judicium

Calligrapho Græco, L. IV. p. 36. & 288. de ζύσματος voce promittit, ad poliendi potius actum referenda esse, quum membranæ, quibus inscribebant veteres, operosam, quæ pumice fiebat, polituram requirerent, quæve a membranarum confectoribus, tum & a Calligraphis, ante & post Calligraphiam, adhibebatur, ut nempe Codex ubique mundus appareret. Vid. *Buleus* Hist. Acad. T. I. & III. & alibi de Pergamen. Etsi vero inter eos, qui vitam historiasque Pontificum edidere, plerumque *Sixti* Scriptura reperitur: alii tamen illam *Xystinam* retinuerunt, quod ab iis præcipue factum, qui scriptas ab eo sententias ad *Xystum Pythagoreum*, tanquam a nostro alienum, retulere: idque ideo monendum duximus, quo, qui vitam ejus & scripta indagare voluerint, sub duplici illum Scriptura quærant.

Sixti II.
Stirps.

Stirpem illius nec indagavit quispiam, nec detexit, præter paucos, qui a Philosopho procreatum dixere, idque, quia in antiquis Pontificum Romanorum Catalogis legerunt, ipsum *ex Philosopho*, Pontificem esse factum. Atque hæc fuit sententia eorum, qui *Centurias Magdeburgensium* condiderunt; quos, etsi non constet, quibus Codicibus confisi sint, secutus tamen est primo *Andreas Victorellus*, & hac nostra ætate *Franciscus Pagi* Ord. Franc. in Breviario Pontificum, apud *Antverpienses* edito. Potuit error ex *Platinae* verbis perperam interpunctis, oriri, quæ tamen in recentibus exemplis ita distincta sunt, ut *Pagi* errorem fugere potuerit. Sed condonetur error, ob dictionem ambiguam facilis, nec facile detegendus, nisi maxima Veterum pars, atque ipse etiam *Sixtus* satis sese explicassent, quod ob studii ac sapientiæ delectum, ipse ex *Philosopho* Pontifex dictus fuerit.

Patria.

De *Patria* non dubitatur, quam plurimi *Athenas* statuunt.

tuunt. Non enim sufficebat, tantummodo Græcum dicere, quum sub istius gentis appellatione, omnes ad ortum Solis populos fuisse comprehensos, *Augustinus Oldoinus* in vita *Evaristi* putet. Unde discriminis loco *Athenas* adjecerunt, ne cum *Sixto I.* patria *Romano* confunderetur, quod & in *Hygino*, *Eleuthero*, *Anthero*, Græci fecerunt. Equidem in Catalogis Pontificum, quos *Bollandus T. I.* Aprilis præfixit, patria reticetur; prior enim, summa brevitate scriptus est: alter vero prolixior, ne sic tamen satisfacit. Illi etiam, quos *Emanuela Schelstraten* inspexit, patriam non sistunt. *Anastasius* porro, a *Carolo Annib. Fabretto*, atque iterum a *Francisco Blanchinio Veronensi* editus, in textu *Athenas* non habet. Posterior tamen in notis subjectis ex Cod. *Regio Mazariniano Thuaneo* hanc *Sixti* patriam probat. Cui jungi debent Acta *S. Stephani*, Pontificis Antecessoris, quorum cum fides habeatur certa, certum quoque debet esse, quod de *Athenis*, *Sixti* patria, statuunt, quum tempore Martyrii scripta esse dicantur. Ex recentioribus confidenter id asserit *Bartholomæus Platina*, ejusque interpres *Italus*, *Bonifacius Simonetta* Cornu Abbas, *Johannes Stella*, Sacerdos *Venetus*, *Gonzales Illescas* in *Historia Pontificum*, *Tamajus a Salazar* Martyrologio *Hispanico* V. Aug. p. 388. quanquam illum non optima fide præditum, & Dextri umbras sequi solitum non diffiteamur. *Simon Staravolscius* in *Epitome Conciliorum Rom.* 1654. *Victor Sylvius Grandi* in *historia Ecclesiastica* P. III. p. 141. *Jo. Papt. Tillemontius* ad Acta provocans. *Jo. Palatius* in *Inscriptione*, *Sixti* hujus memoriæ, inter Pontifices collocata, innumerique alii. Quibus tandem accessit *Franciscus Fanellus*, Advocatus *Venetus*, qui, dum *historiam Athenarum* sermone *Italo* describit, hanc illustrem Pontifici patriam utique adstruxit. Etsi enim alio
dire-

direxisse oculos appareat, nempe ut postremos *Athenarum* Principes *Accajolos* laudet, qui inde a *Nero Accajolo*, hujus urbis & *Corinthi* Domino, indulgente *Ludovico Pannonum* Rege, hanc dignitatem obtinuerunt: tum ut *Nicolao Accajolo*, R. E. Cardinali rem gratam faceret; probe tamen sentiebat, ruinis etiam prostratae urbis gloriosum fore, si ex illius sinu prodiisse asseratur, qui, qua tum patebat, Ecclesiae Romanae praesesset, tamque nobili Opere rem Christianam juvaret. Inde & imaginem illius ari incisam exhibet, satis equidem venerabilem, neque Philosopho, aut Pontifici, aut Martyri indecoram, nobis tamen vel ideo suspectam, quod alia a *Ciacconio*, *Platina*, *Palatio* exhibitae, omnes inter se dissentiant, eaque propter nos suspicari cogant, imaginationi plus datum esse, quam veritati.

Studia.

Post illam patriae designationem *Vitae genus* addunt, atque id ipsum Philosophiae studiis fuisse deditum, maximam partem confirmant. Antiquissimi Codices in vitae compendiis eum *ex Philosopho* assumptum scripsere. Sic *Liber Pontificalis*, summo studio ad membranarum fidem a *Luca Holstenio* editus, atque inde ab *Emanuele Schelstratenio* in *Chronologia Pontificum* repetitus. Deinde *Catalogus Bollandianus* T. I. Mens. April. praefixus: cum quo convenit *MS. Reginae Sueciae*, & illi etiam Codices, quos Cardinalis *Sancius Aguirra* T. I. Conciliorum Hispaniae a se visos citavit. Hanc receptissimam lectionem quidam inepte interpretati sunt, ac contra veterum Biographorum mentem: qui, quando de *Telesphoro* dixerunt, eum ex *Anachoreta* Pontificem evasisse, non voluere, ipsum ex *Anachoreta* procreatum, sed post ἀναρχώρησιν Ecclesiae gubernacula tenuisse; ita, quum *Sixtum ex Philosopho* Pontificem dixere, nil aliud indicarunt, quam ipsum a *Philosophia*

phia

phia ad Ecclesiam transiisse. Confirmatur autem illa nostra & lectio & interpretatio, Codd. MSS. Regio, Mazariniano, Thuaneo, Florentino, Cassinensi, Vaticano, Freberiano, qui omnes ab Anastasii editoribus citati, ita scriptum viderunt: *Et Philosophus*. Id vero omnino adducendum fuit, quo de communi veterum opinione constet, *Sixtum*, antequam Pontifex fieret, *Athenis* Philosophiæ operam dedisse. Et sane hanc Codicum fidem amplexi sunt omnes recentiores, *Platina*, cui ex Philosopho Christi discipulus dicitur: *Stella*, apud quem Vir præter sanctitatem doctissimus & Philosophus clarissimus, atque inter Pontifices non solum sui temporis, sed & superiorum temporum literatissimus audit, qui longe ante Pontificatum prædicando & docendo omnem peragravit *Hispaniam*. Quæ *Stellæ* verba, nisi dubium illud ad *Hispanos* iter adjunxisset, nobis ferme divinationem ingererent, sententias *Sixti* ab eo lectas esse, & exinde tam excellens de eo Judicium esse natum. In quo tribuendo etsi alii sint breviores, attamen illa brevitate sua non minus dicunt. *Gonzalesio Yllescæ* dicitur Vir magnus doctrina, inque divinis humanisque litteris excellens: *Tamajo a Salazar*, ex inclyto Philosopho Christi discipulus, & admirandis virtutibus, meritisque dignus, qui ad Apostolicæ sedis cathedram ascenderet. T. IV. p. 388. Hisce scriptorem addo recentissimum, *Georgium Josephum ab Eggs*, in Pontificio docto *Sixtum* doctissimum, & e Philosopho Christi discipulum dicentem. p. 40. Horum agmen *Jo. Palatius* claudat, etsi enim eloquentiæ artique multum tribuat, ejusque veluti alis succinctus, magnificentius aliis dicere videatur, attamen a veritate non discessit, dum ita scribit in vita *Sixti* p. 100.

B

Romæ,

Romæ, quid credas, Viator?

Artem disce a Natura.

En! Fidei Magister Philosophus!

En una sub urbe stare orbem!

Latium Athenæ docent.

Christo Græcus credit, dum cedit Sixto,

Romanorum Pater, Græcorum Filius, &c.

Sixtus an
Professione,
Pythagoreus?

Quum igitur illud absque contradictionis metu asseri queat, *Sixtum* fuisse Philosophum; id tamen, quod *Pythagoream* sectam fuerit amplexus, dubium censerè posset, quum inter omnes citatos nemo ipsum sodalitati huic adscripserit. Verum ejus rei certitudinem ipse illius hostis, *Hieronymus*, detexit, quando ipsius sententiis illufurus, eas *Xysto Pythagoreo*, & quod perperam addidit, homini ethnicissimo adscripsit: quorum, ut prius verum, ita posterius erat omnino falsum, quemadmodum a nobis demonstrabitur. Igitur haudquaquam inficias imus, *Sixtum* hunc *Samiæ* Philosophiæ fuisse aliqua ratione addictum, quandoquidem inter sententias reperiuntur nonnullæ, quæ aliquid ex *Pythagoræ* placitis trahunt; quales sunt, quæ de abstinentia ab animantibus, sed insigni temperamento agunt; tum, quæ de silentio & verborum paucitate præcepta tradunt, in qua taciturnitate multus omnino *Pythagoras* fuit; quibus & illas forte accenscas, quæ de purificatione mentis docent, quam tamen alio plane modo, ac a *Pythagora* factum, peragendam sanxit, sicut ex illarum collatione cum Oraculis sacris patebit. Verum, quod in iis, unius sese ac solius *Pythagoræ* sectatorem exhibuerit, non vero talem, qualem sapientia & doctrina *Servatoris* emendaverit, id omnino negamus. Habemus igitur illud pro vero, quod *Pythagoræ* studiosus, scriptorumque *Pythagoricorum*,
quæ

quæ vel a Principe sectæ, vel Sectatoribus erant profecta, magis fuerit scrutator, quam professor quia scholæ *Pythagoricæ* publicæ tum non erant, neque in Gymnasiis, Xystis, Porticibus, aut quibuscunque demum locis doctrina illorum, per successionem docebatur, quod clarus illius Sodalitii commentator *Schæfferus*, libro de *Philosophia Italica*, brevi sed erudito, satis ostendit. Cæterum, quæ ex *Pythagoræ* doctrina, cum sapientia *Christiana* non convenientia, aut minus necessaria, aut noxia, aut amplificationi sapientiæ divinæ obfutura cernebat, illa certe omnia missa fecit, iisque nuncium dedit. Apparebit illud si, quæ in libris *Pythagoreorum* eorumque fragmentis, vel apud *Laertium*, *Schæfferum*, atque *Stanlejum* magna diligentia conquisita sunt, cum iis sententiis conferantur, quæ ad *Sixtum* nostrum referuntur, neque nisi cum temeritate & injuria abjudicantur. Optandum sane fuerat, ipsummet *Sixtum* hujus rei edidisse testimonium, quemadmodum alii quidam, ad Christianam sapientiam transgressi, id fecerunt, qui laudabilis apostasiæ rationes dederunt, ut a *Justino* Philosopho eodemque Martyre, *Theophilo* item *Antiocheno* factum. At quum ipse id neglexerit, aut monumentum illud ad nos non pervenerit; satis sit, Enchiridion accessus sui documentum restare, quo palam fecit, quid tanquam bonum ac tolerabile, sed divina virgula castigatum retinuerit, quidve tanquam optimum, omninoque sectandum, tradendumque aliis elegerit susceperitve.

Debet vero hic potissimum indagari, cur tale sibi *Ratio Sixti* scribendi genus breve, inque sententiis involutum ele- per senten- gerit, quod veritatem, nec tamen omnem ejus detege- tias scriben- ret pulchritudinem, sed sub nodo veluti quodam, ac di. nucleo, multo in se complecteretur plura, atque foras

*Prima a
Statu tem-
porum pe-
tita.*

quidem apparebat. Poterat enim tali Scripturæ genere uti, quali divinæ veritatis Principes usos videmus: poterat *Clementem* aut *Ignatium* sequi, qui per Epistolas, Apostolorum more, negotium suum confecere: poterat Apologiis religioni sanctæ prodesse, velque *Quadratum*, vel *Justinum*, vel *Athenagoram* imitari: poterat contentiosius scribere, qui ipse jam tum modus aliquibus gratus esse cœperat. Verum habebat ille rationes quasdam gravissimas, quibus adigebatur, ut vel necessitati publicæ, vel consuetudini etiam tum invalescenti obsequeretur. Convenit inter omnes, Reipublicæ Christianæ statum ita tum comparatum fuisse, ut, licet aliqua serenitas affulgeret, tranquillitatemque promitteret, ea mox persecutionum procellis obnubilaretur, quod æqualis *Sixti*, *Origenis* contra *Celsum* verba egregie declarant. His autem incumbentibus procellis, neque convenire tutum, neque de oraculis divinis in celebritate loqui permissum erat, quum, qui id facerent, una cum sapientiæ suæ instrumentis ad cædes & flammam traherentur. Quod quum cerneret *Sixtus* magno divinæ veritatis impedimento esse, non modo his, qui jam tum eam professi essent, sed innumeris aliis, qui ad eam perducendi erant; consultum fore putavit, eo scripturæ genere uti, quod veritatis hostes publici ferrent, quoque, qui inter veritatem erroremve medii essent, tacita quadam ratione tectisque veluti laqueis ad eam amplectendam traheruntur. Neque id legi divinæ mandatisque a *Servatore* acceptis inimicum erat, quippe qui veritatis præconium a prudenti illius dispensatione haudquaquam divulsam cupiebat. Ita igitur prudenti consilio hoc sibi modo utendum *Sixtus* censuit, quo veritas quidem omnis, præcipuaque illius capita, licet non omni splen-

splendore suo & pulchritudine vestita, tradebantur. ^{2) a mors}
 Huc vero etiam mos accedebat, illo tempore a Philosopho- ^{Philosopho-}
 phis introductus, quo suas doctrinas compendiosa ra- ^{rum suas}
 tione per sententias tradebant; Quem vetustum licet, ^{sententias}
 & sacris etiam divinæ Reipublicæ civibus olim usitatum, ^{loco Verita-}
 aque Sapientibus Græciæ correptum, denuo provoca- ^{tis divina}
 bant, Principe hujus instituti *Epicteto Hieropolitano*, qui ^{obtruden-}
Enchiridio suo tantum sibi gloriæ paraverat, ut ipsius quo- ^{tium.}
 que Orbis moderatores multum sese huic Viro debere
 profiterentur. Adeo nempe ille, simulata scribendi ra-
 tione, & ad pietatis speciem composita, ceperat legen-
 tium animos, ut parum illius dicta ab *Apostolorum* dictis,
 in morum formatione abesse crederentur. Atque eo
 ipso factum, ut diutissime creditum sit, imo ad hanc
 nostram usque ætatem ab insignibus viris assertum,
Epictetum vere fuisse Christianum, & in *Neronis* aula,
Epaphroditi familiarem. Quo tandem errore viros
 pietatis larva deceptos, paucis abhinc annis exiit *Mi-*
chaël Rossalius in libello non magnæ equidem molis, sed
 argumentis valido, quo illum impostorem tandem e Re-
 publica Christiana in exilium misit. Certe pudori cedit
 Ecclesiæ Christianæ, quod has *Epicteti* sententias sponte
 illorum inseruerit libris, quos optimis morum magistris
 adscribebant, quasi iis tandem ex hujus Philosophi di-
 ctis sapiendum fuisset. Palam certe illius sententiæ *Nili*
 opusculis insertæ sunt, tam fœda & impudenti ratione,
 ut miraculum sit, Viros, divina sapientia divites, the-
 sauros gentili latrocinio locupletare voluisse. Id quod
 aliquot exemplis demonstrabo, nempe ut eo magis inde
 constet, *Sixtum* hoc scripturæ genere, teli instar, usum
 esse, quo Philosophorum tela retunderet. Extat *Enchi-*
ridion Epicteti a *Josepho Maria Suaresio* Episcopo *Vasico-*
nenfi

nenſi Romæ 1673 editum, inter Opuscula Nili, & hac quidem ratione, qua interpolatum ab ipſo Nilo traditur, ut Chriſtianum opusculum mentiri poſſet. Servata ſunt in eo ipſius *Epicteſti* verba, nec tamen omnia: capitum quoque ordo diviſus, ut non omnino cum editionibus receptis conveniat. Id ex Cap. X. conſtat: quo eum dixiſſet *Epicteſtus*: Θάνατος οὐδὲν δεινόν, ἐπεὶ καὶ Σωκράτης αὐτὸν ἐφάνετο; in Paraphraſi a *Merico Caſaubono* primum, atque iterum a *Johanne Berkelio* edita, quoque *Juſtiniani* adſcripta, ſic legitur: Θάνατος οὐδὲν δεινόν, ἐπεὶ καὶ τοῖς μάρτυσι δεινόν ἐφάνετο. In *Nili* editione *Suaresiana* expunctum eſt integrum Caput LXXI. quippe quod de *Chryſippo* agens fraudem prodidiſſet. Quum *Epicteſtus* Cap. LXXV. ſcripiſſet: Σωκράτης ἕτως ἀπετελέθη ἐπὶ πάντων προάγων ἑαυτὸν, μηδενὶ προσέχων ἢ τῷ λόγῳ. Σὺ δὲ εἰ καὶ μήπω εἶ Σωκράτης, ὡς Σωκράτης γε εἶναι βεβλόμενος ὀφείλεις βίβν. *Nilus* apud *Suaresium* ita reddit: Καὶ Παῦλος ἕτω διετέλεσεν ἐπὶ πάντων προάγων ἑαυτὸν, μηδενὶ ἄλλῳ προσέχων, ἢ τῷ λόγῳ. Σὺ δὲ, εἰ καὶ μήπω Παῦλος εἶ, ὡς Παῦλος εἶναι βεβλόμενος ὀφείλεις βίβν p. 352. In Paraphraſi autem per *Casaubonum* edita Cap. LXIX. ed. Berkel. p. 153. ἕτως ὁ μακάριος Παῦλος ἀγωνιſάμενος ἔλεγε τὸν καλὸν ἀγῶνα ἢ γῶνισμα, καὶ λοιπὸν ἀπόκειται μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης ſέφανος. Σὺ δὲ εἰ καὶ μὴ εἶ παῦλος, ἀλλὰ ἕτως ἀγωνίζε, ὡς ὁμοῖος αὐτῷ εἶναι βεβλόμενος. Quando *Epicteſtus* Cap. LXXVII. ita ſcripiſit:

Ἐπὶ παντὸς προχέει εὐκτέον ταῦτα:

Ἄγε δὴ με, ὦ Ζεῦ καὶ σὺ ἡ πεπρωμένη.

Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἶμι διατεταγμένῳ

Ὡς ἔψομαι σπεδαῖῳ, ἢ δὲ ἄοκνῳ,

Ἐὰν δὲ μὴ ἐθέλω, ἔχῃ ττον ἔψομαι.

Iſtud quidem caput in exemplari *Suaresiana* plane omiſſum; in paraphraſi autem Capite LXX mirifice mutatum

tatum

tatum fuit. Iterum in editione *Svaresiana* totum Caput LXXII & LXXIII. a *Christiano* adjectum est in locum verborum *Critonis*, quibus *Enchiridion Epicteti* verum, Cap. LXXIX. absolvitur. Atque illa veneratio *Epicteti* per omnes morum componendorum regulas inde, usque ad *Photium Patriarcham* transfusa est, qui *Parænesin ad Michaelem, Bulgarorum Regem*, epistolis a *Montacutio* editis insertam, sententiis *Epicteteis* plane implevit, quemadmodum illas in *Agapeti & Theophylacti* monitionibus facile repereris. Videbis autem in sententiis *Sixtinis*, *His Epicteti* eas summo studio *Epicteteis* esse oppositas, quod vel unicum de mendaciis dogma commonstrabit. Quum enim *Epictetus*, dixisset, Cap. LXXVI. *ψευδομεθα μὲν, πῶς δὲ ἀποδείκνυται, ὅτι ἔδει ψεύδεσθαι πρόχειρον ἔχομεν.* Huic quidem *Sixtus* non unam, sed varias opposuit sententias, imprimis CLXII. & CLXXIII. quibus omnino illa *Hieropolitani* indulgentia prosternitur. Accesserant ad fraudem rei Christianæ faciendam alii. Ut enim de *Annæo Seneca* non dicam, quem ipsum *Sacris Christianorum* aliqui addictum, literis etiam amicitia *Apostoli Pauli* infnuatum confinxere: *M. saltem Antoninum Philosophum Sicut & Antonino.* nominare liceat, qui, ut *Epicteto* magnam laude sua conciliaverat gratiam, ita ipsum sibi imitandum sumsit, *libros de semetipso XIII.* componendo, quorum ego unicam fuisse metam existimo, ut *Christianis sanctior illa Servatoris & Apostolorum* doctrina excuteretur. Præ se ferebant enim *Stoicæ* Philosophiæ sectatores, aliquid quod proxime ad *Veritatem divinam* accedebat, cum juberent, hominem ex animo diligere, curare, sustinere, omni injuria abstinere beneficentia prosequi, nec Sibi soli genitum se censere aut vivere, sed in commune bonum ac beneficium semet exhibere: re ipsa, reique bene gestæ conscientia

citra

citra testem aut mercedis spem commodive intuitum contentum agere: a beneficio præstito ad aliud transire, benefaciendo nunquam fatigari, sed vitæ telam beneficiis invicem connexis totam pertexere, ut nusquam interveniat hiatus ullus vel minimus: extra se nihil vel laudis humanæ vel lucelli expetendum: nil mentis cultu pretiosius habendum: ab officio nullius rei, ne vitæ quidem, cupidine discedendum; nec ullum in eo obeundo cruciatum aut mortis supplicium formidandum. Atque id ipsum probe agnovit *Thomas Gatakerus*, doctissimus *Antonini* interpres, qui Præloquio in ipsum, de *Philosophia Stoica* erudite disseruit, hancque illius doctrinæ prope modum Christianæ simulationem egregie ostendit. Quibus omnino addendum putamus *Jo. Clericum* Prolegomenis ad *Historiam Ecclesiasticam* N. T. Sect. II. Cap. IV. §. XI. p. 77. quo loco ait. Doctrinam *Stoicorum* multiplicem usum in via ad *Christianismum* munienda habuisse, ideo, quod illa deliria vulgo de Diis rideat, virtutes laudet, spem beatitudinis post hanc vitam confirmet. Jam vero ad eandem hujus doctrinæ admirationem *Antoninus* post *Epicetum* trahebatur, ut majorem præ *Epiceto* vim in animis legentium relicturus videretur: ἐπαίνεται ὁ καὶ πάντα φιλόσοφος, ὃν ἐκπλήττεσθαι μάλλον, ἢ ἐπαινεῖν ῥαδίον, πάντα, ἐξ ἀρετῆς πράττον, ἐπιεικῆς, μέτριος, πατὴρ χρηστὸς καὶ ἀγαθὸς βασιλεὺς, θεὸς ἢ φιλανθρωπότατος, πᾶσι ταῖς ἀρετῆς μέρεσι κατακοσμήσας τὴν ψυχὴν, δικαιοτάτος, πανάριστος, θαυμασιώτατος, φύλαξ δικαιοσύνης, πράξ, ἡμερῶν, εἰρηνικὸς, & ut *Mericus Casaubonus* censuit, vel ipso *Salomone* major. Vid. testimonia a *Merico Casaubono* & *Thoma Gatakero* collecta, suisque editionibus præmissa, quorum, prior ait, eundem vel sub *Theosebii* nomine doctrinæ *Epiceteæ* compendium scripsisse, aut saltem sub hoc

Qui magnam sui admirationem fecerat.

hoc

hoc nomine ipsi tributum esse. Ex quo colliges sub hoc splendido nomine nil aliud agitatum esse, quam ut sub illo pietatis blandimento veræ pietatis cultores, ad regulas extra Christum sapientium, abducerentur. Factis cesserat *Marcus* ex collectione *Pagii* A. CLXXX. quo forte nondum *Sixtus* noster in lucem editus erat, qui AC. CCLVIII. obiit. Incidit tamen juvenus illius in ea tempora, quibus *Antonini Commentaria* caput efferebant, unde divino fervore correptum puto, ut aliam eamque multo meliorem morum doctrinam, non ex aureo calice *Babylonis*, sed plane salutari, propinaret. Hæc enim illico hominem, electionis divinæ suæ beneficio, Deo consecratum, ad officii sibi injuncti præstationem deducit, reque ipsa præstat, quod *Clericus de Religione Christiana* p. 77. dixit: Quicquid Philosophia boni habet, illud in religione Christiana, idque purgatum inveniri potest. Omnino itaque Sixtus mentem intendit eo, ut hisce sententiis purgatam Philosophiæ Christianæ imaginem exhiberet.

Equidem illud certo declarari non potest, quo *Quo anno id* anno hunc ingenii sui fructum publicaverit: at, quum *factum non* constet, *Origenem*, qui exinde quædam depromsit, at- *liquet.* que *Commentario in Matthæum* T. XV. edit. Huet. p. 369. inseruit, A. C. 254. esse defunctum, quum eundem *Commentarium* aliquot forte annos ante obitum scripisset, prætereaque indicasset, *Sixti* libellum, dum ista scriberet, fuisse *παρὰ πολλοῖς φερόμενον καὶ δοκιμον*; non improbe inde colligi posse puto, ab anno forte trigesimo Seculi III. librum hunc fuisse publicatum. Agit *Origenes* loco adducto de triplici *Eunuchismo*, nempe illorum, qui vel ἐκ κοιλίας μητρὸς, vel qui ὑπὸ τῶν ἀνδρώπων, vel qui διὰ τῆς βασιλείας τῶν ἑρανοῶν *Eunuchi* fierent. *Ibidemque* C refert,

refert, fuisse quosdam, qui tertium Eunuchisimum προ-
 27 φάσει τῆς βασιλείας τῶν ἐραυνῶν sponte suscepissent. Nos,
 27 inquit, qui *Christum, Dei verbum*, secundum carnem & se-
 27 cundum literam olim novimus, nunc autem non am-
 27 plius noscentes, eorum interpretationem non proba-
 27 mus, qui cœlestis regni obtinendi causa castrationem
 27 intulerunt. Non tantum temporis in eo confutando,
 27 qui tertium Eunuchisimum, ita ut priores duos, corpo-
 27 ralem esse vult, trivissemus, nisi aliquos illud ausos vi-
 27 dissemus, & nonnullos etiam offendissemus, ferventio-
 27 rem animum, & fidelem quidem, sed rationis non satis
 27 audientem, ad ejusmodi facinus accendere volentes.

Illico autem addit: φησὶ δὲ Σέξτος ἐν ταῖς γνώμας, βιβλίῳ
 φερομένῳ παρὰ πολλοῖς ὡς δοκίμῳ.

Πᾶν μέρος τῆς σώματος, τὸ ἀναπειθόν σε μὴ σωφρονεῖν, εἴτε
 ψὸν ἄμεταν γὰρ χωρὶς τῆς μέρους ζῆν σωφρονῶς ἢ μετὰ
 τῆς μέρους ὀλεθρίως.

Et iterum: Καὶ πάλιν προβαὶς ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ λέγει
 Ἄνθρωπος ἴδης ἂν ὑπὲρ τῆς τὸ λοιπὸν τῆς σώματος ἔχειν
 ἐρρωμένον, ἀποκόπτοντας αὐτῶν καὶ εἴπτοντας μέρη
 πόσω βελτίον ὑπὲρ τῆς σωφρονεῖν.

attamen ut
 coevis Ori-
 geni cita-
 tur,

Ex hisce verbis *Origenis* hoc elicimus: 1) extitisse illi-
 us ætate quendam, qui docuerit, Eunuchisimum pro-
 pter regnum Dei juxta literam esse exercendum. 2) ex-
 titisse quosdam, eosque ab *Origene* visos, qui ad ipsum
 facinus alios ferventiores, sed simpliciores accenderint.
 3) *Sixtum* in Sententiis, multum approbationis haben-
 tibus, idem statuisse videri. 4) *Philonem* quoque ean-
 dem fere opinionem tenuisse. Hæc autem verba ex-
 tant in *Ruffiniana* interpretatione Sententia XI & CC-
 LXXXV. Loquitur *Origenes* de omnibus, tanquam *Chri-*
stianis, quorum quidam propter regnum Dei facinus
 tale

tale suaserint, quidam ex desiderio imprudenti susceperint. De Sixto autem ita moderatur sententiam, ut tantum verba illius citet non addito, utrum piæ hujus crudelitatis inventor fuerit nec ne. Cæterum mox suam sententiam subjungit: ἡ πισυτέον αὐτοῖς, μὴ τὸ βέλημα τῶν ἱερῶν γραμμαίων περὶ τέτων ἐξεληφόσιν. Quo agnoscit eos, cumque illis Sixtum τὰ ἱερὰ γραμμαία habuisse, sed βέλημα, verum Oraculorum sensum non satis percepisse. Paulo ante, omnes, qui huic de Eunuchismo disquisitioni impliciti fuere, πισὲς μὲν εἰδὲ τε λογικὲς ἔ refertur a S. Ambrosio. Id vero invicti instar testimonii esse puto, Sixtum, qui Gnomas scripsit, non fuisse Gentilem, aut Philosophum, Christiana doctrina destitutum, quum ab Origene πισὸς καὶ τῶν ἱερῶν γραμμαίων particeps dicatur. Ac posset sine dubio ab ista quoque suspicione verborum Christi male adhibitorum liberari, si præter sententiam in ipsius mentem non inquiratur. Quod si quæras, cur ipsum Origenes nec Philosophi nec Pontificis titulo honorarit? id responfi dabimus: Sixtum, Christi Sacra amplexum, a fastuoso Philosophi titulo, quem profani etiam modestiæ simulators fugiebant, abstinuisse; Pontificis autem ac Martyris titulo maçtari non potuisse; quippe cujus dignitatem & palmam non vivente Origene sed post illius fata demum adeptus est. Extat vero etiam altera hujus Sixti laudatio apud eundem Origenem contra Celsum L. VIII. p. 397. Quum enim Celsus voluisset, Christianos ab Idolothytorum esu abstinentes eo adigere, ut Pythagoreorum more plane ab animantium usu abstinerent: Origenes respondit, Christianos non temere, sed multis rationibus permotos id facere, provocatque ad Sixti sententiam

tiam: ἐν ἀπίθανόν γε γενόμενόν με κατὰ τὰς τόπους ὑπο-
 μνιδῆναι χαριεσάτης γνώμης, ἢ καὶ οἱ πολλοὶ τῶν χριστιανῶν
 ἀναγεγραμμένη ἐν ταῖς τῆ Σίξτη γνώμας ἐντυγχάνουσιν
 ἔτως.

Ἐμψύχων χρῆσις μὲν ἀδιάφορον
 ἀποχὴ δὲ λογικώτερον.

Nec alienum fuerit hoc loco meminisse pulchræ senten-
 tiæ, quæ apud *Sixtum* legitur, multis *Christianorum* ce-
 lebratæ. Ea sic se habet:

Esus animantium est quidem indifferens; abstine-
 re tamen præstat, videturque magis rationi con-
 sentaneum.

Legitur illa in interpretatione *Rufiniana* num. CX. No-
 bis vero admirationem injicit illud, quod *Origenes* ubi-
 que de hoc *Sexto* tam bene loquatur, maximique habi-
 tas apud omnes Christianos ejus Sententias inculcet,
 quod certe facturus non esset, nisi ipsum fuisse Christi-
 anum probe cognovisset; cujus tamen conditionem at-
 que ad meliora castra transgressum occultare consultius
 erat, ut gentiles ab eo, tanquam suis adhuc partibus
 dedito facilius persuaderentur.

Cujusque
 Sententiæ
 Philosophis
 adversen-
 tur.

Unicum proferre liceat exemplum, quo certiores
 reddimur, *Sixtum*, licet nonnulla retinuerit, ea tamen,
 quæ Christianæ sapientiæ adversa erant, omnino reje-
 cisse. Scribit *Theophilus Antiochenus* libro II ad Au-
 tolycum & p. 121. quod *Pythagoras* divinam providen-
 tiam negaverit: Πυθαγόρας δὲ τοσαῦτα μοχθήσας περὶ
 Θεῶν καὶ τὴν ἀνω καὶ κάτω πορείαν ποιησάμενος, ἔσχατον ὀρί-
 ζει φύσιν καὶ αὐτοματισμὸν εἶναι. Φησίτε τῶν πάντων Θεὸς
 ἀνθρώπων μηδὲν φροντίζειν. Vertit *Gesnerus*: *Pythagoras*
 magno labore summa imaque perscrutatus, extremum
 Naturam Deum esse autumat, & Deos, mortalium nullam
 curam

curam gerere. Imperite se gessit Gesnerus: ut enim priorum verborum Interpretationem admittam, atque peregrinationes ad inveniendum verum institutas concedam, cetera tamen rectius vertisset: tandem Deum definivit esse Naturam & Automatismum: Pergit Theophilus; Pythagoram præter id, quod Dei providentiam negaverit Evhemeri quoque opinionem assumfisse. Rursus dum ait: cui igitur fidem dabimus? num Philemoni, Evhemero, Epicuro Pythagoræ & reliquis ἀρνημένοις εἶναι θεοσεβείαν καὶ πρόνοιαν ἀναίρεσιν. Jam etsi sciam alios Pythagoram hujus erroris immunem habere, atque alia plane de eo statuere, quod Stanleyus fecit, qui ex Jamblichi testimonio ait ipsum definisse Numen, quod in se genus humanum inspicit, minimeque negligit, cujus regimen orbi necessarium fit; attamen suscipio Theophili sententiam, ostendoque, si Pythagoras Providentiam negaverit, Sixtum plane diversum ab eo fuisse, quippe qui sententiis suis illam figillatim inseruit.

Sed spero me certius adhuc documentum allaturum esse, idque ex ipsius Sixti, jam Pontificis atque coronandi Martyris, colloquio cum Laurentio depromptum, in quo Laurentius Diaconus Sixto sententiam ex Enchiridio ipsius haustam objicit, eaque tanquam Laqueo constringit, ut sese Martyrii atque palmæ consortem adsciferet. Extat illud illustre colloquium apud Ambrosium Mediolanensem L. I. de Off. nosque instruit Laurentium, Sixto ad Martyrium abeunti, obviam factum, his verbis ipsum compellasse. *Quo progredieris sine Filio Pater? Quo Sacerdos sancte sine Diacono properas tuo? Nunquam Sacrificium sine ministro offerre consueveras. Quid in me ergo displicuit Pater? num degenerem*

nerem probasti? Experire certe utrum idoneum ministrum elegeris? Vide ne periclitetur judicium tuum, dum Fortitudo laudatur. Abiectio Discipuli Detrimentum est Magistri. Hæc postrema Laurentii verba ipsius erant Sixti in Libro sententiarum tradita & Rufino paulo aliter reddita: Peccata discipulorum opprobria sunt Doctorum N. 178. Licebat enim vero Laurentio Sententiam Magistri ad multitudinem dictam ad suam figillatim personam transferre quasi dicere vellet: Si me indignum ista Martyrii Societate habueris, in tuum Pater opprobrium cedit, quasi me tua doctrina non satis ad illud exerendum animi robur præparaveris. Mox illam Sententiam ulterius explicat: Et tu Pater ostende in Filio Virtutem tuam, offer, quem erudisti, ut securus Judicii tui comitatu nobili pervenias ad coronam. Cui Sixtus respondit: Non ego te Fili relinquo, sed majora tibi debentur certamina. Nos quasi senes levioris pugnae cursum recipimus: Te quasi Juvenem manet gloriosior de Tyranno Triumphus. Mox venies: flere desine, post triduum me sequeris. Non erit tuum sub Magistro vincere, quasi adiutorem quæreres. Infirmi discipuli Magistrum præcedunt, Fortes sequuntur, ut vincant sine Magistro, qui jam non indigent Magistro.

Et Auctor
Christianus
habetur.

Non existimo Divum Ambrosium jocundis adeo fictionibus, animum oblectare voluisse. Cur enim Xysti Pythagorei hanc corripere sententiam, labiisque Laurentii Martyris imponeret ad exprobrationem Sixto faciendam, nisi ita in Actis Martyrum ea reperisset? Sane palam facit se a lusibus alienum, dum illud Sixti & Laurentii certamen fabulis Pyladem & Orestem sistentibus opponit. Unde aut Ambrosii in dubium vocanda fides, aut asserendum, Laurentium Sixto hanc senten-

ten-

tentiam, ut suam objectasse, Sixtum, ut suam agnovisse, egregieque illustrasse.

Neque vero solum vivente Sixto magna harum sententiarum auctoritas fuit, sed & postquam Martyrio defunctus esset, quod ipsemet Hieronymus agnoscit, qui dum Libellum per provincias legi fateretur, hanc ejus celebritatem non ab eo tempore inchoat quo Rufinus illum vertit, sed invitus licet fateri cogitur jam ab integro Seculo, & ab Origenis ætate communi omnium plausu exceptum esse. Imo hanc ipsam sententiam Hieronymus, sicut alias, mihi mutuatus esse videtur, et si paululum eam immutaverit & aliud Simile præ eo quod Sixtus habebat, elegerit. Ita enim Epistola ad Furiam de viduitate servanda ait :

nec ipsi Hieronymo ignoratur.

Detrimentum Pecoris, Pastoris ignomina, quorum verborum sensus est: imminutionem sive decrementum pecoris, ac nisi sit nitidum probeque curatum, præstetque lactis aut lanæ proventu, quantum par sit, referri ad Pastorem, quasi defectus ille de ignavia aut imperitia testetur. Scopus igitur Sixti & Hieronymi quanquam sub diversis Similibus exacte convenit, et si furtum ab Hieronymo dissimulandum esset, ne videretur probare ea, quæ per invidiam rejecerat.

Ista communi sententiarum Sixtinarum comprobatione Rufinus Presbyter instigatus, easdem Civitate Romana donare voluit, quum multis antea Græcorum libris hanc transferendi operam præstitisset, summa quidem & illaudabili libertate usus, dum nonnulla omittit, quædam inserit, aliqua mitigat, alia asperiora reddit: quo sibi et ipsi magnas a probis pariter improbisque calamitates accersivit, in ipsos vero Li-

Inde Rufinus Versionem aggregatur

torum

brorum Auctores acerbis sæpe castigationes derivavit.

Hanc Interpretationem APRONIANO illustri apud Romanos Principique Viro, quem Melanium ad Christi castra deduxerat, dedicavit, simulque Conjugi illius Avitæ, mira virtutum copia cinctæ, obtulit, libertatemque dedit, libellum quo nomine vellent, appellandi, quod ex Epistola illorum Nomini inscripta liquet. Illa in Bibliothecis Patrum non extat, sed reperitur in vetustissima Sententiarum Sixtinarum editione per Beatum Rhenanum curata, mihi que ab Amplissimo & eruditissimo Gymnasii Zviceaviensis Rectore Andrea Uinholdo benevole concessa unde eandem hoc loco inferemus.

Rufinus Aproniano suo S.

Eamque Aproniano dedicat.

Scio quia sicut Grex ad vocem proprii Pastoris libenter accurrit, ita & religiosus Auditor vernaculi doctoris admonitionibus gaudet. Quia ergo, charissime Fili Aproniane, religiosa Filia mea Soror jam Tua poposcerat a me, ut ei aliquid quod legeret componerem, ubi neque laboraret in intelligendo; aperto & satis plano sermone, Sixtum in Latinum verti, quem Sixtum ipsum esse tradunt, qui apud vos idem in Urbe Romana Sixtus vocatur, Episcopi & Martyris gloria decoratus. Hunc ergo cum legerit, inveniet tam brevem, ut videat singulis versibus ingentes explicari sensus, tam vehementem: ut unius versus sententia ad totius possit perfectionem vitæ sufficere: tam manifestum, ut nec assistens quidem legenti puellæ expertem se intellectus esse causetur. Omne autem opus ita breve,
ut

ut de manu ejus nunquam possit recedere. Totus hic Liber ibi pristini alicujus pretiosi obtinens annuli Locum. Et revera æquum videtur, ut cui pro verbo Dei terrena ornamenta sorduerunt, nunc a nobis ad vicem Verbi & Sapientiæ monilibus adornetur. Nunc ergo interim habeatur in manibus pro Annulo liber, paulo post vero in Thesaurum proficiens Liber totus servetur in corde, Sermones disciplinæ & bonorum actuum communionis de intimo suggesturus arcano. Addidi & electa quædam religiosi Parentis ad Filium, sed breve totum, ut merito omne Opusculum, vel Enchiridion si Græce, vel Latine ANNULUS appelletur. Vale.

Paucis observo hunc Apronianum eum esse, quem S. Melania sive Melanium Christo conciliavit. v. Pallad. Hist. Laus. Cap. CXVIII. p. 1034. cui & Origenes IX. Hom. in Psalmos dedicavit Uxor ejus Avita singularis pudicitia Fœmina Pall. Cap. CXXXIII. quam Sororem Aproniani vocat, quia non Conjugii deliciis amplius sed sanctitatis exercitio, sub fraternitatis titulo vacabant. Videatur Antonins Muratorius in Anecdotis T. I. p. 141. 142. Tillemont. Mem. T. X. Henr. Nor. Hist. Pelag. L. 1. in Cenotaph. Pisanis diff. IV. C. 2.

Istam Rufini Interpretationem primus citavit Pelagius *Has Senten.* infaustus hæreseos sibi cognominis conditor, ex ea *primus citat* nim protulit Sententiam XXXIV. Libertatem arbitrii sui *Pelagius* permisit hominibus Deus, ut pure & sine peccato viventes similes fiant Deo. Tum Sent. XLIV. Templum Sanctum est Deo mens pia, & altare est optimum, cor mundum & sine peccato. Et Sent. LXIII. Vir castus & sine peccato potestatem accepit a Deo esse Filius Dei. Illas ex Versione Rufini a Pelagio sumtas esse inde constat,

D

stat,

stat, quia accurate cum Codicibus Rufini superstitibus conveniunt, aliquam forte discrepantiam habituræ, si ipse e Græco textu vertisset. Atque eas Augustinus, qui librum suum de Natura & Gratia A. CCCCXV. scripsit, sine tergiversatione suscepit, velut a Sixto prolatas, aut certe a veritate divina, si recte explicarentur, non alienas. Ita enim ait. *Quis Christianorum ignorat, QUÆ Beatissimum Xystum Romanæ Ecclesiæ Episcopum & Domini Martyrem dixisse commemorat? Quibus verbis innuit, sese vel respexisse ad Xystum, quod ejus verba omnes Christiani agnoscant, vel ad verba sub Xysti nomine citata, quod illa ab omnibus Christianis tanquam divinæ veritati convenientia habeantur. Pari ratione alteram Sententiam admittit, dicendo: Quis nescit ad istam perfectionem, perducendum Cor mundum, dum interior homo renovatur de die in diem, non tamen sine gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Id vero Sixtus nunquam negavit, qui creberrime gratiam Dei & inchoatricem & paratricem & perfectricem omnis boni asseruit. Neque minus Sententiam LVIII. approbavit, etsi addat, Id sine Christo fieri non posse, quod & Sixtus plus vice simplici confessus est. v. Aug. de Nat. & Gr. c. LXIV. Equidem dicunt omnes sequiores Scriptores id ab Augustino esse retractatum, qui, quanta sollicitudine id asserant, tum dicemus, quando post Hieronymi insultus in Rufinum & Sixtum demonstrabimus, Augustinum retractasse errorem, quem se commisisse putabat in Persona Sixti, non vero defensionem quam illis sententiis impenderat.*

Quod Hieronymo ansam præbuit,

Dum igitur ista Interpretatio Rufiniana sibi adiutum apud Latinæ linguæ gnaros parat, Hieronymus facile in hos succendi solitus quos gloriæ suæ aut æmulos

los

los aut impeditores nosset; quum eo nomine jam tum *Rufinum*
 suspectum haberet Presbyterum Aquilegiensem, ob- *Sixti In-*
 tractandi occasionem sumsit, sic ut Rufinum pariter, *terpretem,*
 cumque eo Sixtum innocentem, nilque tale prome- *ipsumque*
 ritum everteret. Rufinum certe fraudis & malitiæ *Sixtum in-*
 arguit, quod Philosophum in Pontificem Martyrem- *vadendi*
 que mutasset: ipsum vero Sixtum, quasi gentilissimus,
 & ab omni veritatis divinæ professione alienus. Nos
 verba Hieronymi proferemus, ut videamus quibus gra-
 dibus ad bilem adversus Sixtum & Rufinum evomendam
 processerit. Sic igitur in Cap. XVIII. Ezech. L.VI. scri-
 bit: Pulchre in Xysti Pythagorici *Sententiolis* dicitur, *ce*
 Adulter est uxori propriæ amator ardentior; quem li- *ce*
 brum QUIDAM in latinam linguam transferens Martyris *ce*
 Xysti nomine voluit illustrare, non considerans in toto *ce*
 volumine, quod in duas partes frustra divisit, Christi *ce*
 nomen & Apostolorum RETICERI. Nec mirum si gen- *ce*
 tilem Philosophum, in Martyrem & Romanæ urbis *ce*
 Episcopum transtulerit, cum Eusebii quoque Cæsarien- *ce*
 sis, primum pro Origene librum Pamphili Martyris *ce*
 vocabulo commutarit, ut facilius tali laudatore libros *ce*
 impiissimos Romanis conciliaret auribus. Multo adhuc *ce*
 acrius, acerbiusque locutus est epistola ad Ctesiphontem *ce*
 contra Pelagianos: Illam temeritatem atque insaniam *ce*
 ejus quis digno possit explicare sermone, quod librum *ce*
 Xysti Pythagorei, hominis absque Christo, atque Ethnici, *ce*
 immutato nomine Sixti Martyris & Romani Ecclesiæ *ce*
 Episcopi prænotavit. In quo juxta dogma Pythagorico- *ce*
 rum, qui hominem exæquant Deo, & de ejus dicunt *ce*
 esse substantia, multa de Perfectione dicuntur: ut qui *ce*
 volumen Philosophi nesciunt, sub Martyris nomine de *ce*
 aureo bibant calice Babylonis. Denique in ipso volu- *ce*

„ mine nulla Prophetarum, nulla Patriarcharum, nulla
 „ Apostolorum, nulla Christi fit mentio, ut Episcopum
 „ & Martyrem sine Christi fide fuisse contendat. Omnem
 „ vero indignationis molem in utrumque convolvit.
 „ Cap. XXII. in Ieremiam ita scribens. Miserabilis Grun-
 „ nius qui ad calumniandos sanctos viros aperuit os suum,
 „ linguamque suam docuit mendacium, Sexti Pythago-
 „ rei hominis gentilissimi unum librum interpretatus est
 „ in Latinum: divisitque eum in duo volumina, & sub
 „ nomine S. Martyris Xyfti urbis Romanæ Episcopi ausus
 „ est edere, in quibus nulla Christi, nulla Spiritus Sancti,
 „ nulla Dei Patris, nulla Patriarcharum Prophetarum &
 „ Apostolorum fit mentio, & hunc librum solita teme-
 „ ritate & insania Annulum nominavit, qui per multas
 „ provincias legitur, & maxime ab his qui ἀπαθείαν &
 „ impeccantiam prædicant. Quomodo igitur Dominus
 „ Jechoniam instar annuli de manu sua & digitio se pro-
 „ jecturum comminatur: ita Lectorem obsecro, ut *NE-*
 „ *FARIUM* librum abjiciat, legatque si voluerit ut cete-
 „ ros Philosophorum libros, non ut volumen Ecclesiasti-
 „ cum. Ista necessario adducenda putavimus, ut prudens
 „ Lector veras proscripti Libelli causas sollicitius atque
 „ a nobis præstitum id fuit, indagare queat, quos illa tot
 „ seculis stabilita Stridonensis veneratio coercuit, quo-
 „ nimus cogitata nostra plane proferremus. Illud tamen
 „ declarare fas sit, Sanctum hominem multum humani
 „ passum esse, dum se Apologiis Rufini plus justo læsum
 „ putat, cui *Os contra Sanctos apertum* & *ad calumnias* &
 „ *mendacia pronum tribuit*, rectius facturus, si ἀπαθείαν,
 „ sive impeccantiam, Sibi tantopere invisam, atque pessime
 „ hoc vocabulo expressam tranquillus coluisset. Hinc omnia
 „ corrasit, quæ ad maculandam Rufini fidem aliquid con-
 „ ferre

ferre posse videbantur. Qualia sunt, quod Sixti Librum in duas partes diviserit, innocuo certe conatu, quum nil obstet, five in duas vel tres partes librum aliquem distinctum legas, siquidem posteri in ipsis Sacrorum Auctorum monumentis idem impune fecerint, ipseque etiam Hieronymus quando Prophetarum Scripta in versus distinxit, aliter, quam ut hodie leguntur. Vid. Morini Exercit. L. II. Exert. XVII. p. 476. Et quod quæso crimen, qualisve insania aut temeritas est? libro Annuli nomen imponere, nec ulla usquam dictatoria potestate uti, sed suadere, inque Epistola ad Apronianum, dare arbitrium, five Annulum five Enchiridion appellare maluerint: Taceo non ineptum id consilium fuisse, quum ipsa sententiarum connexio, quarum una ex altera perpetuo quasi nexu fluit, id quodammodo jubeat, Fecerunt id alii, Macarius in primis, qui eundem virtutum inter se nexum vel τῆς σερχῶς vel κλίμακος schemate exhibuit. Huc pertinet frigida illa exprobratio, quod Xysti nomen in Sixti prononciationem mutarit, prononciationi Latinæ consulturus, quæ talem effendorum verborum suavitatem, facilioremque defluxum amat. Quidni enim, si Stridonensem audias, vel ipsis Scriptoribus Sacris insultes, qui Saulis Nomen in Pauli sine metu objiciendæ falsitatis, non prævio aliquo cœlesti mandato commutarunt. Nec magni ponderis illam cavillationem ducendam putamus, dum ait gentilem Philosophum in Martyris & Pontificis Romani dignitatem evectum: quasi id novum fuisset aut illis, aut quæ secuta sunt, temporibus, Philosophos missa gentilitate, in maximas quasque Orbis Christiani cathedras evehi, quorum aliqui vel pallio adhuc cincti, & pera fere baculoque usi accesserunt; quod tamen

ille iræ satisfactorius, ignorare sponte quam profiteri maluit. Unde quum nosset se lectori ludibrio fore, si plumbeis hisce telis usus esset, alia fortiora tela ad alterum cum alterius strage evertendum confinxit.

Ea vero nos ordinem Hieronymi sequentes intuebimur, quidque veritatis habeant indagabimus. Ait igitur ad Ezechielis Prophetæ Cap. XVI. Xystum fuisse Gentilem Philosophum, & in Epistola ad Ctesiphontem: Hominem absque Christo atque Ethnicum. At hoc ipsum apertis documentis ostendendum erat, quum ageretur de Libro laudato, & communi Christianorum calculo recepto, quique illam præ se famam ferret, ac si a Romano Pontifice Martyre scriptus esset. Poterat igitur eandem diligentiam adhibere, quam in convincendo Rufino exhibuerat, ostendendo Apologiam pro Origine scriptam ad Pamphilum Martyrem nullaratione pertinere. Verum suæ credi voluit auctoritati, quam vel digito pupugisse capitale erat.

Inter Pythagoreos non extitit aliquis, cui hic Liber Sixti tribui queat.

Propterea quod ipse facere noluit, quominus livor appareret, illud nos faciemus, declarando, quod inter Pythagoreos Philosophos, si Sixtum nostrum pro tali fortassis habitum demas, non extiterit, qui talem librum concinnare potuerit. Equidem extitit Sixtus quidam Romanus huic Sectæ addictus, cujus & insigne Nomen fuit, de cujus tamen ætate inter Temporum Collectores jam adeo convenit, ut Julii Caesaris tempore vixisse, ipsique Dictatori notum & Magistratibus obeundis ab eo destinatum omnes agnoscant. Is ipse est, cujus apud Ciceronem & Plinium & Plutarchum nomen refertur cujus & Annæus Seneca splendidam mentionem facit, referendo, quemadmodum ad hujus Philosophi dogmata a Pythagoræ placitis aliquantulum aliena, magisque

que temperata fuerit deductus. Ita enim Epist. I. ait;
Quoniam cœpi Tibi exponere quanto impetu Juvenis
ad Philosophiam accesserim, non pudebit fateri, quan-
tum mihi Pythagoræ amorem injecerit Sotion: Docebat
quare ille animantibus abstinerit, quare postea Sexti-
us: Dissimilis utrique causa erat, sed utrique magni-
fica. Hic Sextius homini satis alimentorum citra fan-
guinem esse credebat, & crudelitatis consuetudinem
feri, ubi in voluptatem esset adducta Laceratio. Ad-
jiciebat esse contrahendam materiam Luxuriæ. Col-
ligebat bene, valetudini esse contraria alimenta varia,
& nostris aliena corporibus. At Pythagoras omnium
inter omnia esse cognationem dicebat: Pauloque post.
Quæris quomodo defierim? In Tiberii temporis Prin-
cipatum Juventæ tempus inciderat, alienigenarum
gentium sacra movebantur, sed inter argumenta su-
perstitionis ponebatur quorundam animalium absti-
nentia. Patre igitur meo rogante, qui non calumni-
am timebat, sed Philosophiam oderat, ad pristinam
consuetudinem redii, nec difficulter mihi, ut incipe-
rem melius cœnare, persuasit.

Iste locus plane illustris, ad detegendam Sixti Py-
thagorei Senioris ætatem, plurimum facit. Hic enim
videre licet Senecam Patris adhuc viventis imperio sub-
ditum, animum ad Philosophiam Pythagoricam appli-
cuisse, suafore & impulsore Sotione. Atque is ait Py-
thagoram τὴν ἀποσχὴν suafore ob transmigrationem ani-
marum: Sextium autem ejusdem equidem rei suaforem
fuisse, sed alias rationes magisque probabiles habuisse.
Huic Sotioni Seneca se erudiendum dedit, quum sub
Tiberio sacra alienigenarum gentium moverentur. Fa-
ctum id M. Julio Syllano & C. Norbano CSS. Anno Ser-
vato-

vato-

vatoris XIX. vel juxta Baronium XXI. vid. Svet. Tiber. C. XXXVI. Inde luce clarius patet Sextium Philosophum Pythagoreum ætate Redemptoris esse vel antiquiorem, aut saltem ipsi in hoc orbe versanti parem, licet hoc timidius asseram, quum Sotion de eo tanquam homine suam ætatem antecedente loquatur.

Nec ab Homine more gentili scribi potuit.

Ex quo fuit Librum sive Enchiridion a Rufino versum huic Sextio de quo Sotion agit nullo modo tribui posse, quippe qui Christi Servatoris & Apostolorum ætatem prægressus est, e quorum tamen dictis Scriptisve omnes illæ sententiæ haustæ sunt, ut ex collatione illarum cum sacris oraculis constabit: Hieronymum autem non optima egisse Fide, quum omni Chronologia sprete, ac posthabita rerum in sententiis comprehensarum ratione, orbi persuasum voluit, eas ad hunc aut alium forte referendas esse. Equidem fuisse, qui ab hoc Sextio quædam acute dicta esse retulerunt, quibus non modo non adversamur, sed Lydium quoque Lapidem damus unde Gnomæ illius a Nostri sententiis distingui queant. Prior enim similium sive comparationum usu gavisus videtur, ut apparet ex Sententia Joannis Damasceni Parallelis T. II. p. 362. inserta:

Ουτε ἐν ἰχθύσι φωνὴν, ἔτε ἐν ἀπαιδεύτοις ἀρετὴν δεῖ
ζητεῖν

Neque vox apud Pisces, neque virtus apud insipientes quærenda est.

Et altera apud S. Maximum Confessorem T. II. Cap. XXXIX.

Ἐπὶ γυναικὶ πονηρᾷ καλὸν σφραγίς

Malam mulierem sigillum decet.

Noster autem Philosophus iisdem plane abstinet, atque vel Fidei vel morum capita sine ulla comparatione
stet,

fistit, ac prorsus talia, ut si Græcus restaret Textus, mox appariturum esset, unde fuerint depromta. Pauca tantum excipio, quibus tamen eadem Libertate poterat uti, sicut Sacri Scriptores Poetarum sententiis usi sunt, quodque ipse Stridonensis millies milliesque fecit, tam crebro Poetarum aliorumque verbis insistens, ut si eadem e Scriptis ipsius avulseris, ea parieti aut pavimento tessellis suis, nitorem alias conciliantibus spoliato, lacernæque pertusæ similia futura essent: Si qua igitur Sixtus sententiam aliquam Philosophicam inseruisset, id ita ipsi condonandum, excusandumque erat, sicut Hieronymus de Paulo Apostolo versu I. Cor. XV. v. 33.

Φθείρασιν ἢ θη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί

ad quæ ipse ita fatur: *Secularem versum sumens Apostolus fecit Ecclesiasticum.* Epist. ad Demetr. Tom. I. p. 46.

Verum Rufinus fecerat, ut omnem Sixtus gratiam perderet, neve illius indulgentiæ compos fieret, quam magna sibi prodigalitate concesserat, quum secularem literaturam in medium provocaret, & Pythagoricis oraculis etiam cum maxima illorum laude uteretur, S. Codicis autem verba parcius adduceret, ut copiosius Sapientum gentilium dictis superbiret. *Hæc pauca ait de scripturis posuimus, ut congruere nostra cum Philosophis doceremus.* L. II. contra Jovin. p. 53. a.

Jam equidem *Thomas Galeus* *Anglus*, Vir de pro- *Et si id Gale-*
movenda *Historia* & elegantioribus literis optime alias *us titubans*
promeritus, quum opuscula *Mythologica* *Physica* & *tradat.*
Ethica Oxonii Anno MDCLXXXIII, interque ea Pytha-
goreorum scripta & fragmenta publicaret, hisque ipsis
Sixti nostri Sententias insereret paginæ 845. & sequen-
E tibus

tibus, hunc nostrum plane eum esse putavit, qui vel a Cicerone, vel Seneca, Plinio omnibusque aliis citatus fuit; at enim vero est quod summopere de hoc Viro doleamus, quod, cum ederet Sixtum, eumque Præfatione sua ornatum vellet, causam illius tam male egerit, & Sextum satis pro se in Sententiis loquentem tam oscitabundus audierit, ut vigilantem somniasse haudquam dubitem.

quia Libri contenta illud non admittunt. Quærerem ego quæ ratione Sixtus ille, quem Galeus ævo Ciceronis ac Cæsaris vixisse statuit, de nostra *viō* *σικ* S. Adoptione, de Christo, Sapientia Dei, de Renunciatione in Baptismo, de Martyrio, de innumeris aliis doctrinis mere Christianis ac ritibus non nisi in Sancto cœtu usitatis loqui potuerit? nisi simul statuatur, omnia ista ante Servatoris adventum & nota, atque exercitata fuisse. Quod quum non nisi summo cum stupore a quocumque assertum iri putem; dicendum utique erit, alium fuisse Sixtum quem Cicero, Seneca, Plinius laudarunt: alium ex adverso, quem Origenes ut *πικόν* descripsit, quemve ipse S. Hieronymus nomine licet non expresso ut summopere utilem prudentemque citavit.

Sed recordatus Galeus se circumspecto Lectori non persuasurum, Opusculum illud Sixto Ciceroniano, sive Seniori tribuendum esse; mox in alterum flectit, sed dubius, ipsum amplectatur nec ne?

Neque Sex- zio M. Antonini Præceptoris. Nempe Sixtum profert M. Antonini Præceptorem, de quo ipsemet Imperator ait, quod Philosophiam ab eo audiverit, cui Eutropius Rhetoricam addit, dubitante Galeo, alterne ab altero sit distinguendus? ut alter Philosophum egerit, alter Rhetorem. Quod ego dubium inane puto, cur non enim Philosophia & Rhetorica in una ingenii sede morari queant? Ita igitur immemor
Anglus

Anglus eorum, quæ de Sixto Ciceroniano dixerat, ea ad Bœotium Antonini Præceptorem transfert, & omnia quæ in Antonini Libris leguntur, ex Enchiridio Sixti Rufiniano deprompta putat. Hanc opinionem confirmat verbis Marci asserentibus quod a Sixto τὸ καταληπτικὸν καὶ ὁδὸς ἐξευρητικὸν, καὶ τακτικὸν τῶν εἰς βίον ἀναγκαίων δογματῶν perceperit *Hæc inquam sunt Epitome hujus Enchiridii: hæc quæ de Sixti Speculo late disputat Seneca L. de Ira II. Hæc occasionem dederunt iis quæ Imperator disferit.* Ita Galeus, quem vellem, Sixti nostri Philosophiam cum Antonini Imperatoris diligentius contulisset, neque tam parum solidam divinationem propalasset. Imperator plane Stoicam Philosophiam sequebatur, aliquando Pyrrhonicam, omnia Fato tribuens, a quo noster toto distat cœlo, qui omnia divinæ gubernationi tribuit. Cur vero non collationem Sententiarum instituit haud adeo difficilem futuram, nisi rem plane desperatam credidisset, Sixtum cum Antonino conciliare? Interim omnia confundit, & quicquid de *Sextiis* aut *Sextis* reperit, id omne ad nostrum transfert, γνώμας & Ὁμοίαι tribuit: mox tamen sui oblitus Gnomas ad nostrum similitudines vel ad Ciceronianum, vel ad Bœotium Chæronensis Nepotem refert.

Quum igitur Galeus jamjam asseruisset *Sextium* fuisse quod Gale-
Antonini Magistrum, & omnia Antonini petita esse ex *us voluit.*
Enchiridio nostro; iterum tamen claudicat dicendo,
Sixtum hunc *Antoninianum* scripsisse Pythagorica. Id si
verum, ex uno ore Aquam & Ignem evomuit, unoque
tempore Pythagoram & Zenonem sectatus est. Iterum
turbine insulano vexatus ait, Senecam vidisse *Sextium*,
quod quam falsum sit antea a nobis demonstratum fuit.
Neque adhuc errandi finem facit, sed *Demophilum* *Sextii*

imitatorem dicit, quo autem auctore, ipse nescit. Existimavit Cl. Vir *J. Alb. Fabricius* Sixtum Rufinianum quasdam suarum gemmarum ex *Demophilo* sumfisse, quas ego tamen paucas admodum & adhuc demonstrandas puto, quum maximam partem S. sibi Scriptura & Clemens Alexandrinus vindicent. Et si quæ apud *Demophilum* reperirentur, indicandum, quis ille Demophilus, in quo *Holstenius* suam ignorantiam professus fuit. Si dicerem Antiochenum fuisse Episcopum, non errarem, quum Antiocheni Præsules ab isto doctrinæ genere non alieni essent, neque illas etiam descriptiones τῆς Λόγῃ spernerent, quas in Sententiis Rufinianis legimus. Verum etsi hoc concedatur, Sixtus noster nihilominus major erit, qui Origenis ætate vixit, quum Demophilus a Seculo V. sejungi nequeat.

Qui in designando Sixto misere titubatur.

Sed redeo ad *Galeum*, qui dum in Euripo suo circumnata, tandem ad *Pseudo Clementem* appellit, huncque eum esse censet, e quo sua Sixtus Rufinianus depromferit. *Cur veritus est aperte dicere ex Clementis Recognitionibus, nam inde ista addidit Rufinus, vel ut verius dicam, reddidit Sextio.* Hæc dum lego cum junco ludere, & anates mihi captare videtur Anglus. Hisce enim verbis divinat Rufinum aut Sextium hoc Enchiridion e *Pseudo Clementis Recognitionibus* decerpisse. Mox, quando istud Tantali pomum e manu fugit, vicissim aliud emergit, quando per Somnium videt, *Sextium* esse auctorem Sententiarum, quæ in *Recognitionibus* extant, & *Pseudo Clementem* Sententias suas e nostro Sixto effinxisse. Quæso quid turbulentius scribi potuisset? Iam auctor noster sub Cæsare Dictatore vivit, jam Antonini est Magister, jam Senecam instruit, jam *Pseudo Clementem* docet, atque ita Nestorem & Triseclisenem

nem

nem agit. At quum ista neque cum temporum aut dictionis, aut contentorum ratione conveniant, certum omnino erit hunc nostrum fuisse primo Philosophum Origenis æqualem, ex Philosopho Christianum, eumque, dum adhuc inter Græcos viveret, melioris Sapientiæ documentum, omnibus profuturum, isto Enchiridio dare voluisse.

Jam quum expeditum sit, neque S. Hieronymum, neque Galeum certi quippiam dicere potuisse de Sixto quopiam Philosophiæ Pythagoricæ addicto, præter hunc nostrum qui pro tali haberi poterat: ulterius dispiciendum verane dixerit Stridonensis, asserendo libellum esse hominis absque Christo atque Ethnici, huncque Sixtum, quem ipse auctorem agnoscit, fuisse gentilissimum: an vero diversa plane sententia sit amplectenda? Nobis ex testimonio Origenis constat hunc Librum παρά πολλοῖς φερόμενον καὶ δόκιμον & ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων haustum fuisse, quin imo ipse etiam S. Hieronymus Adamantii verba quasi sua faciens, id ipsum fatetur, eum PER PROVINCIAS legi, quod certe non a tempore versionis Rufinianæ, sed diu antea fuerat factum. Qua igitur ratione contigit? ut liber qui δόκιμος habitus & inter delicias per tot Provincias repositus non pro ethnico & gentilissimo fuerit agnitus, antequam Stridonensis accederet, & Scelus illud publicaret? Omnino stupidos plane oportebat esse per omnem Græciam Christianos, aut ea, quæ de adoptione, Electione, Fide, Purificatione, Sapiencia veritateque divina, de Renunciatione in Baptismo, Constantia Martyrum, Vita æterna Sixtus dixerat, gentilissima fuisse habita, de his enim, innumerisque aliis Liber agit. Sed hujus accusationis rationem reddit Hieronymus, dum ait, Christi & Aposto-

Examina-
tur Enchi-
ridion an a
Gentili Au-
tore scri-
ptum?

lorum nomen reticere, nullam Prophetarum, nullam Patriarcharum, nullam Apostolorum, nullam Christi, nullam Spiritus S. nullam Dei Patris, fieri mentionem. Ex quo fluit Scripturam horum nominum ignaram, ut Ethnicam habendam esse.

S. Hieronymo ad Objecta respondetur.

Nos Sanctum Patrem ita placandum censemus, dicendo, Sixto fuisse animum sententias scribendi, rem complectendi, Nomina venerationi mortalium exponenda sic proferre, ut ea Christianis e notitia gaudium, vocandis autem ad Christi sacra sub tegumento suo desiderium excitarent. Non poterat *Hieronymus* hunc scribendi morem reprehendere, quum ipse eodem fuerit usus adeo, ut prope dixerim, si Hipponensem excipias, ipsum in hoc genere regnasse. Ipse noverat quomodo tales sententiæ clavorum instar animis infigenda, comparatæ esse debeant. Prologo ad L. V. Esaiæ ait: *Breves sententias coaptabo, ut non tam exponam quid sentiam, quam paucis verbis Tibi sentienda dimittam.* In his igitur sententiis suis Stridonensis, id quod alibi non intermittebat, non immiscuit, sed satis habuit veritatem brevi verborum compendio inclusisse, quod constabit ex *Collectione Gnomarum Hieronymi*, vel ideo a nobis addendarum ut æquus Lector videat, Stridonensem ipsius Sixti Imitatorem egisse, nec scripsisse illo melius, quem tamen inter *σκύβαλα* & peripsmata abjiciendum censuit.

Sixtum aliorum vestigiis instittisse.

Instittit igitur *Sixtus* aliorum vestigiis, qui suas sententias non nominum aliqua auctoritate circumvallabant, sed veritatem suæ defensionis relinquebant. Nec tamen ideo putandum, *Sixtum* auctores suos plane dissimulasse; sed ut *Hieronymus* dissimulato licet Rufini nomine sub *Grunnii*, *Tyranni* aliisque vocibus, hunc suum

suum adversarium satis detexit; ita Sixtus, sed meliori mentis tranquillitate usus, dum Patriarchas, Prophetas, Apostolos describit, eos vocat *Sapientes & Amicos Dei*, more Christi, qui se σοφῶς missurum pollicebatur, non designato Petri Paulive nomine Math. C. XXIII. idque, quod exinde dissensionum semina prodire potuissent. Inde factum ut ne Paulus quidem illud spreverit, sed jucundum habuerit se σοφῶ ἀρχιτέκτων nomine designare 1 Cor. X. & Theophilus Antiochenus, quando Apostolus σοφιδέντας, Θεοδιδάκτους, οἰκισ, δικαίους dixit p. 67.

At forte veniam impetraret Sixtus, modo Dei Patris, ac Filii, ac Spiritus S. fecisset mentionem, quam plane ab eo profligatam esse Hieronymus censuit ad Jeremiam Cap. XXII. Ferat igitur Divus Pater, ferat Sanctus Ecclesiae Doctor, ut dum aequae Sanctum Philosophum Christianum, Pontificem & Martyrem defendo, hanc ipsi S. Trinitatis venerationem ostendam. Habuit enim, quod de semetipso in *Apologia adversus Rufinum* scribit, *Lutatam faciem, haereticoque foetore conspersam*, unde his squamis impeditus ad illam Sixti assertionem penetrare non potuit. Depromserat autem hanc loquendi rationem a *Tatiano* qui de *Crescente Philosopho* ita scripserat, quod Lutatam habuerit faciem, eaque propter Sapienti indecoram.

Profecto quod ad Deum pertinet, illum Sixtus sub totius *θεοίας* conceptu in omnibus fere sententiis nominavit, ejusque ineffabilem magnitudinem egregie praedicavit. Quum vero in Personis eum describit, tunc ut Patrem stitit, imprimis quum Christianos τῆς υἰοθεοίας commonefaciens instruxit, ut se Patri similes praestarent. vid. Sent. LVI. LVII. CCXXVI. CCXXVII. CCXXX. Atque propterea Christianam aequitatem imploro

& S. Trinitatis creationem fecisse.

ploro, judicet de Probitate Stridonensis, an æqua lance causam Sixti dijudicaverit? an vero cæstro aliquo aut morbo, quem ipsemet de se fatetur, fuerit abreptus? Videat, quid de aliis minori auctoritate præditis censendum sit, si tam impune quidvis sibi licere crediderint hi, qui inter Sanctos προεδρίαν obtinuerunt.

tum & Ser-
vatoris.

Sicut vero Patris, ita etiam Servatoris mentionem fecit, non equidem sub sanctis Iesu & Christi nominibus, sed iis, quæ non minus cum S. codicis præscripto cunque Apostolorum verbis conveniebant. Ubi quidem fieri poterat, ut ista Christi veneratio non omnibus illico appareret, quum non omnis Lector ea iudicandi peritia, qua par est accedat; multo autem major pars Milesii Fabulas libentius quam Platonis libros legat, quorum in altero oblectatio, in altero difficultas & sudor mixtus labori, ut ipse Hieronymus loquitur Præf. in XII. Esaiæ. Id quod contingere poterat Stridonensi, ut primo intuitu non videret tam augustum nomen a Sixto citatum, quod tamen facile inventurus erat, si Eustochium, quam unicum in toto orbe terrarum nobilitatis & virginitatis exemplum dicit, id ipsi peni indidisset. Sicut enim unius sibi diei spatium dato facile reperiebat, ex quibus Scripturæ partibus Pauli Verba Rom. III. v. 13. & seqq. petita erant, ita non serius perspecturus erat, Sixtum hanc contexendarum Scripturarum peritiam, quam ipse Paulo tribuit, ab eodem Paulo didicisse.

Sed sub Ver-
bi & Sapien-
tiæ & Veri-
tatis no-
mine.

Extat igitur Servatoris descriptio apud Sixtum, quando VERBI & SAPIENTIÆ & VERITATIS ipsum Præconio exornavit, quibusque verbis eum esse usum quis improbet? Mox enim illum Sanctus Johannes Christi discipulus ἐπισήμιος defendet, quem cum Hieronymus evehat, eaque scripsisse dicat, quæ Aposto-
li

li in conjugio viventes haudquaquam videre scribere-
que potuerint, contra Jovin. L. I. p. 27. ferat necesse est
Sixtum, si sub τῷ Λόγῳ vocabulo Servatorem frequen-
tius designaverit. Nec est cur ipsum id ex insidiis fe-
cisse putemus, quum alii ante ipsum Scriptores S. Ec-
clesiastici, ejusque in hoc confessionum genere Ante-
ambulones, sub eadem descriptione Joannéa Christum
denominaverint.

Justinus Martyr Seculi II. medio vivens sub VER- *Quod est Ju-*
BI elogio frequentissime Servatorem expressit. In *stinus fecit.*
Apologia I. inquit: Ὁ λόγος δὲ τῷ Θεῷ ὁ υἱὸς ἐστὶν αὐτῷ.
Pauloque post: Πρῶτερον λόγος ὢν, νῦν δὲ διὰ θελήματος
Θεῷ ὑπὲρ τῷ ἀνθρώποις γένεσι ἀνθρώπος γινόμενος &c. Ite-
rum ὅς καὶ λόγος πρωτότοκος ὢν τῷ Θεῷ καὶ Θεὸς ὑπάρχει.
In Apologia II. juxta vulgatam editionem: Γεγεννηθῆσαι
αὐτὸν ἐκ Θεῷ λέγομεν Λόγον Θεῷ. Ibid. Χριστὸς μόνος ἰδίως
υἱὸς τῷ Θεῷ γεγέννηται, λόγος αὐτῷ ὑπάρχων, καὶ πρωτότο-
κος καὶ δύναμις.

Post Justinum Theophilus Antiochenus libris ad *est Theophi-*
Autolycum L. I. Ὁ Θεὸς ἔν ἑχων τὸν ἑαυτῷ Λόγον ἐνδιάθε- *lus Antio-*
τον ἐν τοῖς ἰδίῳις σπλάγχνοις ἐγέννησεν αὐτὸν, μετὰ τῆς ἑαυ- *chenus.*
τῷ σοφίας ἐξερευζάμενος πρὸ τῶν ὄλων. τῷτον τὸν Λόγον
ἔχεν ὑπεργόν τῶν ὑπ' αὐτῷ γεγεννημένων, καὶ δι' αὐτῷ τὰ
πάντα πεποίηκεν· δύναμις ὢν καὶ σοφία αὐτῷ, ἀναλαμβάν-
ων τὸ πρόσωπον τῷ πατρὸς καὶ κυρίῳ τῶν ὄλων. Idem cum
de voce Adamo audita loqueretur, inquit: Φωνὴ δὲ τί
ἄλλο ἐστὶν, ἢ ὁ λόγος, ὁ τῷ Θεῷ ὅς ἐστὶ καὶ ὁ υἱὸς αὐτῷ.
Rursus ipsum describit: Τὸν ὄντα διαπαντὸς ἐνδιάθετον ἐν τῇ
καρδίᾳ Θεῷ πρὸ γὰρ τι γίνεσθαι, τῷτον σύμβελον ἑαυτῷ νῦν καὶ
φρόνησιν ὄντα. Ὅποτε τε ἠθέλησεν ὁ Θεὸς ποιῆσαι, ὅσα ἐβελεύσα-
το, τῷτον τὸν λόγον ἐγέννησε προφορικὸν, πρωτότοκον πάσης
κτίσεως· ἔκωνθεὶς αὐτὸς τῷ Λόγῳ, ἀλλὰ Λόγον γεννήσας, καὶ
τῷ

τῷ Λόγῳ αὐτῷ διαπαντός ὁμιλῶν. Ὅθεν διδάσκεισι ἡμᾶς αἱ
 ἀγία γραφαὶ καὶ πάντες οἱ πνευματοφόροι ἐξ ὧν Ἰωάννης λέ-
 γει ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος Θεός ἐν ὧν ὁ Λόγος καὶ ἐκ Θεοῦ πε-
 φυκῶς ὅπου ἂν βέληται ὁ πατὴρ τῶν ὅλων πέμπει αὐτὸν.

Voluit equidem Daniel Zwickerus Justinum Λόγον
 ex Philosophia Platonica derivasse, quem Bullus refel-
 lit, atque illius verba idonea interpretatione juvat.

§ Tatianus

Ejusdem discipulus Tatianus Christum non alio
 nisi τῷ Λόγῳ vocabulo descripsit. In Cohortatione ad
 Græcos inquit: Φανερώτερον δὲ ἐκδήσομαι τὰ ἡμέτερα. Un-
 de progressus de Λόγῳ cum Deo existente ait: σὺν αὐτῷ
 γὰρ διὰ λογικῆς δυνάμεως αὐτὸς καὶ ὁ λόγος, ὅς ἦν ἐν αὐτῷ
 ὑπέστησε. Θελήματι δὲ τῆς ἀπλότητος αὐτῷ προσπηδᾷ ὁ λόγος.
 Reliqua cum Justinii Magistri verbis conveniunt, nisi
 quod ulterius omnes verbi operationes erga genus hu-
 manum sub verbi significatione copiosius depingat.

Id ipsum vero magis ad defendendum *Sixtum* faci-
 et, quod *Tatianus* in omni illa Oratione, qua tamen se
 Φανερώτερον nostra se expositurum pollicitus est, nun-
 quam vel Iesu, vel Christi nomen expresserit.

§ Athenagoras

Cum illo paria deinceps fecit *Athenagoras*, tum in
 Apologia pro Christianis, tum in copioso de Resurre-
 ctione mortuorum Tractatu. De Logo quidem aliquo-
 ties dixit: Ἔστιν ὁ υἱὸς Θεοῦ λόγος τῷ πατρὸς ἐν ιδέᾳ καὶ ἐνερ-
 γείᾳ, πρὸς αὐτῷ γὰρ, καὶ δι' αὐτῷ πάντα ἐγένετο. ἐνὸς ἐντος
 τῷ πατρὸς καὶ τῷ υἱῷ. Ἔτος δὲ υἱὸς ἐν πατρὶ καὶ πατὴρ ἐν υἱῷ
 ἐνότητι καὶ δύναμις πνεύματος. Νῆς καὶ λόγος τῷ Πατρὸς.
 Τῷ αὐτῷ λόγῳ νοημένῳ ἀμερίζῳ πάντα ὑποτέτακται. Quod
 quum sæpius faceret Verbi descriptione perpetim usus,
 a Nominis Christi & Iesu citatione abstinuit, cujus as-
 serti nostri veritatem illius Lectio satis comprobabit.

atque Ire-
 neus.

Nec aliter sentire poterat *Irenæus Episcopus Lugdu-
 nensis*

nensis, quum illa ætate non alia ratione aliisque verbis Filius Dei cognoscendus proponeretur, quod sicut ex Patrum ita & Hæreticorum superstitionibus fragmentis apud Irenæum satis constat. Incertum nihilominus esse putavit P. Renatus Massuetus dissertatione ad Irenæum. tertia, an non ipsi Hæretici Valentiniani, dum Christum Logon faterentur, Patri similem æqualemque habuerint. Vir autem ille Sanctus egregie de Logo locutus est Sanctum Joannem Apostolum sequens, & Hæreticorum ineptias argutiasque ἀτερ γραφῆς inventas, redarguens, defectusque illorum manifestans L. III. c. 2. & Cap. XXVIII. p. 156. Certe quicquid ad veritatis cœlestis ductum de Logo dici poterat, multo quidem accuratius aliis, qui prima Seculorum Triade vixerant, declaravit. Nos, ut uno conspectu videri queat, quam frequenter, quamque sollicite de Verbo scripserit, præcipua excerpemus. Dicit autem de Logo, quod sit Deus verus L. IV. C. VI. Potens per omnia L. V. 1. Cujus generatio inenarrabilis L. II. 26. Sine quo alius Deus non sit L. III. 24. ἀπάντων τεχνίτης καὶ θεὸς ὑπὲρ χειρῶν κατέχων πάντα, In cœlo Principatum tenens L. IV. 20. Æternus perque omnia tempora positus L. IV. 6. Caput Ecclesiæ L. V. 18. Incarnatus ob Salutem nostram L. III. 16. Porro ait omnem Scripturam ab eo revelatam L. II. 28. Omnia per ipsum manifestari L. IV. 6. Ostendi Patrem visibilem, & palpabilem reddi L. IV. 6. Per ipsum hominem extra Deum adscribi Deo. L. III. 10. Per ipsum assuescere hominem percipere Deum, & Deum habitare in Homine L. III. 20. Plasma in ipsum recapitulari L. III. 22. Sordes hominum ablui L. IV. 22. Victoriâ contra hostes dari L. III. 20. Resurrectionem donari L. V. 2.

tum & Cle-
mens Ale-
xandr.

Clemens Alexandrinus in Filii denominatione sub voce Λόγος totus fuit, atque Irenæum fere superavit, unde plane exscribendus foret, si omnia illius de Logo dicta afferre vellemus. Sermone erudito *quomodo Dives salvetur* pulcherrimas Christi appellationes veluti con-
gessit: ἡρώτηται μὲν ἡδέως ἡρώτημα καταλληλότατον. ἡ ζωὴ περὶ ζωῆς, ὁ Σωτὴρ περὶ σωτηρίας, ὁ διδάσκαλος περὶ κεφαλαίᾳ τῶν διδασκομένων δογμαμάτων, ἀλήθεια περὶ τῆς ἀληθινῆς ἀθανασίας, ὁ Λόγος περὶ τῆς πατρῶος Λόγου. In Cohortatione ad gentes egregiam de illo Confessionem edit. Θεὸς, inquit, Λόγος ὁ φανερώτατος ὄντως Θεός, ὁ τῆς δεσπότῃς τῶν ὅλων ἐξισιώθεις, ὅτι ἦν αὐτοῦ καὶ ὁ λόγος ἦν ἐν Θεῷ. Nec minus vera sunt quando de eodem ait: Μοὶ δοκεῖ ἐπεὶ αὐτὸς εἶκεν πρὸς ἡμᾶς οὐρανόθεν Ὁ ΛΟΓΟΣ, ἡμᾶς εἰς ἀνθρώπινην μὴ χρῆναι διδασκαλίαν ἔτι Ἀθήνας καὶ τὴν ἄλλην ἐλλάδα. Atque his ipsis aliisque testimoniis fecit, ut prorsus a *BULLO* probaretur in Defensione Fidei Nicænæ, cui tamen illud addimus, discernendos esse in Clemente Alexandrino varios τῆς λόγου significatus, quum sæpissime quidem Personæ Christi, aliquoties tamen & verbo revelato, aliquando & rationi nostræ applicet-

ut & Origenes.

Cum Clemente Alexandrino omnino sentit Origenes Sixti æqualis, adeo ut Servatorem frequentius λόγον quam Ἰησοῦν atque χριστόν appellaret, cujus rei rationem reddere videtur *L. 1. contra Celsum* dicentem, *Christianos per nomina modo citata incantamenta exercere*: cui respondit Origenes, falsum id equidem esse, negari tamen non posse, imploratione Nominis Iesu non solum a Credentibus, sed aliquando etiam ab Infidelibus quicquid voluerint impetrari. Eaque propter Pronunciationem nomini Iesu non omni tempore, inque
pro-

promiscuis colloquiis, sed tantum in veritatis doctrina, Confessione ac Precibus adhibitam, ceterum reverentius haberi. Notandum propterea, verba quædam esse *μη εἰς τὰς πολλοὺς φθάνοντα* sed Christianis propria, more Philosophorum, quibus receptum erat habere quædam, quæ non nisi maturis & capacibus proponerentur. Multa ex eo adducerem, tum quæ *Cajus* & *S. Hippolytus* de *λόγω* habent, nisi illa, defensa etiam & approbata apud Bullum legi possent. Def. F. 1. 96.

Habuit itaque Sixtus in illa *λόγου* descriptione, sibi prævios omnes illos Episcopos, Doctores, Virosque Ecclesiasticos, qui ante se eodemque tempore vixerunt, cumque ipsis Scriptores *θεοπνεύστους* quos quis non sequatur? Habuit prævios universos Christianos, qui in ipsis quoque precibus Christum *λόγον* nominabant: qualis oratio in Constit. Apost. L. VIII. c. 41. reperitur *Ἐγειρώμεθα ἑαυτὰς καὶ ἀλλήλους τῷ αἰδίῳ Θεῷ διὰ τῆ ἐν ἀρχῇ λόγου παραδώμεθα.* Nec ratio defuit cur ita facerent, quam si quis nosse velit Origenis illa verba perpendat extra Celsum L. 2. *Ἐ Ἰησοῦς εἰς ὧν, πλείονα τῆ ἐπινοίας ἦν, βλέπεσιν ἔχ' ὁμοίως πᾶσιν ὁρώμενος. Καὶ ὅτι μὲν τῆ ἐπινοίας πλείονα ἦν σαφὲς ἐκ τῆ Ἐγὼ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωὴ. Καὶ τῆ, ἐγὼ εἰμι ὁ ἄρτος, ἡ θύρα, καὶ ἄλλων μυρίων.*

Ex quo quum constet Sixtum sub *λόγω* significatu Porro Sixtus de Christo locutum, ita porro asserendum, idem ab eo sub Sapiientia filii designat. sub Sapiientia five *Σοφίας* Elogio factum Sent. CLXXI. CLXXII. v. & Orig. contra Celsum p. 258.

Sapientia animum perducit ad Deum.

Nihil tam vernaculum Sapientia quam Veritas,
Sub his vocabulis Christum esse designatum ex illorum temporum more liquet, quibus quum demonstrandum esset Christianorum doctrinam esse veram recipiendam-

*Clementem
sequens*

que, simul ostendendum, eum, a quo doctrinam suam accepissent, esse non modo Sapientem & Philosophum, sed N̄v̄ & Sapientiam ipsam. Id quod pulchre *Clemens Alex. Str. VI.* expressit: quo loco quum Sapientiam Philosophorum ex certo quodam fonte haustam & derivatam contenderet, eaque propter primum Sapientiae magistrum quaerendum esse: Ζητεῖν ἀνάγκη τὸν διδάσκαλον. Inde quum multos per successionem Philosophos enarrasset, ait: ἔ παύσομαι τῶν τέτων διδάσκαλον ἀπαιτῶν. Hinc progressus: Ἀνάγω σὲ δὲ ἐπὶ τὴν πρώτην γένεσιν ἀνθρώπων, κακεῖθεν ἀρχομαι ζητεῖν τίς ὁ διδάσκαλος; Ἀνθρώπων ἔδεις ἀλλ' ἔδ' ἀγγέλων τις λείπεται τοιῦν ὑπεξαναβάντας ἡμᾶς καὶ τὸν τέτων διδάσκαλον ζητεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἐν μὲν ἀγέννητον, ὁ παντοκράτωρ Θεὸς, ἐν δὲ τὸ προγεννηθὲν, δι' ἃ τὰ πάντα ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἔδεν ἐγένετο, ὁ πρωτόγονος υἱὸς ἔτος Σοφία εἴρηται πρὸς ἀπάντων τῶν προφητῶν, ἔτος ἔστι ὁ τῶν γεννητῶν ἀπάντων διδάσκαλος, ὁ σύμβυλος τῷ Θεῷ τῷ τὰ πάντα προγνωκός.

Ἔ Justinum

Ἔ Theophilum

Idem porro non ob aliam rationem verbum Dei Sapientiam appellatum ait, nisi quod Sapientia tradita per Filium: Θεῷ δὲ εἴρηκεν διδασκαλίαν, Σοφίαν, ἵνα δείξω τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν δι' υἱῷ παραδιδομένην. *Str. L. I.* Talia & apud Justinum Martyrem leguntur in *Dial. Sect. 284. 285.* μαρτυρήσει μὲν ὁ λόγος τῆς σοφίας, αὐτὸς ὢν ἔτος Θεός, ἀπὸ τῷ πατρὸς τῶν ὄλων γεννηθεὶς, καὶ λόγος καὶ σοφία καὶ δύναμις ad: & *Sect. 327.* Theophilus Antiochenus *L. II. ad Autol.* pari ratione Christum σοφίαν nominat: Οὗτος ἀρχὴ λέγεται, ὅτι ἀρχεὶ καὶ κυριεύει πάντων τῶν δι' αὐτῷ δεδημιουργημένων. Οὗτος ἔν ὢν πνεῦμα Θεῷ, καὶ ἀρχὴ, καὶ Σοφία καὶ δύναμις ὑψίστη κατήρχετο εἰς τὰς προφήτας. Οὐ γὰρ ἦσαν οἱ προφῆται, ὅτε ὁ κόσμος ἐγένετο· ἀλλὰ ἡ σοφία ἢ ἐν αὐτῷ ἔσα ἢ τῷ Θεῷ, ὁ αἰεὶ συμπαρὼν αὐτῷ· διὸ δὲ καὶ διὰ Σολομῶνος προφήτου ἔτω λέγει ἠνίκα δὲ ἠτοίμασε τὸν ἔρανόν σου·

συμ-

συμπαρήμην αὐτῶ, καὶ ὠνίχουρὰ ἐποίησεν τὰ θεμέλια τῆς γῆς, ἤμην παρ' αὐτῶ ἀρμόζουσα. Sed actum agerem si id copiosius demonstrare vellem, quum omnes antiquissimorum Præfulum doctorumque libri testimoniis hac de re pleni sint, vulgataque adeo Christum sub Σοφίας vocabulo nominandi consuetudo, ut templa etiam ipsi dedicata hoc nomine designata sint.

Quod quum a nemine negatum iri putem, porro ostendendum Sixtum Spiritus S. nec ignarum nec immemorem fuisse, quum Theologi recentiores veterum Theologiam ponderantes, unanimes asserant, Spiritum S. sub sapientiæ vocabulo ab iisdem promiscua ratione nominatum esse, ut Filius quoque sæpenumero τὸ πνεύματος vocabulo descriptus fuerit. Sic S. Ireneus L. IV. c. XX. *Adest Deo semper verbum & sapientia, Filius & Spiritus, per quos & in quibus omnia libere & sponte fecit.* Ad quæ verba Massuetus recte observavit Sp. S. Sapientiæ vocabulo ab Ireneo dictum, qua ratione id a Theophilo Antiocheno I. & II. ad Autolyicum factum erat. Et denuo quidem id, atque clarius repetiit Ireneus §. III. *Sapientia quæ est Spiritus erat apud eum ante omnem constitutionem,* idque probat Prov. III, 14. 20. Nos vero præterea in illustratione Sent. XXXIV. *Habes in te aliquid quod simile Deo,* asseruimus Spiritum S. homini inhabitantem a Sixto designatum esse, in qua divinatione magis deinde corroborati sumus, quum *Georgius Bullus* Defens. Fid. Nic. §. 21. demonstrarit veteres existimasse, spiraculum vitæ, quod Deus primo homini inspiraverit, fuisse ipsum Spiritum S. ipsumque Hieronymum qui propter Rufinum Sixtum oderat, hanc opinionem fovisse & publicasse in Explicatione Cap. IV. ad Ephesios. Unde sine dubio per illud quod homo in se

habe-

Sub eadem
Sapientia
Sp. Sanctum
indicat

habeat Simile Dei, Sixtus Spiritum S. notavit, qui in electione hominis per Baptismum ipsi redditur. Tertull. libro de Bapt. c. V. Ut igitur *Bullus* hoc loco, quo Rufinum adversus Stridonensem defendit, recte censet Hieronymum Aquilegiensi Presbytero calumnias struxisse, & artibus suis despectum fecisse, ita omnino dum hanc de Sixto censuram fert, calliditate sibi consueta, addo etiam violentia & dictatorio Spiritu usum esse, quum in omni Sententiarum tractu, non modo Christianismi sed etiam purioris & selectioris γνώρισματᾶ adeo conspicua sint, ut cerebro carere merito censerique queat, qui id non viderit.

*An Sixtus
Hominem
exæquave-
rit Deo?*

Pergit Stridonensis Sixtumque culpat, quod juxta Pythagoreos hominem exæquantes Deo multa de Perfectio-
ne dixerit. Ubi rursus calliditatem deprehendas, quando Pythagoreorum placita quidem refert, comparando autem Sixti Sententias cum Pythagoreis, minora dicit, tantumque Perfectio-
nem a Sixto requisitam confitetur. Non enim ait hominem a Sixto Deo coæquatum esse, quod Samius fecerat, sed hoc tantum, quod multa de Perfectio-
ne locutus fuerit. Quæ, cum a Lectore festi-
nante sic accipi queant, quasi Sixtus hominem exæqua-
verit Deo; videndum, an quæ de perfectione Sixtus attulit, veritatis divinæ puritatem inquinent aut ever-
tant: quod tantum abest ut asseram, ut potius ipsum idem cum Servatore postulasse affirmem.

*Quod nega-
tur.*

Id quod constat ex Matthæi Cap. V. ubi vult Serva-
tor nos esse τελείους, ὡςπερ ὁ πατήρ ἡμῶν ὁ ἐν ἔρανοῖς τέ-
λειος ἐστίν. Nemo autem Christum consensus cum Py-
thagora accusavit, sed quisquis τῶν θεοπνεύτων ipsum
secutus est, quum æque atque ille nosset, τὴν τελειό-
τητα quoad hic vivitur imparabilem, a Deo tamen suæ

nos

nos similitudini reddituro, constanter flagitari. Inde factum ut Apostoli illius studium inculcarent, ejusque veluti acquisitæ aut acquirendæ notas darent. V. S. Jacob. Epist. Cap. III. v. 2. apostolici autem Viri in omni sermone commendarent.

Sic Irenæus L. V. c. VI. de Perfectione ad Similitudinem loquitur ex I. ad Thessal. V. ubi nostrum equidem non est indagare rationes & modos ab Ireneo stabilitos, de quibus *Renatus Massuetus Dissert. III.* Sed nobis sufficit Præsulem cum Apostolo τὴν τελειότητα flagitasse. Idem Cap. IX. §. 1. 2. tales describit Perfectos: quotquot timent Deum & credunt in adventum Filii ejus, & per Fidem in cordibus constituunt suis Spiritum Dei, hi tales justi homines dicuntur, & MVNDI, & SPIRITVALES & VIVENTES Deo, quia habent Spiritum Patris, qui emundat hominem & subleuat in vitam Dei. Porro perfectos habet, qui qualitatem Spiritus assumunt, seque a Spiritu S. possideri & assumi patiuntur κληρονομέμενοι ὑπὸ τοῦ πνεύματος, μεταφορέμενοι εἰς τὴν βασιλείαν τῶν ἑρανοῶν.

Cum Ireneo, omnes quotquot vel Sixti ætatem viderunt aut secuti sunt, steterunt, nec ullus inter ipsos, qui non de Perfectione locutus sit, dictave pariter ac scripta adhortationibus ad eam ducentibus impleverit. E quorum ordine ne quidem Stridonensem ipsum expungi velim, quippe qui de Perfectione significanter, sed maxime in his sententiis locutus est:

*Perfectus Servus Christi nil præter Christum habet,
Si quid præter Christum habet, perfectus non est:
Si perfectus non est, cum se perfectum fore pollicitus est,
mentitus est.
Si Perfectus non es, Deum abjecisti*

G

Hæc

Sed eam modo postulavit Perfectionem quam Servator divusque Pater Irenæus.

& Hieronymus, qui multo fortius eam inculcavit.

Hæc ad *Heliodorum* scripsit, quod fatetur Epistola ad *Nepotianum*, neque hanc de Perfectione, per abnegationem opum acquirenda, unquam deposuit mentem, eoque ostendit, quod ipsemet Perfectionem aliquam statuerit, licet alio modo, quam qui a Sixto præscriptus fuerat, impetrandam. Cur igitur damnat in Sixto quod ipsemet asserit, quodque modo multo ignobiliori parari debere, more Dictatoris jubet? Verum nihil aliud expectari poterat ab eo, qui in laudandis assentatoribus suis immodicus, in lædendis autem atque excarnificandis obrectatoribus, favissimum se & crudelissimum exhibuit. Attamen Fulmina ex pelvi sunt, dum ait, sub nomine Martyris ex aureo calice Babylonis venenum esse propinatum: aliter enim censuere posteri, qui non putarunt in Sixti manu Veneni naturam induisse id, quod Stridonensis mellis instar aliis propinabat. Unde nec Formula illa de Calice Babylonis quenquam terrere debet, quippe cui Sanctus doctor assueverat. v. T. i. p. 37. 38.

Frustra Hieronymus insultat Christianismo Sixti

Ab omni porro Veritate alienum, dum ait Rufinum harum sententiarum Editione talem Pontificem & Martyrem obtrudere voluisse, qui sine Fide fuerit: Etenim hanc objectionem non melius everti posse credo, quam ipsa Sententiarum Lectione, quæ de Auctoris Fide non Philosophica sed Christiana tantopere testabuntur, ut pudori cedere debeat alteri cuiquam ac Hieronymo tam palpabili modo omnem Fidem & conscientiam naucl habuisse: Sixtus hercle de sua Fide testatus est Sent. **EXCM CXCM. CCCXLVIII. CCCXLIX.** & de Sponsione & Renunciatione in Baptismo facta amplissimam mentionem fecit Sent. **CCXLII.**

Fidelem te esse professus spondidisti pariter non peccare Deo.

Hæc

Hæc enim picturam pulcherrimam exhibet Stipulationis in Sacro Ablutionis Sacramento præstitæ, quam Philosophis usitatam aut solennem fuisse nemo novit, Christianis autem solis receptam gravissima monumenta confirmant. Fiebat autem illa Sponsio & renunciatio, magno verborum ac rituum apparatu, protensis in cœlum manibus aliisque gestibus rei gravitatem testantibus, quæ figillatim exposuit *Josephus Vice-Comes* de Rit. Bapt. L. I. c. XVI. ubi vetustos Libros sequitur, beneque adeo Renunciationis ritum Sixto memoratum explicat. Id ipsum vero etiam commovit Eruditissimum Dominicanæ sodalitatis socium MICHAELEM LEQUIENIUM, ut, quum in Notis ad Parallela Ioannis Damasceni T. II. p. 362. de hoc Sixto nostro Iudicium ferendum esset, sincere fateretur, illum sibi omnino videri Christianum. Ioannes enim Damascenus citaverat quandam Sententiam sub nomine Sixti Romani, eaque occasione *Lequienius* ad Lectionem Sententiarum Sixti invitatus erat: quarum perlustrationi dum intentius inhæret, hoc tandem iudicium profert: Ex Inscriptione apparet Sixti sententias a Græcis habitas fuisse tanquam Sixti Romani Papæ essent. Hieronymus eum auctorem Ethnicum & gentilissimum fuisse censuit. Mibi vero legenti CHRISTIANUS APPARUIT, sed Philosophus, ut cum ait, Baptismum utique innuens, Fidelem te esse professus spondidisti non peccare Deo: Itemque sine Deo sunt, pro quibus verbum Dei maledicitur. Nobis sufficit integerrimi viri professio, qui nisi forte sibi periculosum putasset, fortius insistere Hieronymo, Gelasio, Brasicchellensi, aliisque S. Palatii Magistris, aut antiquo saltem errori, potis utique erat, qui veritatem a se perspectam aliis conspiciendam daret.

Etsi vero alieno destituatur patrocínio, ipse sibi sufficit Sixtus, qui præterquam quod Sectione antecedenti de Professione Christiana ubertim testatus fit, porro de Persecutione fortiter toleranda locutus est Sentent. CCCXXXIV. CCCXXXVI. CCCXXXVII. CCC-LXXIX. CCCLXXX. Etenim primum monuit, ne quid, coram Tribunalibus, adversus Fidem, Majestatemque divinam proferretur. Inde veritatis amantes vult recordari, Tyrannos quidem corporis potestatem habere, at animæ libertati nocere non posse, eaque propter tunc maxime in animum revocandum esse, cujuscumque se servum esse futurum, aliquis fuerit stipulatus. Voluit itaque Sixtus Doctoris boni, orationem temporis adaptantis, officio fungi: quod quum tale tum esset, quo animi hominum fortioribus exemplis armandi essent, præstitit quidem id Philosophus, & Cyprianum Origenemque utrumque in hoc genere dicendi nobilem imitatus, docuit Veritatem non modo Fide amplectendam, sed sanguinis etiam prompta derivatione confirmandam esse.

Quæ de Dignitate Sapientis dicit, ea conveniunt cum dictis Patrum Coævorum.

Sed ne quid dissimulemus, fatendum utique Sententias Sixti CCCXXII.

Nihil tale post Deum verum sicut Sapiens & alteram CCCXCII.

Dignus Deo Homo, Deus est & in Hominibus nostris quidem auribus minus esse suetas ac populares, neque tamen ideo prorsus eliminandas aut diris devovendas. Quod enim ad primam spectat, illa ex Numinis in hominem Justum propensione est ponderanda, quæ quum tanta, ut nihil homini par sit apud Deum, cur non his verbis uti Sixto licitum fuerit? Altera non minus benigno judicio sic toleranda, quemadmodum nempe divina compellatio mortalium præstantissimis
con-

concessa fuit. Et satis credo Sixtus temperavit Sermo-
nem, quum hominem θεάρετον vel αξιόθεον Deumque di-
xit, sed inter homines: unde illa τῆς θεότητος prædicatio ul-
tra illius mentem non extendenda. Nempe erat illa anti-
quior ætas infons a scelere & fraude, & impune suis de-
stinatum usibus credebat, quicquid Scriptores sacri re-
liquissent. Unde quum τῆς Θείας φύσεως συγκοινωνίαν le-
gissent, eam latius paulo, non prævidentes superbiam
humanam, extulerunt; Ubi tamen mox, animadversa in-
solentia mortalium, dicturi de hac excellentia suos intra
limites cauti constiterunt, τὴν Θεότητα quæ φύσει talis,
eamque quæ δέσει donatur, sollicite distinguentes.

Quas habenas dum retinuerunt, vix quisquam anti-
quiorum Patrum extitit, qui non illam ἀποθέωσιν Electis
tribuerit. Theophilus Antiochenus de Homine in *Theophili
Alexandr.*

Paradiso collocato dicit, quod ipsi potestas fuerit data
ut Deus fieret: διδὲς ἀφορμὴν ὅπως αὐξάνων καὶ τέλειος
γεγόμενος ἔτι τε καὶ Θεὸς ἀναδειχθεὶς εἰς τὸν ἕρανὸν ἀναβῆ.
Quod denuo repetit: τιμήσας τὴν ἐντολὴν κομίσηται παρ'
αὐτῆ τὴν ἀθανασίαν καὶ γένηται Θεός.

Nec aliter de præstantia Electorum philosophatus *Clementis
Alexandr.*

est Clemens Alexandrinus, qui multoties de ista ἀποθεώ-
σει egit. Str. L. IV. sect. 232. Ὁ ἐν γνώσει καθεστῶς ἐξομοιέ-
μενος Θεῷ εἰς ὅσον δύναται, ἤδη πνευματικὸς καὶ διὰ τῆτο
ἐκλεκτός. Quin imo putat Gentilium Vates de ista Electo-
rum Apotheosi aliquid audivisse, qui τὰς ἐκλεκτὰς πα-
ρὰ σφίσι θεοειδέας, καὶ δίεσ, ἀνλιθέεσ καὶ Θεοεικέλεσ dixerunt,
quippe qui illam, animæ ad meliorem statum traductæ
gloriam, ab Ebreis fuerint suffurati. In Cohortatione ad
Gentes Sect. 31. de Servatore ait: Hæreditatem largitur
magnam & divinam & quæ eripi non potest, per cæ-
lestem doctrinam Θεοποιῶν τὸν ἀνθρώπον. Strom. VI.

Sect. 284. Ἡ ψυχὴ δύναμιν λαβῆσα κυριακὴν μελετᾷ εἶναι Θεὸς & Str. VII. 301. Αγωνοθέτης ὁ πάνλοικράτωρ Θεός, ὁ δὲ βραβευτὴς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, Θεατάιτε Ἄγγελοι καὶ Θεός. vid. Joan. Potterus Not. ad Cohort. Edit. Ox. p. 8. ubi omnia ferme Clementis cogitata de Apotheosi Electorum sollicitè collegit, rectèque censuit, tum Clementem, tum alios ex Sacra Scriptura, quicquid ea de re dixerint, depromsisse. Igitur Sixtus vel hunc solum imitando, probro carere debebat, eo usque saltem, quoad & ceteri damnati essent, qui multo frequentius illam mirandam Catastrophem inculcarunt.

Habuit autem Clemens multos hujus doctrinæ suæ amicos, eos præsertim qui cessante Persecutionum æstu, ad tranquillas sylvarum specuumque umbras se contulerant, qui tanto securius ita cogitarunt, & locuti sunt, quo arctior conversatio erat.

Ἐ
S. Macari-
vii Alexan-
drini, qui
amplissime
de Apotheosi
Hominum
locutus est.

Hos inter eminent S. Macarius Ægyptiacus Seculo vergente IV. quo jam tum Hieronymus vixit, cujusque etiam Opuscula vidit, & visa laudavit. Atque is tamen non alium habuisse videtur Scopum, quam ut τὴν ἐκθέ-
ωσιν inculcaret. Homilia XLIV. §. 8. ait: oportere ani-
mam nostram omnino immutari: δεῖ τοίνυν ἀλλαγῆναι
καὶ μεταβληθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως εἰς
ἐτέραν κατὰ τὴν φύσιν Θεῶν. Et ut constet quid per
illam divinam naturam designarit mox addit: Καὶ γε-
νόθαι καὶ ἐκ παλαιῶν, τριτέσιν, ἀγαθῶν καὶ χρηστῶν πιστῶν
ἐκ πικρῶν καὶ ἀπίστων, καὶ ἔτιω χρησίμους γενόμενους εἰς τὴν ἐπι-
ράνιον ἀποκαταστῆναι. II. ait Deo ita placuisse ut Divinæ
naturæ hominem participem redderet: Homil. XLIX.
§. 3. Ἐυδόκησεν ὁ Θεὸς τὸν ἀνθρώπον ποιῆσαι θείας φύσεως
κοινωνόν. III. dicit: Hominem in eum finem renasci ex
Spiritu, ut in divinum aërem transeat Ἐπὰν δὲ
κατα-

καλαξιωθῆ τὴν ἐπεράνιον λαβεῖν τῷ πνεύματος γέννησιν καὶ κοι-
 νωνίαν, πάντας αὐτῆς λογισμὸς συνάγασα, καὶ μετ' ἑαυτῆς
 ἔχασα, εἰσέρχεται πρὸς τὸν κύριον εἰς τὸ ἐξ ἔρανθ' ἀχειροποίη-
 τον κατοικητήριον, καὶ πάντες οἱ λογισμοὶ αὐτῆς ἐράνιοι καὶ κα-
 θαροὶ καὶ ἅγιοι γίνονται χωρῆντες εἰς αἴερα θεῖον. Hic erudi-
 tis indagandum relinquo, quid per aëra θεῖον notarit,
 an Flamen divinum, an talem animi κατάστασιν, qua
 ipse quasi in Paradiso ac summo tranquillitatis statu col-
 locatus, ab omnibus turbis immunitatem acceperit.
 IV. Ait istos ἐκ θεωθενίας Christi irradiationem acci-
 pere L. de Char. C. VI. οἱ τέκνα θεῶ γενέσθαι καλαξιωθέν-
 τες τὸν χριστὸν ἐν ἑαυτοῖς ἐλλάμποντα ἔχοντες διαφοροῖς τῷ
 πνεύματος διέπονται τρόποις καὶ ἐν τῷ ἀφανεί τῆς καρδίας ἐπὶ
 τῆς χάριτος περιθάλλονται. V. eosdem Christi gloria cir-
 cumjici statuit L. de Perf. C. 4. ubi cum de splendente
 Legislatoris facie dixisset, interque ipsum & Servato-
 rem instituisse comparationem, ita pergit: ταύτην τὴν
 δόξαν ἀπὸ τῶ νῦν οἱ ἀψευδῆς χριστιανοὶ περιβάλλοντα, καὶ ἔνδο-
 θεν ὑπ' αὐτῶν ὁ θάνατος τῆς ἀτιμίας καταργεῖται πάσῃ
 ἐνεργεῖν μὴ δυνάμενα ἅτε δὴ τῆς τῷ πνεύματος δόξης ἐν αἰσθήσει
 καὶ πληροφορίᾳ πάσῃ ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν ἐλλαμπέσης. VI.
 Tum & unum quasi temperamentum cum Christo fieri
 censet: τῆς ψυχῆς κολλωμένης τῷ Κυρίῳ καὶ τῷ Κυρίῳ κολλω-
 μένῃ αὐτῇ εἰς ἓν πνεῦμα, εἰς μίαν κρᾶσιν, εἰς μίαν διάνοιαν γίνον-
 ται ψυχὴ καὶ Κύριος. Καὶ τὸ σῶμα ἔρριπτα ἐν τῇ γῆ, καὶ ἡ
 διάνοια αὐτῆς ὅλη ἐξ ὅλης τῷ ἐπερανίῳ Ἱερουσαλήμ πολιτεύεται,
 καὶ αὐτὸν ἐν τῷ θρόνῳ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς καθεζόμε-
 νον, ὅλος πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ σώματι αὐτῆς ἐστὶ καὶ τὴν ἰδίαν εἰκό-
 να τῷ ἀρρήτῳ φωτὸς τῆς θεότητος αὐτῆς τέθεικεν ἐν τῷ σώματι
 αὐτῆς. Et lib. de Elev. Mentis C. VI. Συγκριναῖται καὶ περ-
 λαμβάνει τὰς πιασὰς καὶ φίλας αὐτῆς ψυχὰς καὶ εἰς ἓν πνεῦμα
 γίνε-

γίνεται, ψυχὴ εἰς ψυχὴν, καὶ ὑπόστασις εἰς ὑπόστασιν, ὡς ἐν τῇ
 τοιαύτῃ ψυχῇ σὺν τῇ αὐτῇ θεότητι ζῆσαι ὑπάρξει, καὶ ἀθανάτου
 ζωῆς ἐφικέσθαι καὶ ἀβρότητα δόξης κατατρυφῆσαι. VII. Ex illa
 inhabitatione putat mutationem fieri & infinitum aug-
 mentum: Ὁ Θεὸς παραδέχεται αὐτὴν, ἵνα αὐξήσῃ αὐτὴν τῇ
 ἰδίᾳ αὐξήσει: τείνει γὰρ αὐτὴν καὶ μηκύνει εἰς ἀπέραντον καὶ
 ἀμέτρητον αὐξήσιν, ἕως ἂν ἄνωμος καὶ ἀξία αὐτῆς νύμφη γένηται.
 VIII. ut & jam Deiformem imaginem Spiritus in mente
 gerat, de Libert. Ment. 24. Τῶν μὲν ἀγίων ἡ Θεοειδῆς
 τῆς πνεύματος εἰκὼν ἀπὸ τῆς νῦν ἔνδον ὡσπερ ἐντυπωθεῖσα.
 IX. & Divinitate fit plenus: ὡσεὶ χριστὸς ἔσωθεν Θεὸς
 ἔστω καὶ οἱ χριστιανοὶ ἔσωθεν πεπληρωμένοι εἰσὶ τῆς Θεότητος.
 X. & divinam accipiat animam Homil. 33. Ὅταν ἡ
 ψυχὴ σε κοινωνήσῃ τῷ πνεύματι, καὶ εἰσέλθῃ ψυχὴ
 ἐπερράνιος εἰς τὴν ψυχὴν σε: τότε εἶ τέλειος ἄνθρωπος ἐν Θεῷ.
 & Homil. XLIV. p. 512. Διὰ τῆτο εἰσηλθεὶν ὁ Κύριος, ἵνα
 ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἀλλάξῃ, καὶ ποιήσῃ αὐταῖς θείας κοινωνίας φύ-
 σεως, καὶ δεῖναι εἰς τὴν ψυχὴν ἡμῶν ἐπερράνιον ψυχὴν τριτέσει
 πνεῦμα θεότητος. XI. atque ita Deificetur. Hom. XXVI.
 ubi de præstantia animæ Interrogatione II. an Spiritu S.
 adjuvante naturalis concupiscentia extingui queat?
 Προεῖπόν σοι, ὅτι καὶ ἡ ἁμαρτία ἐκριζέσται, καὶ ἀπολαμβάνει ὁ
 ἄνθρωπος τὴν πρώτην πλάσιν τῆς κατὰ τὸν Ἄδὰμ. ἔτος μὲν διὰ
 τὴν δύναμιν τῆς πνεύματος, καὶ τῆς ἀναγεννήσεως πνευματικῆς
 ἔρχεται εἰς τὰ μέτρα τῆς πρώτης Ἀδὰμ, καὶ μείζων αὐτῆς γίνεται.
 Ἀποθεῖται γὰρ ὁ ἄνθρωπος.

*Et tamen
 sua verba
 mox con-
 stringit.*

Etsi vero inde constet, Macarium magnum τῆς ἀπο-
 θεώσεως Patronum extitisse, multoque fortius atque si-
 gnificantius Sixto locutum esse; alicubi tamen hanc
 Christianorum excellentiam certos intra terminos coër-
 cuit, eosque *Deos captivos* esse dixit, quasi qui nondum ple-

plenam atque summam libertatem adepti essent. Sic Homil. XVIII. inquit: οἱ τέλειοι χριστιανοὶ οἱ καταξιοθέντες ἐλθεῖν εἰς τὰ μετὰ τῆς τελειώσεως, καὶ γενέσθαι ἐγχύτατον βασιλέως. γίνονται χριστιανοὶ κατὰ χάριν, ὥστε εἶναι αὐτὸς βασιλεῖς καὶ προφήτας ἐπερρανίων μυστηρίων. Οὗτοι εἰσὶ καὶ υἱοὶ καὶ κύριοι, Θεοὶ δεδεμένοι, ἀιχμαλωτισμένοι, ἐσαυρωμένοι, ἀφιερωμένοι. Quæ cum antecedentibus non conveniunt. Etiam si enim de calamitatibus intelligi queant, tentationes tamen & cogitationes pravæ excludi non possunt, quippe quæ ex S. Ephraimi sententia ne a sanctissimis quidem evitari possunt.

Ac ita quidem *Macarius* vivente *Hieronimo*, collaudanteque ipsum & sæpius etiam suos ad ipsum ablegante locutus est, nec tamen hæreseos crimen subiit, nec quisquam inter libros prohibitos ejus monumenta retulit, etsi cautius alii loquerentur, qualis erat *Ephraem* ille *Syrus*, divino nectare plenus, qui licet capita parænetica quasi ad Imitationem Sixti ederet, gratiamque Christi credentibus datam mirifice extolleret; ultra tamen S. Scripturæ verba non processit, quod ostendit Oratio in alterum adventum Christi, edit. Oxon. p. 138. Ἐχαρίσατο ἡμῖν ἐλθὼν τὴν ζωὴν αἰώνιον. Ἐχθροὶ μὲν ἡμεν, καὶ κατηλλάγη ἡμῖν. γῆϊνοὶ, καὶ ἐπερράνιοι γεγόναμεν. θνήλοὶ, καὶ ἀθάνατοι ἐκλήθημεν. υἱοὶ σκότους καὶ υἱοὶ φωτὸς ἐγενόμεθα. ἀιχμαλωτοὶ καὶ ἐλευθερώθημεν. πτωχοὶ καὶ ἐπλετίθημεν. ἀποκλύμενοι καὶ εὐρέθημεν. ἀδικοὶ καὶ ἐδικαιώθημεν. ἐκ ἐλεημένοι καὶ ἠλιήθημεν. ἐσκορπισμένοι καὶ συνήχθημεν. γῆ καὶ σποδὸς καὶ τῷ Θεῷ υἱοὶ γεγόναμεν. γυμνοὶ καὶ ἐσκεπάθημεν. Ἰδὲ ταῦτα πάντα χαρίσατο ἡμῖν ὁ Κύριος ἡμῶν. Ecquis vero illa legens non animadvertat in tanta bonorum nostrorum constipatione locum fuisse Ephraimo τῆς ἀποθεώσεως inferendæ, præsertim ubi nos Filios Dei &

H

cæ-

cœlestes vocat: verum data abstinuit opera, quippe qui ad humilitatis studium, deprimendasque humanæ superbiæ alas a Numine quodammodo selectus erat, quamvis id pauci agnoverint, imitandumque sumserint, præter unicum illum Idiotam, qui sub hoc nomine delitescens cœlestibus tabulis pridem inscriptus fuit. Non tamen absque Numinis providentia factum reor, ut ambo illi sancti viri uno conjungerentur seculo; voluit enim divina sapientia alterius ore factum, alterius vero desperationem coërcere; illius manu injicere altius tendenti habenas, hujus vero manu pennas veluti adaptare, & scalas parare, quibus ascensum molirentur μικρόψυχοι, & sine incitamento perituri: unde ambo salubri temperamento juncti mediam Lectori viam inter devia monstrare possunt.

Post Macarium libere Apotheosis asserta.

Post *Macarium* posteris integra Libertas mansit Ἰησὺς θεώσεως vocabulo impune & absque metu utendi. S. *Maximus* Confessor, idemque S. *Sixti* diligens Lector, Imitator, & quod ad oculum patet, Interpres ac quasi defensor, hoc data opera præstitit, ut & ἀπάθειαν & ἀποθέωσιν inculcaret, & omnia Servatoris nostri dicta facta eo tendere putaret, quo nostra tandem ἀποθέωσις inde oriretur. Et ait quidem in Inscriptione C. Capitulum de Caritate, se in sententiis suis antiquos Patres perlustrasse & excussisse; unde quæ in iisdem contineantur, non tam pro suis quam Patrum verbis haberi debere. Ex quo fluit, quod, quum inter Veteres *Sixtus* hac de re scripserit, *Maximus* autem in Excerptis eum sapissime citaverit, eum ipsum esse, quem sibi sumserit imitandum. Ita vero ad *Elpidium Monachum*: p. 394. γινωσκέτω ἡ σὴ ἀγιωσύνη, ὅτι ἐδὲ ταῦτα εἰσὶ τῆς ἐμῆς γεώργια διαγοίας· ἀλλὰ τὰς τῶν ἀγίων πατέρων διελθὼν λόγους, καὶ κείθεν τὸν

τὸν εἰς τὴν ὑπόθεσιν συντέμνοντα νῦν ἀναλεξάμενος, καὶ ἐν ὀλί-
 γαις πολλὰ κεφαλαιωδέστερον συναγαγὼν, ἵνα εὖ συνοπτεῖται γένων-
 ται διὰ τὸ εὐμνημόνευτον. Magis autem cautum sese prae
 Sixto exhibuit, quando in ipsa dedicatione petiit, ne
 temere quaedam Sententiae eximerentur, atque sine nexu
 seorsim, ut noxae aliquid habentes reprehenderentur,
 sed sobrio & non nisi diuturno iudicio perpenderentur.
 Inde progressus eodem atque Sixtus egit modo, atque
 ex una Thesi alteram elicit, quasique annulis inter se
 nequit, ut una cum altera arctissimo & naturali nexu
 juncta videatur. Unum exemplum ex Sententiis de Ca-
 ritate dabo:

Ἀγάπην τίκτει ἡ ἀπάθεια.

Ἀπάθειαν ἡ εἰς Θεὸν ἐλπίς.

Ἐλπίδα ὑπομονὴ καὶ μακροθυμία,

Ταύτην δὲ ἡ περιεκτικὴ ἐγκράτεια.

Ἐγκράτειαν δὲ ὁ τῷ Θεῷ φόβος.

Τὸν δὲ φόβον ἡ εἰς Θεὸν πίσις.

Ac iterum ordine retrogrado eundem nexum ac
 confectionem harum virtutum Sixtino more osten-
 dit:

Ὁ πιεεύων τῷ Θεῷ φοβεῖται τὴν κόλασιν.

Ὁ δὲ φοβέμενος τὴν κόλασιν ἐγκρατεῖται ἀπὸ τῶν παθῶν.

Ὁ δὲ ἐγκρατέμενος ἀπὸ τῶν παθῶν ὑπομένει τὰ θλιβερά.

Ὁ δὲ ὑπομένων τὰ θλιβερά, ἔχει εἰς Θεὸν ἐλπίδα.

Ἡ δὲ εἰς Θεὸν ἐλπίς χωρίζει πάσης γήινης προσθήκης τὸν
 νῦν.

Ταύτης δὲ ὁ νῦν χωριθεὶς ἔχει τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην.

Quae si quis conferre velit cum initio *Sixtinarum* Et quidem
 sententiarum, non aurum auro similis deprehendet, a S. *Maxi.*
 quam similitudinem sententiarum *Maximi* cum senten- *mo confesse-*
 tiis *re.*

tiis *Sixti*, nec difficulter statuet, unicum *Maximo* fuisse scopum, ut *Sixtum* tecto licet illius nomine illustraret. Et nos quidem quasdam *Maximi* Gnomas *Sixtinis* loco suo adjiciemus, hoc loco tantum utriusque convenientiam in dogmate ἀποθεώσεως ostensuri, eum inde fructum decerpentes, ut cum S. *Maximus* ideo hæreticus habitus non sit, ac ne verbo quidem a *Combesisio* notatus, exinde æquitas instituti nostri videatur, non aliter cum *Pontifice Sancto* ac Martyre agendum fuisse.

Qui illam
Ἐκθέωσιν
graphice
describit,

Non igitur satis fuit S. *Maximo* homini in Caritate constituto vitam Angelicam tribuisse: ὁ ἀγαπῶν ἀγγελικὸν βίον ἐπὶ τῆς γῆς ζῆ; & p. 483. Ὁ ἀκατασείτως ὑπὲρ ἀρετῆς ἐγκαρτερῶν τὸν νῦν πρὸς τὴν τῶν Ἀγγέλων μεταβιβάσει κατὰσασιν; sed pergit, atque tali μεταγωγῆν εἰς τὸ Θεῖον adscripsit. Idque se vario modo exerere ostendit, dum ejusmodi fiat σοφὸς, ἀγαθὸς, δυνατὸς, φιλόανθρωπος, ἐλεήμων, μακρόθυμος καὶ ὅλον εἰπεῖν πάντα σχεδὸν τὰ Θεῖα ιδιώματα ἐν ἑαυτῷ περιφέρων. Monet tamen id ex mera gratia, non vero ea ratione fieri, qua in Christo τὸ πλῆρωμα τῆς Θεότητος fit. Ἐν χριστῷ ὅλον κατ' ἐσίαν οἰκεῖ τὸ πλῆρωμα τῆς Θεότητος σωματικῶς ἐν ἡμῖν δὲ κατὰ χάριν, ἡνίκα πᾶσαν ἐν ἑαυτοῖς ἀθρόισωμεν ἀρετὴν καὶ σοφίαν μηδενὶ τρόπῳ λειπομένην τῆς πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ἀληθῆς ἐκμιμήσεως, v. T. II. p. 489. Ea propter vero Christum hominem induisse ait, ἵνα ποιήσῃ Θεὸς καὶ υἱὸς τῷ Θεῷ τὸς ἀνθρώπους. Inde significanter inquit: βεβίαία πίσις ἐστὶ τῆς πρὸς ἐκθέωσιν ἐλπίδος ἢ τῷ Θεῷ ἐνανθρώπησις, τοσῶτον Θεὸν ποιῶσα τὸν ἄνθρωπον, ὅσον αὐτὸς γέγονεν ἄνθρωπος. Ὁ γὰρ χωρὶς ἀμαρτίας γενόμενος ἄνθρωπος δηλοῖ, ὅτι χωρὶς τῆς εἰς Θεότητα μεταβολῆς τὴν φύσιν Θεοποιήσῃ, καὶ τοσῶτον ἀναβιβάσει δι' ἑαυτὸν, ὅσον αὐτὸς διὰ τὸν ἄνθρωπον ἑαυτὸν κατεβίβασεν. p. 524. §. 62. & Cent. II. 26. p. 539. Et p. 517. γενώμεθα μόνος καὶ

καὶ ὅλα Θεῶ μὴδὲν ἐπίγειον ἐν ἡμῖν αὐτοῖς φέροντες, ἵνα Θεῶ
 πλησιάσωμεν, καὶ Θεοὶ γενώμεθα ἐκ Θεῶ τὰ Θεῶ εἶναι λαμβά-
 νοντες.

Præstat autem intueri scalam, qua ad summum Dei-
 ficationis fastigium homo ascendit, ubi fundamenti lo-
 co solam gratiam ponit, quum in humana natura viri-
 busque nihil sit, quo acquirere illam possit. Ἡ φύσις
 καταληπτικὴν ἔκκενται δύναμιν· Θεώσεως γὰρ ἔδὲν γεννη-
 τὸν κατὰ φύσιν ἐστὶ ποιητικόν, ἐπειδὴ μὴδὲ Θεῶ καταληπτικόν.
 Μόνης γὰρ τῆς θείας χάριτος ἴδιον τῆτο πέφυκεν εἶναι· τὸ
 ἀναλόγως τοῖς ἑσὶ χειρίζεσθαι θεώσιν. Atque his præstructis
 in illa Deificationis scala fundamenti loco ponit Chri-
 stum, a quo inde usque ad Deum pervenitur:

Ejusque
 Scalam
 exhibet.

Ἡ δὲ ὁμοιότητος Θεώσις
ἢ τῶν μετεχόντων ἐνδεχομένη Ταυτότης
ἢ τῶν μετεχόντων ὁμοίωσις
ἢ τῶν ὑπὲρ φύσιν θεῶν μέθεξις
ἢ τῶ ἐφετῶ ἀπόλαυσις
ἢ περὶ τὸ ἐφετὸν ἀεικίνητος στάσις
ἢ τῆς ἐφέσεως πλήρωσις
πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐπάνοδος
ἀρρήτος τῶ πεπιστευμένῃ περιχώρησις
πίσεως ἀποκόλυψις
πίσις
ὁ χριστός.

vid. S. Max. Operum T. I. p. 588. Capit. Theol. Cent. IV. §. 19.

Possemus plura S. Confessoris afferre testimonia, fidem factura, eadem ab ipso, quæ a Sixto olim stabilita esse; quibus tamen sanctitati illius tantum abest, ut labes aspersa fuerit, ut potius opinio de eadem maxime inde fuerit aucta. Ut taceam omnes propemodum Monasteriorum Præfectos, Marcum, Evagrium, Thalassium, aliosque ejusdem doctrinæ semina animis suorum inspersisse.

Nec accuratius Sixte Hieronymus Quin imo ipse Hieronymus idem, quod in Sixto reprehenderat, sæpissime statuit, dum Angelicam vitam & commendat, atque re ipsa talem vivi posse adstruit, actamque in nonnullis Virginibus suis laudat. Quid anne Sixtina sunt dum scribit?

Fidelis angelice vivit in carne sine carne

In humano corpore Angelorum impetratur conversatio. Si igitur apud Macarium, Hieronymum, alios, ista habentur bona, nescio qua ratione in Sixto reputentur mala? Neque vero ullibi melior fuit Sixto Hieronymus, sed magis in dogmatibus sententiisque præceps & effervescent, quod apparebit ex Collectione illarum, quas ex Epistolis illius Scriptisque Polemicis ad Comparationem cum Sixto instituendam huc attulimus: quarum paucas a se Juvene, reliquam multitudinem dum cano esset capite, dumque tanquam vetulo bovi palearia de collo ac mento dependerent, scriptam esse ipsemet fatetur. Prætereo autem multa spurca, lasciva, putrida, quum de stercore & excrementis libenter admodum locutus, & vetulus etiam lubrico plane ore causas indagavit, cur Davides a Juvencula calefieri non potuerit, quum nostra integritas id tantum agat, ut Sixtus tanquam Innocens defendatur.

Exem.

Exemplum Sententiarum Hieronymi.

*Quod Sen-
tentia de-
cebunt.*

Nihil Christiano felicius.

Nil fortius eo, qui vincit diabolum.

Corpus & animus tendant ad Dominum.

Divinas scripturas sapius lege.

5. Disce quod doceas.

Affatim dives est, qui cum Christo pauper est.

Qui credis in Christum ejus crede sermonibus.

Per calcatum perge Patrem, licet in limine Pater
jaceat.

Solum pietatis genus in hoc esse crudelem.

10. Rumpit vincula amor Dei & Gehennæ timor.

Oppugnaris, si te oppugnari nescis.

Quicquid adversus Deum, Idololatria.

Examinando pondera Peccatorum noli minora
credere Peccata Idololatriæ.

Non tibi liceat quicquam habere de rebus tuis.

15. Hæreditatem expetens Seculi Christi coheres esse
non potes.

Cur animo timido Christianus es?

Libido blanditur, diabolus vincula parat.

Perfectus servus Christi nil præter Christum habet.

Si quid præter Christum habet, perfectus non est.

20. Si perfectus non es, Deum abjecisti.

Qui in Christo lotus est, non illi necesse iterum
lavari. *Hæc juvenis scripsit, Reliqua cum cano
esset capite.*

Qui Dominum possidet, nil extra Deum habere
potest.

Si quis aliquid habet præter Deum, pars ejus non
est Dominus.

Si

Si aurum, si argentum, si possessio, si varia suppellex, cum istis partibus dominus ejus pars fieri non dignabitur.

25. Clericum ex inope divitem ut pestem fuge.
Omnes puellas aut æqualiter ignora aut æqualiter dilige.

Caveto omnes Suspiciones, & quicquid probabiliter fingi potest, ne fingatur, ante devita,
Malorum condemnatio laus Bonorum.

Ignominia sacerdotum, intendere divitiis.

30. Non confundant opera sermonem tuum.
Subjectus esto Pontifici & quasi animæ Parentem suscipe.

Verba volvere imperitorum est.

Pauperibus tribuere ut plus accipias est venatio.

Modica in hamo ponitur esca, ut sacculi matronarum protrahantur.

35. Melius est rusticitatem Sanctam habere, quam Eloquentiam Peccatricem.

Nunquam vinum redoleas.

Quicquid statum mentis evertit, fuge.

Pinguis venter non gignit mentem tenuem.

Cave ne hominum rumusculos aucuperis.

40. Christi servus nec laude extollitur, nec vituperio frangitur.

Convivia Secularium vita.

Turpe ante fores Sacerdotis lectorem cubare.

Cave ne linguam aut aures habeas prurientes.

Mens Christo dedita æque in majoribus ac minoribus intenta.

45. Pulchritudo animæ corporis dignitate tanquam pulchro vestimento utitur.

Quo-

Quid imbecillius eo, qui carne superatur?

Si scandalizat te oculus abjice.

Nulli parcas, ut soli parcas animæ.

Quoties concupiscimus, toties fornicamur.

50. Ne fias prius magister quam discipulus.

Iram vince patientia.

Passus injuriam tace.

De Majorum sententia ne judices.

Animus lectione saturetur.

55. Non vacet mens tua variis perturbationibus,
quæ si pectori infederint, dominabuntur.

Amore virtutum vitia superantur.

Non facias quod vis.

Non considera quid alii male fecerint, sed quid
boni tu facere debeas.

Non Peccatorum ducaris multitudine.

60. Sectare meliores, quia in omni conditione opti-
mis mixti sunt pessimi.

Veritas angulos non amat.

Sæpe contra annorum maturitatem puerorum
vitiis labimur.

Satis dives qui pane non indiget.

Nunquam est sera conversio.

65. Vitia non decipiunt nisi sub umbra virtutum.

Salus infantum majorum Lucrum est.

Exemplis plus docetur quam voce.

Comedas ut esurias.

Fidelis angelice vivit in carne sine carne.

70. In Humano corpore angelorum impetratur con-
versatio.

Ultra Naturam est in corpore vivere sine corpore.

Iejunium ceterarum Virtutum Fundamentum.

I

Aposto-

Apostolici fastigii & perfectæ virtutis est, vendere omnia.

Comedant carnes, qui carni serviunt, quorum fervor despumat in coitum.

75. Maritus potius suscipiatur quam Diabolus.
Secunda matrimonia Lupanaribus præferuntur.
Omnis caro concupiscit quæ carnis sunt.

Multo melius stomachum dolere quam mentem.
Iraisci hominis est, iram non perficere Christiani.

80. Digamæ non tam datur vir quam adulter.
Detrimentum Pecoris Pastoris ignominia.
Nil sic titillat membra genitalia quam cibus indigestus.

biup h Nulla maritum ducit ut cum marito non dormiat.
Cesset vitium, cessabit & rumor.

85. Verum Christi templum anima credentis est.
Esse Christianum grande est, & non videri.
Ne retineas verbum in tempore salutis.
Silentium damnosum cum loquendi causa honesta.

Etiam minima contemnenda non sunt.

90. In quocunque gradu, in quovis proposito, peccatum æquale peccatum est, vel prohibere, admittere, vel iussa non facere.

Nescio an possimus aliquod peccatum leve dicere, quod in Dei contemptum admittitur.

Nocuit qui nocere disposuit.

Innocens, qui ne prodesse quidem desistit, cum nocere potest.

Christianum & Gentilem non distingunt Fides modo, sed vita.

Pecca-

95. Peccare non metuunt, qui peccatorum impunitatem putant.

Serviunt vitiis, qui non sperant futura præmia.
Discipulus veritatis non sequitur turbam errantem.

Diu considera quid loquendum sit, & adhuc tacens provide, ne quid dixeris quod dixisse pœniteat.

Mentiri & jurare tua lingua prorsus ignoret.

100. Semper cogitationi tuæ præsens Deus occurrat.
Animus tuus sit ad vitia erectus.

Nil quietius debet esse mente, quæ Deo habitaculum præparat.

Aliud est virtutem habere, aliud virtutis similitudinem.

Sola Libertas apud Deum non servire peccatis.

105. Summa nobilitas est, clarum esse virtutibus.

Quicquid supra justitiam offertur Deo, non debet impedire justitiam sed adjuvare.

Tum præclara abstinentia, quum animus jejunus a vitiis.

Religionem religionis disciplina commendet.

Rationem non conscientiam solum habeamus sed famam.

110. Beatus de quo ne sinistri quidem quicquam fingi potest.

Nulla scintilla prodeat per quam sinistra fama flamma conflatur.

Mulier tanto honoratior futura, quo magis honorat Virum.

Diabolus Peccatoribus sanitatem præbet, ut peccent.

Disce Superbiam Sanctam. Disce te aliis meliorem.

115. Difficile est animam humanam aliquid non amare.
Carnis amor amore Spiritus superatur.
Desiderium desiderio restinguitur.
Mater quæ Virginem Deo servat, socrus Dei est.
Christus habet angelos in terris.

120. Virgo, s. Sponsa, Christi est asina, ad quam mittit
Discipulos, ut in ea sicut in pullo asini sedeat.
Deus virginitatis Patronus, & non vult Patris domum fieri speluncam latronum.
Semper virginem cubiculi Secretum custodiat,
semper cum illa ludat sponsus intus.
Zelotypus est Iesus, non vult ab aliis videri faciem tuam.

Solus in medio uberum commoratur.

125. Christum mentitur Anti-Christus, & turpitudinem vitæ falso nominis honore convestit.
Nil amantibus durum. Nullus difficilis cupienti
Labor.

Christi semper quæramus amplexus, & facile videbitur omne difficile.

Violentia est, cum caro cupit esse quod Deus est.
Adolescentia sine peccato.

130. Anima quæ Deo nolente a corpore separatur, non recipitur.

Grandis in suos pietas impietas in Deum est.
Detestanda sunt Lacrymæ, quæ non habent modum.

Terrena inhabitatio aggravat sensum multa cogitantem.

Non

Non substantia Angelorum nobis promittitur, sed
conversatio & promittitudo.

135. Omnes S. & Sanctæ etiam in isto Seculo in se
exprimunt vitam angelicam.

Similitudo promittitur, non natura mutatur.

In signorum magnitudine non fit animæ mutatio,
sed Dei omnipotentia monstratur.

Cœpisse multorum est, ad culmen pervenisse
paucorum.

Quamdiu versamur in rebus Seculi, de Deo libe-
re cogitare non possumus.

140. Aurum deponere incipientium. Seipsum offerre
Deo, Christianorum.

Non laudandus qui nihil de se, totum extra se
dedit.

Difficilius arrogantia quam auro caremus.

Plus est animum deposuisse quam cultum.

Celata virtus Deum solum judicem respicit.

145. Aliæ sunt Leges Cæsarum, aliæ Christi.

Nihil tam vitandum quam tumens animus & erecta
cervix.

Magna ira est, quando peccatis non irascitur
Deus.

Difficile intrant divites in regnum cœlorum.

Nihil ex omnibus reserves, si vis esse perfectus.

150. Elias cum pallio non potuit inire regnum cœlo-
rum.

Bona tua non in Sororis divitias sed animæ Re-
demtionem cedant.

Mors & vita contrarium sunt, & tamen poeni-
tentia copulantur.

Non est detrahere, verum dicere.

Si mordacius quicquam scripsero, non tam meæ
putetis austeritatis quam morbi.

155. Etiam ferreas mentes libido domat.
Difficile inter epulas servatur pudicitia.

Libidinosa mens ardentius inhonesta persequitur.
Facilius mala credunt homines, & quodcunque
domi fingitur, rumor in publicum fert.

Cavenda macula quæ nullo nitro elui potest.

160. Bona conscientia nullos oculos fugit.

In nullis ætatibus libido tuta.

Nil ita Deo repugnat quam Cor impœnitens.

Nunquam est sera pœnitentia.

Non quæro linguæ nitorem, sed animæ quæro
puritatem.

165. Quamdiu in conjugio debitum solvitur, orandi
præteritur instantia.

Si bonum non est mulierem tangere, ergo ma-
lum est.

Nihil bono contrarium nisi malum.

Mihi castrati placent, quos castravit non necessi-
tas, sed Voluntas.

Si castrati mercedem habent regnum cœlorum,
Ergo qui se non castrarunt, locum non possunt
accipere castratorum

170. Nuptiæ terram repleat, Virginitas Paradisum
Dei munus plus in nobis creavit quam necesse
est.

Postquam Christus venit, non comedamus car-
nes.

Sordes Nuptiarum non Martyrio abluuntur.

Ioannes propter Virginitatem amatus est.

175. Ejus Virginitas exposuit, quod nuptiæ scire non
poterant.

Mul-

Mulieris virtus propria prudentia.

Nuptiarum Finis mors.

Præmia pudicitia nuptia possidere non possunt.

Omnes Spiritus virtutes tanquam solidissimum

Fundamentum complectitur continentia.

180. Virginitas nos similes Deo & consortes divinae naturæ facit.

Ezechiel donec uxorem habuit, non habuit libertatem populum commonendi.

Laicus & quicumque fidelis orare non potest, nisi careat officio conjugali.

Sacerdoti semper orandum est.

Si semper orandum, ergo careat conjugio.

185. Qui ex Deo natus, non peccat.

Qui in generatione Dei sunt, peccare non possunt.

Liberum arbitrium condidit Deus: nec ad virtutes nec ad vitia necessitate trahimur.

Magnum peccatum magna vult deleri misericordia.

Corpus sine rationis Imperio fertur ad Interitum.

190. Ubi aqua & panis, ibi naturæ est satisfactum.

Quicquid supra, non ad vitæ necessitatem spectat, sed ad vitium.

Non turbare debet, si pauci sint boni propositi sectatores.

Rari amici boni.

Semper virtus rara est.

195. In Martyre coronatur voluntas.

Amara est veritas, & qui eam prædicant, implentur amaritudine.

Pos-

Possunt plures adhuc in vastis voluminibus reperi-
ri, a quo labore tamen abstinemus, suffecturis nempe
his particulis ad ostendendum, non habuisse *Hierony-
mum*, quo *Sixto* succenseret, aut tanta execratione pro-
scriberet, quanta quidem in *Commentariis* ad *Esaiam* le-
gitur. Plures enim ipse sententias ex *Sixto* hausit, pau-
lulum immutavit, quasdam auxit, alias minuit, proque
suis usus est, alias callida detorsione ad finistrum sen-
sum flexit; nunquam enim hujus generis calliditatem a
se remotam habuit. *Quid agimus*, inquit, *argumentis*,
& *propositiones adversarii callida cupimus responsione su-
perare*? Quod igitur in *Joviniano* sibi putavit licitum;
id contra *Sixtum* ejusque Interpretem *Rufinum* sibi non
minus licere putabat, præsertim quum ille iisdem arti-
bus uti *Hieronymo* crederetur.

*Quis Effe-
ctus Censu-
ræ Hierony-
mianæ in S.
Augustino?*

Jam videndum quid illa Censura in *Sixtum* lata apud
eruditos Ecclesiæ Præsules Doctoresque effecerit: Ubi
primus occurrit *Hipponensium Præsul Augustinus*, isque
integerrimo animo præditus, qui visa sententiarum
Xysto olim tributarum proscriptione, id, quod prius de
Autore Sententiarum crediderat, retractavit. Quod
omnino notandum: neque enim retractavit ea, quæ
de Sententiis dixerat, sed id tantum, quod putavit,
Auctorem illarum esse *Sixtum* II. Rom. Pontif. & Mar-
tyrem: sic loquitur *Augustinus* Retr. L. 2. C. 42. *Venit
tum in manus meas quidam Pelagii liber, ubi hominis natu-
ram contra Dei gratiam, qua justificatur impius, & quæ
Christiani sumus, quanta potuit argumentatione, defendit.
In quo verba quædam, quæ velut Xysti Romani Episcopi &
Martyris Pelagius posuit, ita defendi, tanquam revera
ipsius Xysti essent; id enim putaveram. Sed postea legi,
Sexti Philosophi esse, non Xysti Christiani.* Adjungemus
hisce

hisce verba Præfulis adversus Pelagium L. de Nat. & Gr. Cap. LXIV. *Quis, inquit, Christianus ignorat, quod beatissimum Xystum Romanæ Ecclesiæ Episcopum & Domini Martyrem dixisse commemorat. Quia libertatem arbitrii sui permisit hominibus Deus, ut pure & sine peccato viventes similes fiant Deo. Sed ad ipsum arbitrium pertinet vocantem audire & credere, & ab eo in quem credit non peccandi adiutorium postulare. Nam utique cum dicit: similes fiant Deo, per caritatem Dei futuri sunt similes Deo, quæ diffusa est in cordibus nostris, non naturæ possibilitate, nec libero arbitrio, quod est in nobis, sed per Spiritum S. qui datus est nobis. Et quod dicit idem Martyr: Templum sanctum est Deo mens pura & altare optimum est ei cor mundum & sine peccato. Quis nescit ad eam perfectionem perducendum cor mundum, dum interior homo renovatur de die in diem, non tamen sine gratia Dei per Dominum nostrum Iesum Christum? Idem quod ait ipse Vir, castus & sine peccato potestatem accepit a Deo esse Filius Dei: utique admonuit, ne cum quisque factus fuerit ita castus & sine peccato (quod ubi & quando in eo perficiatur nonnulla quaestio est, sed inter pios bene quaeritur, inter quos tamen constat fieri posse, & sine Mediatore Dei & hominum, homine Christo Iesu fieri non posse) tamen ut dicere cœperam, prudenter Xystus admonuit, cum fuerit quisque talis factus, & per hoc recte inter Filios Dei deputatus, putetur ipsius fuisse potestatis, quam per gratiam accepit a Deo, cum eam non haberet in natura jam vitiata & corrupta. Hucusque Augustinus, cujus verba inter se collata ostendunt, a Sententiarum approbatione illum non discessisse, quum quæ in ipsis asserta erant, Veritatis adeo omnibus notæ essent verba, ut eam a nemine ignorari per Interrogationes suas tanto fortius asseruerit, modo non*

K

*Augustinus
retractat
Errorem de
Persona
Xysti.*

asseratur, ea absque gratia fieri posse, id quod Sixtus nunquam senserat, qui vel Augustini iudicio PRUDENTER eam opinionem a suis dictis amolitus fuerat: unde & præter ipsius mentem nihil ipsi poterat obtrudi, juxta Hieronymi regulam: *Quis tam iniquus erit Lector, ut non ex meis dictis sed suo sensu me judicet?* Apolog. pro Libris contra Iovin. p. 71. Quid igitur retractavit Augustinus? nil, nisi opinionem suam de Xysto Pontifice & Martyre, idque quia legerat Sexti Philosophi esse non Xysti Christiani. Bene putant *Sodales Benedictini*, Augustini Editores, Hipponensem e lectione Epistolæ Hieronymi ad Ctesiphontem ad illam Retractionem abstractum esse, quod concedimus. Poterat Augustinus duplicem habere rationem revocandi sententiam, quarum prima ex odio Pelagii, cui omnia stabiliendi erroris suffragia extorquenda erant: altera, ex metu Hieronymi nasci poterat, quippe qui jam tum optimis quibusque terrorem injiciebat armatus stylo, acubus etiam mulierum & opibus asecularum, quibus, quicquid vellet, efficere poterat, testibus ipsius ad Marcellam & Pamachium epistolis, quæ satis innuunt, illum potenti & impotenti, virorum & mulierum auxilio in evertendis æmulis usum esse.

Multi autem alii Xystum servant, & imitantur.

Non mirum itaque egregium Sixti libellum, quem ipse quidem Philosophus scripserat, ac sine elogio aut ulla paternæ dignitatis adjectione in Lucem ediderat, quique infelicem Interpretem Rufinum Hieronymo invisum nactus erat, e manibus Occidentalium excuti, aut intra Bibliothecarum umbras aliquamdiu recondi. Ceterum divina providentia illius partes apud Græcos potissimum egit, penes quos ejus præstantia extingui non potuit. Quod si enim Ascetarum opuscula intueri velis, constabit Sixtinas Sententias primam quasi telam ipsis dedis-

dedisse, e qua tot artificiosas texturas paulo post componebant. Finiente Seculo IV. *Evagrius Ponticus* ipsum imitatus videtur, quanquam intra metas Sixtinas non steterit, ἀπαθείων longius extendens, eaque propter in devia ruens. Quem Seculo V. excepit *Marcus Eremita*, cujus de vita Spirituali Capita extant, quæque Legenti sese meliori quidem ordine, sed ita tamen sistunt, ut & ea apud Sixtum sparsim deprehendantur. Incepit enim ab auxilio Dei, ad omne opus bonum expetendo, quæ apud Sixtum medio volumine reperiuntur. Huic Nilum jungo, qui & ipse nostrum in Sententiis Paræneticis imitatus est: tum *Diadochum Photices* Episcopum Anno CCCCXXX. & *Joannem Climacem*: quos excipiunt *Dorotheus* inchoante Seculo VII. & *Antiochus* Monachus, qui quidem formam Sententiarum missam fecere, attamen singulis capitibus singulas veterum Sententias exposuerunt.

Cumque adeo suum inter Græcos pretium Sixtus *Magni habet* obtineret, nec minus tamen in aliis orbis Romani *Pro-*vinciis existimatus fuit, in Syria maxime, ubi ingenis *Syros.* hominum Tranquillitatem colentium apprime placuisse videtur. Colligo autem Syros Græcæ Linguæ per se equidem ignaros, attamen Hospitum peregrinorum adventu ad desiderium Sixti compulsos esse. Quum enim in Monasteriis Syriæ, ac Mesopotamiæ, Monachi in suas Nationes divisi essent, ut Græcorum, Latinorum, Syrorum, Ægyptiorum turmas videres, sacra, sed sua Lingua celebrantes; attamen sancto illo Commercio factum est, ut alter alterius Linguæ parandæ studio teneretur*. Atque hac ratione Sixti *Sen-*
K 2 ten--

* V. quæ *Assemannus* disseruit de Scholis Græcis in Monasterio *Kanfarenfi*, alibique institutis.

tentiæ in Linguam Syriacam translatae sunt, quodque summopere notandum, sub Episcopi Romani titulo publicatae; ex quo constat sicut apud Græcos, ita apud Syros constantem fuisse famam, eas non nisi ad Sixtum Pontificem Romanum pertinere. Equidem illud nostris quoque quodammodo latuit, adeo, ut ne *Cavéus* quidem qui tot minutias suæ Historiæ intulit, harum Sententiarum verbo meminerit, quum tamen illas Bibliothecis Patrum jam tum illatas, vel aspectu tantum dignari debuisset. Quo non accuratior extitit *Oudinus* in magno illo Supplemento, quo Caveo suppetias ferre voluit.

Et in Linguam Syriacam transfertur

Quoad tandem *Hebed Jesu*, Episcopus Sobensis, in Catalogo Scriptorum Syrorum eum citavit, cumque *Palladio & Nilo* collocans, ætatem quasi cum iis æqualem indicavit. Post quem *Josephus Maria Assermannus*, Maronita, in splendida sua Bibliotheca Orientali Romæ edita uberiolem de Sixto apud Syros laudato notitiam exhibuit: Verum magna ille se admiratione teneri fatetur, talem inter Episcopos Syros reperiri, cui Sixti nomen detur, quum tamen in omni Catalogo Episcoporum nec nomen nec locus indicetur ubi sederit. Simul agnoscit in omnibus manu exaratis Codicibus Sixti Pontificis nomen præscribi, etsi difficillimum creditu sit, Sententias ad hunc ipsum pertinere, licet ejus nomen præ se ferant. Rationes dubitandi has potissimum habet. 1) Quod *Syri multa Catholicorum & Hæreticorum Auctorum opera sub speciosis Græcorum & Latinorum Patrum nominibus Seculo VI. vel bona vel mala fide ad se traxerint*, 2) quod *Stylus videatur esse Auctoris plane Syri*, 3) quod *altum de Scriptis Sixti apud Scriptores silentium deprehendatur*, quod *Syri eo tempore ar-*
tem

tem Criticam ignorarint eaque propter iudicio discretivo fuerint destituti.

Ad quæ doctissimi Viri argumenta mihi omnino *Frustra dis-*
ita respondendum ut ostendam, ipsum præter has leves *bitante Affe-*
dubitandi causas multo fortiores reliquisse, quibus hæ *manno, an*
Sententiæ Sixto vindicari queant. Ut enim remove- *Xysto nostro*
am, quæ aliquam speciem veri habent 1) decipitur *Affe-*
mannus, dum putat altum apud Scriptores de Sixti Scri- *tribui opu-*
ptis silentium regnare: illud enim an reapse sit, & qua- *sculum de-*
le sit, cujusque artificio illud paratum, hæctenus a no- *beat.*
bis demonstratum est. Isne vero silentio tectus, sepul-
tusve dicatur, cujus Scripta ut *δόνιμα* Origenis tempo-
re evolvuntur, & Hieronymi ætate per Provincias lau-
dantur, quæ *Rufinus* vertit, *Pelagius* citat, *Augustinus*
probat, *Isidorus* Hispalensis commendat, *Laurentius*
Pisanus pro divinis habet? 2) Dum ait Syros Senten-
tiarum auctori Xysti nomen dedisse, non alia ratione
nisi similitudine nominum motos, id prorsus jejunum
videri queat, quum inter Episcopos Syros neminem
ostenderit, qui similitudinem nominis cum Sixto habue-
rit. Quod si aliquem talem habuisset, potuisset equidem
hariolari Errorem ex Pronunciationis æqualitate natum,
qui tamen sibi fingendus non erat, quum non esset qui
talem similitudinem exhiberet. 3) Dum putat Stylum
Sententiarum, Syriacum Auctorem sapere, id quidem
nemo facile diffitebitur, quandoquidem Lingua Græca
a Syriaca toto cælo distat, stultumque propterea foret
dicere, Linguam Syriacam Græcæ quam Syriacæ propi-
orem. Involvas purpuram corio, anne fasciculus co-
rio similior erit quam purpuræ? tolle larvam, purpu-
ram habebis. Exuas Sixtum Lingua Syriaca, redde
Sermonem Græcum, & Sixtum habebis 4) dum dicit

*Qui propriis
rationibus
refellitur.*

Syros eo tempore artis Criticæ imperitos, quæ sub Sixti nomine legebant, Xysto Pontifici adscripsisse; sine dubio sese Criticorum genti insertum voluit. At vellem nobilius Criticæ documentum ab eo editum esse quam id, dum putat Sixtum Syriacum Sententiarum auctorem Seculo V. sibi vixisse videri, qui tamen tertio Seculo ab Origene citatus, a Christianis lectus, & Seculo IV. per Rufinum latina civitate donatus fuit. Hæ sunt Assemanni suspensiones contra Sixtum; jam ex eodem proferam argumenta pro Sixto Pontifice facientia, quæ quidem illis suspensionibus validiora videntur. I) Agnoscit Syrorum Membranas constanter Sixti Pontificis nomen habere II) atque id Episcopi elogium etiam in *Anaphora* Sixto tributa sollicitè servasse III) neque illud a Syris cuiquam tribui, nisi re ipsa talis extiterit, ex Renaudotio probat IV) *Joannem Apameensem* Episcopum Seculo VI. viventem hunc Sixtum Pontificem Epistola ad Leontium citasse. Non vero id pro levi negotio habendum, quum is ipse Joannes Syriæ Secundæ primus Episcopus, & post Antiochenum maximi haberi solitus non ignorasse credendus sit, quis ille fuerit Præsul quem in Scripto Dogmatico citaret, præsertim eo tempore, quo citatio nominum inter sacra, vel eorundem neglectus, res magni momenti esset. Ex quo fluit illam Syriacam Interpretationem Sec. VI. jam tum extitisse, ac fortassis etiam antiquiorem ipsa Rufiniana esse, quum ex Assemanniana Recensione uno capite sit auctior, præ illa Latina quam habemus, quamque ideo Stridonensis castigasse videtur, quod ab altera sui parte per Rufinum fuerit divulsa. V) Fatetur Assemannus, Syros Seculo VI. Catholicos Hæreticosque Scriptores bona malave fide sibi pro suis vendicasse, quod licet in
eum

eum finem scribat, ut Sixti sententias dubia fide Sixto tributas statuatur, nobis tamen satis sit ipsum agnovisse Catholicos quoque Scriptores, eosque etiam bona fide, a Syris in sua castra tractos esse: id vero bona fide factum esse cum Sixto paucæ istæ sententiæ ostendunt, quas ex Codice Nitriensi XVII. fol. 142. protulit, optantibus nobis, omnique nisu & veneratione expetentibus, ut omnes, quæ in Bibliotheca Vaticana restant, edere velit. VI) Idem agnoscit Syros eodem Seculo Interpretationi vel Translationi librorum dedisse operam, idque præ cæteris a Jacobo Tagritensi aque Xenaja Hieropolitano s. Mabugensi factum: quod si igitur Sixtus Episcopus Syrus ortu fuisset, inanem lussissent operam Interpretes ipsum transferendo. VII) Idem pro Sixto nostro Sententiam ferre videtur, quando adversus Renaudotium, quasdam Lacinias in Anaphora Sixti olfaciente, sincere fatetur, nullum sibi in omnibus Sixto attributis vel sententiis vel Anaphora suppositionis signum apparere, nihilque in iisdem occurrere, quod Hæresin Monophysitarum sapiat. Quæ certe puritas affutura non erat, si Auctor Syris annumerandus esset. VIII) Tandem illæ sententiæ, quas ex Syriaco Codice protulit Assemannus cum iis conveniunt, quæ Hieronymi ætate lectæ sunt, ex quo omnis illa divinatio Assemanni pro Syro quopiam Auctore prorsus evanescit.

Finiente Seculo V. Romanam sedem tenuit *Gelasius Afer*, qui anno CCCCXCI decretum condidisse dicitur de Libris, quos vel Ecclesia legere vel respuere deberet. Is vero *Gnomas* tanquam Sixto temere tributas e librorum legendorum numero expunxit, hac ratione usus, quod Hieronymus jam tum falcem adhibuerit, ad illas excindendas. Quod quam absurdum sit *Gelasii* iudicium

In Pseudo
Decreto Ge-
lasiano te-
mere da-
mnatur
Xystus.

alii

alii judicent, quippe qui ista approbatione Stridonensis censuræ palam fecit unius Presbyteri judicio vel ipsius Pontificis scripta aut decreta subjici posse. Verum fuere qui illud Decretum Gelasii, falsum & subdititium pridem censuere, ideo, quia vetustiores Codices id ad certum auctorem non retulerunt, quodque in eo citantur Auctores, qui sedente Gelasio nondum extitere: tum quod *Clemens Alexandrinus* inter Auctores improbos fuerit relatus: quodque Hieronymum se plane sequi profiteatur, quem alibi rejicit: & quod ante Seculum nonnum nemo hujus decreti meminisset. Et hæc quidem sunt rationes *Caveanæ*, quibus nihil majoris momenti opponi posse putaverim, etiamsi *Samuel Basnagius* in *Annalibus Eccl. Polit.* ita velit, qui tamen mox dubitationes de Gelasiano decreto aliis rationibus confirmat, eque *Baluzii Notis in Epist. Lupi Ferrar.* docet in Codicibus MSS. Ecclesiæ Urgellitanæ Hormisdæ Pontifici id adscriptum esse: atque mox divinat illud a diversis auctoribus diverso tempore compositum esse, secumque plane dissentire, unoque ore laudare, quod respuat, respuere, quod laudaverat.

Cujus iniquitatem notat nuperus Editor Conciliorum Lugdun.

Jam Romana Ecclesia decretum illud recipit, firmiterque credit a Gelasio id compositum ideo, ut obicem poneret multitudini Scriptorum Apocryphorum: quod censet *Editor Summæ Conciliorum Lugd. A. MDCCXVII.* cum eruditis Notis editorum, ubi tamen ait inter Apocryphos referri nonnullos, *in quibus maculæ non nisi leves, aut nullæ reperiantur*; idque factum, *ut Fides catholica illibator haberetur, nec quisquam ad hos scopulos impingeret.* Optaverim ab eo indicatos fuisse illos, qui leves tantum maculas aut nullas habuere, quoniam ipse Decretum hoc suo Codici inseruit T. I. p. 262. *Elias Dupini-*

pini-

pinius in Bibliotheca Auctorum Ecclesiasticorum mirum de hoc Gelasio iudicium tulit, quod etsi ludibrio non careat, ostendatque Virum ancipiti calamo usum esse, ac quæsiuisse verba, quibus, si teneretur, elabi posset, ait, Gelasium *hominem acutum, sensuque præditum, & multum auctoritati suæ tribuentem, nobiliter scribere, sed obscure, falsum sæpe iudicium ferre, deque rebus nonnullis tanquam certis iudicare, quæ tamen certæ non sint.*

Nos alias observavimus, in Dupinio iudicia plane *Dupinii lu- inepta crebro deprehendi, quod hic repetimus, nisi stulti bricum de approbatores hominis Galli esse velimus. Quæso enim Gelasio Ju- quid sibi vult? dum ait Gelasium fuisse hominem subti- dicitum. lem, intelligentem, scriptorem nobilem, sed obscurum, falsum iudicem, incerta pro certis amplectentem. Tale iudicium saltatorem decet, quod Trivultianus Cerberus merito allatret, non eum qui de Scriptoribus Ecclesiasticis iudicium ferre cupit. Hos admiramur. Hyacinthus Amatus de Graveson Hist. Eccl. Anno 1717. Romæ edita de Gelasio ait, in illo Decreto accurato Criterio libros Canonicos esse excussos, germanos ab adulterinis secretos, & Apostolico decreto roboratos, magno Ecclesiæ commodo & legentium utilitati semper profuturo, quod iudicium quanti debeat haberi ex Editore Summæ Concil. Lugd. & Dupinii dictis sat constabit.*

Hujus Decret. Gelasiani verba de Proverbiis Sixtinis ita sonant:

Liber Proverbiorum, qui ab hæreticis conscriptus est, & S. Sixti nomine prænotatus, Apocryphus est.

Paulo ante in Decreto:

Rufinus, Vir religiosus, plurimos Ecclesiastici Operis edidit libros, nonnullas etiam Scripturas interpreta-

L

tus

tus est. Sed quoniam B. Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii Libertate notavit, illa sentimus, quæ prædictum B. Hieronymum sentire cognoscimus, & non solum de Rufino, sed etiam de universis, quos vir sæpius memoratus zelo Dei & fidei reprehendit.

Gelasius Hieronymum cæco assensu sequitur

Prudens Lector illico observabit, Gelasium solius Hieronymi censuræ incubasse, quod quantum cum dignitate Pontif. Romani conveniat, alii judicent. Quod si enim Presbytero fama prædito licet, de Scriptura, Pontificis R. nomen præ se ferente, judicium ferre, proscribere, damnare, & ad conculcandum dare, quæso quantum licebit Presbytero, multorum Præfulum suffragiis cincto? quantum licebit Episcopis in unum collectis, nec impotenti invidia, sed Zelo divinæ veritatis flagrantibus? quantum licebit ipsis, in damnationem non Pontificis, sed sodalitatis tot criminum ac fraudum reæ coëuntibus? Atque hoc ipsum e Censura Gelasii in Sixtum fuit, qui tamen larvatus impostor, immemor dictorum, quibus se Hieronymum sequi professus fuerat, mox discessit. Quum enim ille dixisset, *Librum Sixti esse gentilissimum ab Ethnico compositum*, hic ad Hæreticum aliquem auctorem refert: quasi vero non magni intersit nosse an liber ab Hæretico, an vero a Gentili homine scriptus fuerit? Quod si vero agnoscas Hieronymum errasse, & quem *Hæreticum* dicere debebat, dixisse *gentilissimum*, poteras tu quoque errare, qui tamen Stridonensem tanti habebas, ut te illa sensurum prædixeris, quæ Hieronymum sentire cognoveras.

Sfondrati Judicium de Decreto Gelasiano.

Cælestinus Sfondratus R. E. Card. Differt. IV. Galliæ Vindicatæ contra Maimburgium hoc Decretum Gelasianum Lapidem fundamentalem veræ Religionis ponit, & clausulam illius magnopere prædicat, qua omnia illa a Gelasio

lasio

lasio reprobata ab omni Ecclesia Romana Catholica & Apostolica eliminata, & cum suis Auctoribus sub Anathematis indissolubilis vinculo in æternum damnata habeantur. Ubi quidem mirari denuo licet, unde illa surgat confidentia, quum autor Decreti ad Seculum nonum in incerto sit, & in eo juxta *Annotatorem Lugdunensem inter Apocryphos aut nullius aut levis maculæ rei condemnentur.*

Sed puto aliquando illud tempus accessurum, quo hujus Decreti ineptias non minus sit orbis agniturus, atque jamjam Epistolarum Decretalium primis Episcopis tributarum agnoscit, quin imo spero non minus illum *Sixti Tractatum vinculo anathematis ereptum* iri, atque *Lucifer ille Calaritanus & Abelardus & Raymondus Lullus* erepti sunt, qui modo in pratis Sanctorum liberrima deambulatione & decursionibus gaudent.

Jam ut unaquæque res suum ex semetipsa pretium invenit, ita & decretum hoc *Gelasianum*. Quod si enim a *Gelasio* editum fuisset, debebat utique in subjectas Orbi Romano Provincias & ad eas etiam transmitti, quæ Vicariis Rom. Pont. subditæ, credendi vivendique regulas accipiebant. At quum illius rei vestigium non appareat, merito colligas, illud ævo *Gelasiano* conditum non esse, quod ex facto *Isidori Hispalensis* Episcopi & sanctitatis Elogio maectati comprobatum eo. Ille vero quod *Lucas Tudensis* certus illius vitæ, non diffitente *Bollando*, autor, Romæ fuit, & si quid noverat, illud hercle noverat, quos Libros Ecclesia Romana probaverit, quosve rejecerit: Isque vivebat finiente Seculo VI. usque ad adolescentiam Sec. VII. unde a Decreto *Gelasiano* vix seculum effluxerat. Hic autem dum *Librum de Viris Illustribus* condit, quem *Braulio Cæsaraugustanus* ad
L 2
ipsum,

Quod continetur ab Isidoro Hispalensi

Vultque
Sixti Sen-
tentias cum
iudicio legi.

ipsum, tanquam verum autorem refert, Principem omnium hunc *Sixtum II.* collocat, deque eo ita scribit: *Sixtus II. Episcopus Romanæ Urbis & Martyr composuit ad instar Salomonis librum Proverbiorum tam brevi eloquio, ut in singulis versiculis singulæ explicentur sententiæ. Cui quidem Opusculo hæretici quædam contra Ecclesiasticam fidem inseruerunt, quo facilius sub nomine tanti Martyris perversorum dogmatum reciperetur assertio. Sed is qui Catholicum se meminit, probando legat, & ea, quæ Veritati contraria non sunt, recipiat. Quidam autem putant, eundem Librum ab hæreticis, non a Sixto fuisse dictatum. Refellit autem hanc opinionem Beatissimus Augustinus, qui in quodam Opere suo ab eodem Martyre hoc opus compositum esse fatetur. Hæc Isidorus, qui odii amorisque causas procul habens ita censuit, uti iudicium subactum ipsi suppeditabat. Error de Augustino ipsi condonandus, quum *Retractiones* illius fortassis non legerit, etsi reapse prior Sententia de *Sixto Pontifice & Martyre* fuerit melior altera, quam ex *Lectioe Hieronymi* credulus magis quam accuratus scrutator induit. Debet autem hoc iudicium nobis tanto esse carius, quo certius constat, Virum fuisse eruditum, ab Hæresi alienum, *Hieronymi* etiam scriptorunque ab eo existimatorem summum, quæ in Bibliotheca habuit, atque sequenti elogio per *Tamayum a Salazar* in *Martyrologio* Mens. Apr. p. 488. ex MSS. edito cohonestavit:*

Hieronyme, Interpres variis doctissime Linguis,

Te Bethlehem celebrat, te totus concinit Orbis

Te quoque nostra promit tuis Bibliotheca libris.

Verba *Isidori* fidem faciunt, Epistolam *Rufini* ad *Apronianum* lectam a se; in ea enim idem de *Sixti Sententiis* iudicium continetur. Etsi autem non diffimulet,
 eas

eas Hæretico alicui tanquam Autori a quibusdam ad-
 scriptas, attamen quum suadeat, eas cum probatione
 legi, & veritati convenientia retineri debere, satis uti-
 que suam de iisdem mentem detexit. Ecquis autem de
Isidori in Sixtum voluntate ac benevolentia dubitet?
 quum manifestum se illius Imitatorem in Sententiarum
 libris professus sit, integris capitibus efferendo, quæ
 in unam *Sixtus* sententiam coarctaverat. V. *Sent. in Edit.*
Iacobi du Breul Anno. 1617. p. 414. qui etiam *Garfiæ*
Loaisæ notas adjecit. Cur vero *Isidorus Gelasio* tantopere
 insultat, & *Sixtum* in fronte illustrium Virorum locat, si
 juxta clausulam Decreti, Proverbiorum Autor indissolu-
 bili Anathematis vinculo, in æternum ab omni Ecclesia
 Rom. Cathol. Apostolica damnatus fuit? Cur talis Epi-
 scopus, qui inter *Hispaniæ* Præsules Principatum tenu-
 it, omnibus Conciliis eo tempore habitis primus sub-
 scripsit, auctorem in æternum damnatum legi, non
 dicam suadet, sed permittit? Ratio certa: Nullum eo
 tempore *Decretum Gelasianum* extitit: nullum hoc no-
 mine fastuosum ad *Hispanos* venit: nulla fuit *Hieronymi*
 apud *Hispanos* auctoritas, probeque visus est *Stridonen-*
sis in conculcando *Sixto* e morbo suo, quem ipsemet
 fatetur, aliquid passus. Quod si omnino ullo documen-
 to historico vero germanoque probari posset, *Decre-*
tum Gelasianum extitisse, *Hispanisque* notum fuisse, quid
 aliud inde lucrareris, nisi *Romani Pontificis* censuram de
Sixti Proverbiis nauci fuisse habitam, & alga viliorem.
 Alias enim ipsi obtemperandum fuisset. Eodem Se-
 culo VI. ad idem per Sententias scribendi genus se com-
 posuit *Martinus Braccarensis Præsul* antehac *Abbas Dumi-*
ensis; calluit hic ex asse Linguam Græcam, Sententiasque

Ex quo con-
 stat Decreti
 hujus nuli-
 lum fuisse
 pondus apud
 Hispanos.

Veterum Patrum Latinitate donavit, atque sine dubio ad *Sixti & Isidori* exemplum respexit.

*Apud Græcos
plura Sixti
quam apud
Latinos.*

Cum autem apud *Latinos* pauciorum documenta de *Sixto* reperiantur, de *Græcis* nemo negabit, constantem apud ipsos *Sixti* existimationem fuisse, penes quos consuetudo per Sententias instituendi pene in Legem transierat. Dum igitur Abbatum eruditissimi in hoc eruditionis genere laborarunt, factum, ut antiquorum aut non tam frequens usus, aut meliora duntaxat ex iisdem exciperentur. Ita vero hinc & inde Sententiæ decerptæ in integra Systemata coaluerunt, qualia sunt *Jo. Damasceni Parallela* S. nomen *Sixti* crebro præ se ferentia, tum *S. Maximi Excerpta*, antehac a nobis citata, tum *Antonii* cognomento *Melisse*, quorum Opera fidem faciunt, *Sixti Gnomas* Genti suæ non incognitas fuisse.

*Quorum aliqua
Collectio
exhibetur.*

Et nos quidem rem Lectori gratam faciemus, si *Gnomas Sixti* in citatis Auctoribus Græce repertas hic inseramus, præsertim quum id in nulla Editione factum sciamus. Apud *Origenem Edit. Huet. T. I.* extat Sent. XI. Πᾶν μέρος τῆς σώματος τὸ ἀναπειθόν σε μὴ σωφρονεῖν ῥίψον· ἄμεινον γὰρ χωρὶς τῆς μέρους ζῆν σωφρόνως, ἢ μετὰ τῆς μέρους ὀλεθρίως.

Sentent. 285. ibidem: Ἀνθρώπου ἴδοις ἂν ὑπὲρ τῆς τοῦ λοιποῦ τῆς σώματος ἔχειν ἐρῶμενον, ἀποκόπτοντας αὐτῶν καὶ ῥίπτοντας μέρη, πῶσω βελτίον ὑπὲρ τῆς σωφρονεῖν.

Ap. eund. *Orig. L. IIX. contra Celsum*: Ἐμψύχων χρῆσις μὲν ἀδιάφορον, ἀποχή δὲ λογικώτερον.

Ap. *S. Maximum Excerpt. T. II. p. 550.* Μὴ κλίση Φίλον, ᾧ μὴ πάντα πισεύσης. Et in *Bibliotheca Patrum Parisiana*: in qua *Maximi Excerpta* ex Interpretatione *Jo. Ribboti* referuntur aliæ *Sixto* adscribuntur, quæ in textu Græco non leguntur:

Arca-

Arcanum in amicitia cum audieris, posteaque inimicus factus fueris, ne enuncies. Non enim inimicum sed amicitiam ledit.

Amicum usus causa non eligito. Talis enim amicitia temporaria & instabilis.

S. Maximus p. 651. Cap. 39.

Ἐν γυναικὶ πονηρᾷ καλὸν σφραγίς. Hanc ego puto aut Sixto Romano aut Demophilo adscribendam esse, quia simile habet, & in *Enchiridio* non legitur.

In MSS. Coislinianis datur Sixto v. p. 576.

Ὁ ἐν διαβάλλων φίλον, μὴ εὐδοκῆμείτω, καὶ ἀληθῆ λέγει
Qui amicum cavillatur, nulla dignus sit laude, vel si vera dixerit. Apud Antonium Melissam: Qui calumniatur amicum, non laudetur, etiamsi vera dixerit. Hæc inter Sixtinas habetur. Convenit & MSS. Bibl. Coislin. Bibl. R. p. 575.

Οὐδὲ ἐν ἰχθύσι φωνὴν, εἰδὲ ἐν ἀπαιδέυτοις ἀρετὴν δεῖ ζητεῖν. *Neque vox in piscibus quærenda, neque virtus in imperitis & indisciplinatis. Ap. S. Maximum Sixto datur C. LX, a me vero ob rationes ante citatas Sixto Romano antiquiori.*

Δύο κινῶσιν ἄνθρωπον εἰς Θεῶ ἐπιλαβεῖν, τιμωρίαι δυσσεβείας καὶ γνώμης εὐσεβῆς ἀμοιβαί. *Duo sunt, quæ hominem movent, ut Deo curam impendat, impietatis pœna ac religiosæ mentis præmia. Ad oram libri cum Sixti nomine Demophili quoque adscriptum erat S. Maximus C. LXXXIIIX in Codice Coisliniano Sixti folius p. 579.*

Ἀφόρητος γίνεται κακία ἐπαινεμένη. *Intolerabile vitium redditur, quod laudibus fulcitur. Ibidem reperitur inter Sixtinas Sent. 153.*

Ὅμοίων ζώντων μὲν ποιῶ ἐπιμέλειαν ἀπογενομένων δὲ δεῖ τὰ σώματα τῇ γῆ συμμεμίχθαι, τῆτο γὰρ καὶ ὄσιον εἶ
γὰρ

γὰρ συνθάπτεται ψυχὴ τῷ σώματι μάτην ἐν πολλῷ πόνῳ περὶ
 τὰς ταφάς. *Necessariorum, dum vita superstites sunt, cu-
 ram agito: morte autem sublato, eorum humo commiscenda
 cadavera, quod ἔ hoc pium sit ἔ justum. Non enim cum
 corpore sepelitur animus. Frustra igitur nimius ille Fune-
 rum Labor suscipitur. V. S. Max. Excerpta C. 36. in Rib-
 botiana Edit. Bibl. Paris. Philistioni tribuitur in Cod.
 MSS. p. 576.*

Ἀμαρτήματα γυναικῶν ἀνδρῶν ἀπαιδευσία. *Peccata
 mulierum imperitiæ Virorum contingunt. Legitur apud
 Damascenum T. II. p. 4II. Edit. Lequieniana; unde con-
 stat, illum auctiori exemplo, quam alios usum esse, quum
 in aliorum Excerptis non habeatur.*

Θυσία τῷ Θεῷ γνώμη ἀγαθή. *Viſtima Deo est bona
 voluntas. Damasc. Parall. Tit. X. p. 640.*

Ὅτι ἐστὶ κατὰ Θεὸν ζῆν ἀνευ τῆ σωφρόνως καὶ δικαίως
 πάντα πράττειν. *Damasc. Parall. Tit. XVII. p. 616. Fieri
 non potest, ut quis secundum Deum vivat, nisi sapienter ἔ
 juste cuncta fecerit.*

Σοφὸς ἀνὴρ καὶ σιγῶν τὸν Θεὸν τιμᾷ εἰδὼς καὶ διὰ τὴ σι-
 γᾶ. *Vir sapiens ἔ tacens honorat Deum, cum noscat, qua-
 de causa taceat. Damasc. S. Parall. Tit. XIV. p. 420.
 Extat & ap. S. Max. Exc. C. 20. p. 596. Sed nomine
 Sixti non addito: at in edit. Ribbotiana Bibl. Paris.
 Sixti nomen extat, ut apud Damascenum. In MSS. Cod.
 Bibl. R. Gallix nomen additur. V. p. 576.*

*Animam non perdit mors, sed mala vita,
 apud Anton.*

*Aut melius aliquid dic silentio, aut file. Cap. LXXXIII.
 ap. Stobeum extat Gr. Sermone XXXIV. καὶ σιγῶν ἡ
 κρείσσονα σιγῆς λέγειν.*

Amico beneficia ne exprobrato; eris enim quasi non de-

de-

dederis. In S. Max. Sent. ex Versione Ribboti Bibl. Paris. Sixto tribuitur.

Idem dicebat eum qui beneficium præstitisset, statim oblivisci debere, qui autem accepit, perpetuo meminisse. In edit. S. Maximi Gr. p. 557. Τὸν μὲν δίδοντα χάριν χρεὶ παραχρῆμα ἐπιλανθάνεσθαι, τὸν δὲ λαμβάνοντα διὰ παντὸς μεμνήσθαι. Ad oram vero Demophilo adscribitur.

Μέγιστον μὲν καὶ Θεῷ μόνον τὸ ἀνάλωτον, γεγόμενον δὲ καὶ μετὰ τὸ ὑπὸ τῆς ἀμαρτίας (ἀρχθῆναι) ἀχθῆναι ἐν τῷ παραχρῆμα ἀνενεγκεῖν. *Præstantissimum est & Dei proprium omnino non delinquere; generosorum vero hominum statim, ut quis peccato succubuit, resipiscere.* Extat in Sententiis Theophrasti ad calcem Stobei.

Ἄριετώτερόν σοι ἔσω λίθον εἰκὴ βάλλειν, ἢ λόγον ἀἴερον. Extat ap. Stobeum Serm. XXIV. in Sixt. Sent. Num. CLV.

Ἄ μὴ δεῖ νοεῖν, μηδὲ ἐπινοῦσθαι ποιεῖν. Ap. Stobeum.

Βελεύς δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέλεται.

Ζίφου πληγὴ κερφώτερα γλώσσης· τὸ μὲν γὰρ σῶμα τιτρώσκει, ἡ δὲ ψυχὴν τιτρώσκει. In Sent. Sixt. est CLXXXIX. Quisquis ex Stylo videt non ad *Pythagoram* sed alium pertinere, qui *Pythagoræ* socius creditus fuit. Sæpe autem, inque multis sententiis factum fuit, ut Librarii, (quibus tædiosum erat, *Sixti Pythagorei* nomen ad oram adscribere,) vel *Sixti* solius aut *Pythagoræ* nomen adderent, quo factum, ut multa, quæ hujus erant, ad illum transferrentur. *Gnome* tamen III. apud *Hieroclem* *Pythagoræ* datur.

Ex ista collectione augenda forte si omnes Græcorum libri præsto fuissent, satis constabit apud illos Sententias Sixti retentas fuisse, quæ apud Latinos parcius habebantur. Ceterum si ad Seculum usque XII. & XIII. abeas, denuo sese exempla prodent non omnino apud Occidentales eas sepultas fuisse. Quod docet Laurentius

Non tamen
prorsus la-
tet Sixtus
in Ecclesia
Occidentali.

M

tius

tius Presbyter Pisanus, cui quum Leonardus quidam Sixti sententias ad perlegendum dedisset, atque mox etiam donasset, ille se horum Oraculorum divinitate commotum ait, ut suam experiretur indolem, an paria eum Sixto facere posset. Quem conatum executus est edito Libello, cui Enchiridii nomen inscripsit, illique plurimas sententias Martyris inseruit, vel iisdem verbis vel eandem sententiam habentibus usus, addita etiam Praefatione, quæ quum testari queat, quid de Sixtinis Proverbiis senserit, quidque dicturus fuerit, nisi metu linguam cohibuisset, nos hic inserendam putavimus. Credimus autem eum vixisse Seculi XII initio, fuisseque patria Veronensem, & quia in Ecclesia Pisana sub Petro II. Episcopo Diaconum agebat, a domicilio potius quam Patria cognominatum esse. Erat alias Poëta juxta illius ætatis rationem non contemnendus, quod editis Libris VII. de Bello Balearico notum fecit, qui Tomo III. Italiae Sacrae Ferdinandi Ughelli continentur. Epistolam autem ex Orthographis Patrum T. II. pag. 9II. deprimimus ita se habentem :

*Sed a Lau-
rentio Pi-
sano lau-
datur teste
Epistola.*

Mea quidem sententia duo sunt, Optime Virorum
Leonarde, quæ vir probus summa diligentia simul at-
que cura declinare debet. Unum est, ne in amore supe-
retur: alterum, ne in retribuendis adæquandisque meri-
tis, pro facultate proque ingenio vincatur. Quæ omnia
hoc uno munusculo declinare pro viribus censui. Et-
enim cum mutuo tuam benignitatem Xysti Pythagorei
sententiolas illas elegantissimas, quin potius, quo dig-
no nomine nuncupem, DIVINA ORACULA popo-
scissem, more tuo haud solum non tardaasti mutuo mit-
tere, sed propria exaratum manu AUREUM tradere
MUNUS curasti. Quæ ubi legi, ac iterum regustavi,
diuque mente volvi BONI VIRI, CLARISSIMI que
PHI-

PHILOSOPHI SOPHISMATA, majorem in
modum probavi. Eumque æmulari animus cum impa-
tienter auderet, verecundia diu tardata est; Verum po-
stremo Veteris Artificis secutus sum monita, qui me
olim dum fingere edoceret, monebat, hortabaturque
puerile ingenium, præclariora quæque imitari. Verum
enim vero tandem Tua provocatus dilectione, & supe-
rato rubore nonnulla Sophismata ejus de Exemplo edi-
di, quas Tibi mitto, quæve talia esse volo, qualia tua
Sapientia tuumque sagax ingenium illa fecerit. Cete-
rum vereor, admodumque vereor, ne dum mutuuum
amorem fovere minus caute studeo, me dicas simiam
hominum, eo quod studuerim rem tam grandem inepte
æmulari. Duntaxat eo, quod probe novi, amatores
amantium vel ineptos jocos insulsosque sales & tolera-
re, & gratos habere, dum amorem indicant, minime
erubui institutum meum exequi: Itaque tuo amori
dicatum opusculum olim, tota mente complectere, &
ut amantis est, volo, ne pretium in re quæras; sed ami-
ci mentem, quam talem esse reperies, ut nihil amori
addi possit, nihilque adimi. Verum hæc alias. In præ-
sentiæ ut operæ pretium esse videatur a cordis mun-
ditia incipiamus, sine qua communionem cum Deo
nullam habemus, unde utique mutuamur atque trahi-
mus omnem veram sapientiam.

Hæc Laurentii epistola documento fit, quanto Six-
tus eo Seculo fuerit habitus, etsi nondum plane cogno-
verit, Sixtum e Philosopho Christiano Pontificem, mar-
tyremque factum esse. Ac sane fatemur ab eo inde se-
culo non constare nobis, quæ fata hujus Enchiridii fu-
erint, usque quo renascentibus literis, inventaque arte
Typographica varia Veterum monumenta magna dili-

*Ut et a Lau-
rentio Abste-
mio.*

gentia & conquirentur & luci publicæ traderentur. Quamvis autem augurari liceat extitisse aliquam editionem apud Italos adornatam, quum Beatus Rhenanus in Editione sua dicat se recognovisse illas sententias, nihil tamen certi asserere possum, nisi id, a Beato Editioni suæ præfixum fuisse carmen *Laurentii Abstemii*, quod ille fortassis editioni primæ ad commendationem addidit, ita sonans.

Astrigeras quicumque cupit conscendere sedes,
Visere & immensi radiantia tecta Tonantis,
Quo nihil humanis toto sublimius orbe
Mentibus occurrit: legat hunc relegatque libellum,
Et faciat quæcunque monet. Namque ostia cœli
Sancta Fides, Pietas, Spes, Justi cultus & æqui
Puraque mens homini, non verbula sola recludunt.

Laurentius ille patria Maceratensis erat, & apud Urbinates bonas literas profitebatur, Guidonis Ubaldi Urbinatum Ducis Bibliothecam curans, qui aliis etiam ingenii monumentis claruit. *Baylius* putavit ipsum Seculi XVI primordio defunctum esse: cui si suffrageris, incertum quomodo Rhenanus hanc Sixti laudem ab eo habere potuerit. Unde vel ultra ætatem Baylio notatam vixisse, aut alibi ante Rhenanum hos versiculos composuisse dicendum. Beatus enim Anno demum MDXVI. eos ante editionem suam collocavit.

*Tandem a B.
Rhenano
editur*

Hic ipse vero B. Rhenanus inter Germanos ut reor primus, quum *Æneæ Platonici Christiani Dialogum de Immortalitate animæ*, itemque *Athenagoræ de Resurrectione Orationem* ederet, *Xyphi quoque Pythagorei γνωστικῆ* addidit, & ad Exemplar, quod apud Divam Fidem *Selestadii* habetur, recognita R. P. Paulo Volzio Abbati Hugonicæ Curia in Valle Vogesina dedicavit
Anno

Anno R. S. MDXVI. singularique Epistola Lectori commendavit, in qua tamen non nisi quod ex Hieronymo & Augustino hauserat, protulit, quin imo etiam dubitavit an Rufinus illarum Sententiarum Interpres fuerit nec ne? Post Rhenanum Ludovicus Hildesheimius Andernacensis denuo istud Enchiridion edidit. Quo anno id factum fuerit, non constat, neque enim ea felicitas nostra extitit, ut hanc Editionem nancisceremur. Hanc autem secutus est Margarinus de la Bigne, quum Bibliothecam Patrum Parisinam publicaret, Tomoque V. indidit. Ex ejus Præfatione quædam adducit Margarinus, unde colligas Hildeshemium de Sixto II. tanquam auctore dubitasse, cumque Hieronymo sensisse. Miramur autem quod Basileensem non fuerit secutus, ista quippe multo perfectiorem: tum quod & Rufini Epistolam ad Apronianum lectu dignam omiserit, quæ & in reliquis Patrum Bibliothecis desideratur, a Rhenano autem fideliter exhibita fuit.

Et Ludovico
Hildesheimio.

Prodiit deinde Censura J. Mariæ Brasichellenis Magistri S. Palatii, Bibliothecæ Patrum Lugdunensi præfixa, in qua nihil aliud fecit, nisi ut quæ apud Hieronymum diversis locis tum apud Augustinum, Gelasium atque Isidorum erant, exscriberet, quæ nos proferre denuo noluimus, quum de iisdem Patrum judiciis nostra sententia jamjam fuerit exposita. Ad finem addit: Ex his omnibus facile intelligis Lector, quo in loco habendus sit liber iste, & cujus auctoris. Errores, quos Hieronymus annotavit, sunt hi, quod hominem Deo exæquet, de Dei substantia hominem esse dicat, Apathiam Stoicam & impeccantiam cum Origenistis introducat, Pelagianismos complures contineat. At nos monemus in hoc libro cavendas omnes infra positas Sententias

Prodit censura Brasichellenis.

*Qua Gnomæ
sequentes
notantur.*

Vere Fidelis est, qui non peccat, atque etiam in minimis caute agit.

Non petas a Deo id, quod cum habueris non perpetuo possidebis.

Quod Deo dignum est, hoc & viro bono.

Quicquid non convenit ad beatitudinem Dei, non conveniat homini Dei,

Derogare Viro sapienti ac Deo, æquale ducito peccatum.

Non dominatur mala affectio in mente Fidelis.

Tunc te putato fidelem, cum passionibus animæ carueris.

Vivere quidem (*hic forte negandi particula inferenda*) est in nobis, recte autem vivere in nobis est.

Execrabile Tibi fit etiam juste aliquid punire.

Ede citra satietatem.

Ex carne nihil oritur bonum.

Solent homines abscindere aliqua membrorum suorum pro sanitate reliquorum, quanto id præstantius pro pudicitia fiet.

Quæcunque Deus possidet, hæc & sapiens.

Bonum in Carne non quæras.

Vestimentum esse putato animæ corpus tuum, mundum igitur id conserva.

De Deo etiam quæ vera sunt loqui periculum est, & non parvum.

De Deo nihil dicas nisi quod didiceris a Deo, vel ei qui non credit de Deo nihil loquaris.

Operari quidem Deo omnibus facile, dicere autem de Deo soli justo permittendum.

Venerem & ea quæ sub alvo sunt non continens, nec Fidelis. Homo incontinens polluit Deum.

Hunc

Hunc S. Palatii Magistrum non omnino spernendum esse judicavit Thomas Ittigius, Ecclesiæ Lipsi. Præful & S. Theol. Professor, Tractatu de Bibliothecis & Catenis Patrum p. 83 84. cujus Viri judicio multum alias tribuendum esse judico. Sic vero ait: Sunt istæ Brasichellensis censuræ non *penitus* aspernandæ, cum SUBINDE rectius de Scriptoribus Ecclesiasticis judicium ferat. Et p. 86. Sententias quas sub Sixti Pontif. R. & Martyris nomine Bigneus ediderat, Brasichellensis rectius Sixto Pythagoreo vindicat, cum ex Hieronymo, Augustino aliisque auctoribus constet, quod Rufinus mala fraude illum Philosophi gentilis librum Sixto Pontifici R. & Martyri supposuerit. Nos etsi non minus venerationis huic Magistro nostro atque Cyprianus olim Tertulliano deferamus, nihil tamen huic cultui obfuturum puto, si illum Hieronymi auctoritate compressum statuam: non enim ulli argumento nisi huic institit, cui Gelasius innitebatur. Nec uni homini licet omnia investigare. Quod si insigni Viro aut animus aut tempus adfuissent, ut quas sigillatim Brasichellensis cavendas sententias dixerat, examinaret, mox impotentiam Hieronymi, Rufini hac quidem in parte innocentiam, Sixti vero Pontificis doctrinam ab æqualium suorum doctrina prorsus non alienam deprehendisset; quum Clemens Alexandrinus totus in hoc Enchiridio expressus sit, quem perlegere & conferre quotus quisque sustinet? Neque vero reticendum est, Brasichellensem non omnem veritatem, quod Stridonensis fecerat, evertisse, siquidem sentiens, Philosophum gentilem talia scribere non posse, eo potius flexit, ut cavendas eo Annulo sententias contineri censuerit, tales nempe quæ Brasichellensis ætate vel juxta *ἐπιτόμην* aut per
nexum

Quam Censuram probare videtur Thomas Ittigius.

*Braschbel-
lensi multo
in Sixtum
vehementi-
or Baronius*

*cujus fervor
mitigatur*

nexum rationum pro hæresibus habebantur. Magistrum S. Palatii excepit *Cæsar Baronius* in Annalibus An. 410. §. 63. 64. primo errans dum Sententias Sixto I. Pontif. a Rufino adscriptas ait: deinde ad An. Christi CCCC X. vehementius multo, atque antehac fecerat, in Rufinum invehens execrabilem fraudem appellat qua Rufinus fuerat usus. *Adjecit execrabilem imposturam, dum Xysti s. Sixti Pythagorici commentarium a se translatum sub titulo Xysti Martyris, Ecclesiæ Romanæ Pontificis edidit.* Nos temere incensum Baronii animum mitigamus, & ab execratione paululum faceßere optamus, ideo quod nullam fraudem commiserit Rufinus, nisi quod sententias illas sub Xysti jam Pontificis nomine publicare voluit, deleto Philosophi Characterè, sub quo librum scripserat, quum Hieronymi fraus multo fuerit execrabilior, qui Xystum e Christianorum Catalogo expungit, & inter gentilissimos refert, & librum sententiis Christi & Apostolorum refertissimum, deque Baptismo suo, de Fide, constantia Martyrum testantem, projiciendum conculcandumque tradit. Dederim igitur fuisse Xystum dum librum scriberet, Philosophum, non ideo tamen a Stridonensi dissimulandum, eum EX PHILOSOPHO factum fuisse Christianum, Pontificem, & Martyrem. Quod quum fecerit Hieronymus, viderit Baronius, in quem execratio sit prolapsura. Idem Cæsar quum videret Pseudo-Gelasium cum Xysto mitius egisse, librumque ab Hæreticis suppositum credidisse, censet Gelasium ideo in hanc opinionem deductum, quod Rufinus transferendo librum multa ex Scripturis inseruerit, ut liber faciem non Autoris profani, sed Christiani præ se ferret.

Id vero *Cæsar* debebat certis documentis ostendere,

re,

re, *Sixtinis* sententiis inditas fuisse a *Rufino*, quas ipse-
 met *Sixtus* non composuerit. Enim vero nos ostendi-
 mus, vivente *Origene*, integro ante *Hieronymum* seculo,
 sententias illas ita ut postea lectas esse, quum, quæ *Ori-
 genes Comment. in Mattheum & Libris contra Celsum*
 exinde depromsit, Græce suis inveniantur locis. 2).
 Ne *Hieronymus* quidem id unquam *Rufino* objecit, non
 temperaturus sibi, si vel quidpiam olfecisset; neque id
 facit, dum ex eo aliquas sententias citat. 3) Sententiæ,
 quas *Pelagius* sistit ut potentissimas, ab *Hieronymo* ac-
 cusatæ non sunt, quasi illis a *Rufino* aliquid additum
 foret; unde omnino falsum, quod a *Rufino* fuerint
 adulteratæ. 4) Exemplaria Græca, quibus *S. Maximus*
 & *Damasceus* usi sunt, conveniunt cum Latinis, ex
 quo sequitur, quod Interpretatio *Rufini* sit omnino ger-
 mana, aut utriusque Linguae exemplaria adulterio *Rufi-
 ni* subjici oportuerit: quod quum sit impossibile, iisdem
 tum per orbem diffusis, fuit exinde, quod *Cæsaris* con-
 jectura non sit dictatoria, neque in fraudem *Xysti* su-
 scienda. 4) Ait *Cæsar*, Sententias *Sixti* a *Pelagio Au-
 gustino* oppositas, ab *Hipponensi* inflecti debuisse, ut
 rectum sensum obtinerent; ad quæ dico, *Cæsarem* in-
 eptire. Sententiæ enim, suæ libertati relictæ, satis erant
 bonæ, neque flexionis in bonum sensum *Augustinianæ*
 indigebant. At quum illis *Pelagius* ad elevandam grati-
 am abuteretur, ob dictionis brevitatem, *Augustinus* id
 tantum fecit, ut Sententias ex *Xysti* mente proba inter-
 pretaretur, quum ille universa de Gratia cogitata brevi
 dicto includere non potuisset.

Hunc *Cæsarem* suum sequitur universus eorum exerci-
 tus, qui *Romanam Ecclesiam* agnoscunt. *Jo. Ant. Possevinus*
 in Apparatu, qui *Hieronymum, Augustinum, Hilarium* ex-

N

scri-

Baronium
omnes fere
R. Ecclesia
Scriptores
sequuntur.

scribit; *Labbeus*, qui eosdem exscribit; *Bellarminus*, qui eosdem exscribit; *Anton. Godellus* H. E. Sec. II. L. II. VII. p. 4II. innumerique alii.

*Quos inter
Card. Henr.
Norisus*

Ceterum magno dolori nobis cedit, quod hisce inferere cogamur Illustrem inque omni doctrinæ genere excellentem *Henricum Norisium Cardinalem*, virum, modo voluisset, facile perspecturum, quis qualisve Sixtus fuerit. Is dum Historiam Pelagianam condit, ac Rufinum Hæreseos Pelagianæ Principem constituit, non poterat non simul Xystum proturbare, inque eandem cum Rufino perniciem trahere, hac unica causa in id inductus, quod Amicus Xysto & Interpres Rufinus extitisset. Quum autem alias dictorum suorum rationes validas ponderosasque promat, hoc solo invalidus, nulloque armatus documento incedit. Potest vero aliqua ratione nobis solatio esse, quod ait *Augustinum* e Sententiis per Pelagium citatis *ægre se expedivisse*, eaque propter in Retractionibus hunc Librum Ethnico auctori adjudicasse. In eo enim Vir integerrimus fallit, aut ex placendi studio majoribus assentit. Profecto non necesse erat Hipponensi, ut se ægre expediret e Sententiis Sixti, quum, si illas modo a perversa Interpretatione Pelagii expedias, Augustino haud quaquam obsint, sed potius profint, nec minus doctrinæ probitatem teneant, ac Scripturæ S. oracula, quæ inter ignobilia Hæreticorum commenta collocata, si inde eruantur, pristinam suam dignitatem habent. Alterum, quod *Augustinus* Ethnico tandem auctori Sententias adjudicavit, id non omnino verum, ea enim tantummodo dicit, quæ legerat, nempe apud Hieronymum: non quod ipsemet de Sixto ita censuerit. Ex quo patet Hipponensem vix cautius de Sixto loqui potuisse. Vid. *Noris Hist. Pelag. L. I. v. II. Editione ad Patavinam expressa, pag. II.*

De

De Adriano Bailleto non tantopere miror, qui in *& Adrianus*
vita Sixti II. ad VI. Augusti allata, Hieronymum, Gela- *Bailletus in*
fium, Brasichellensem aliosque Præceptores habens, ean- *Vitis San-*
dem cum ipsis tibiam inflavit; præ ceteris Tillemonti- *etorum*
um secutus existimat, Sixto Philosophi Nomen datum
esse per Rufinum, qui attributo ipsi hoc Enchiridio,
orbem in hunc errorem induxerit. Sed reputare debe-
bat Vir laboriosus magis quam Criticus, Philosophi
cognomentum Sixto Pontifici diu ante Rufinum indi-
tum fuisse, idque omnium Catalogorum etiam vetu-
stissimorum consensu, quorum ille Fidem aut probet,
aut omnia, quæ de reliquis Pontificibus illic habentur,
pro nugis figmentisque habeat. Porro dum ait Senten-
tias Sixtinas Philosopho quidem gentili decus parare
posse, non Pontifici aut Christiano, quum nulla in iis-
dem Christi, Prophetarum aut Apostolorum memoria;
illud quidem Bailleto stuporem, legendique socordiam
aut servitatem ingenii detexit, discutiendam, si Sixti
Sententias, cum Salomonis, sanctorumque Vatum &
Apostolorum, ac coævorum denique comparare, ver-
baque Servatorem sistentia, remotis præjudiciorum
squamis, intueri maluisset.

Inter reliquos mihi jucundum sit *Eliam Dupinium & Elias Du-*
nominasse, qui dicturus, quod nemo ante ipsum dixe- *pinus,*
rat, more reliquorum sine sensu, sine iudicio antiquos
Sixti mastiges sequens, tandem ait, hoc Enchiridion
esse texturam, e Sententiis Philosophicis confectam,
profecto maxime utilem, sed parum Christianam. Ec-
quis non amplexetur hoc iudicium, quod ille capite
cogitabundo, brachioque suffulto, ut in Fronte Bibl.
exhibetur, tandem invenit? *Sixtus* habet Sententias
Vere utiles, sed parum Christianas. Possitne aliquid ef-

se vere utile animo, quod non Christianum? Quæso sapiant aliquando Boni Viri, nec excæcatos ambitione Duces sectando, judiciis ineptissimis orbi illudant (*).

*Richardus
Simonius
melius judi-
cat.*

Inter omnes Pontificios *Richardus Simon*, Oratorii Presbyter, Germanum de S. Hieronymo judicium tulisse videtur, quod licet per omnes appareat Libros, potissimum tamen Libro III. Crit. Vet. Test. Cap. IX. quo loco comparationem inter Origenem & Hieronymum instituit, atque ipsum in Interpretatione Scripturæ omnibus Patribus præfert, ideo, quod orientalium Linguarum maxime fuerit gnarus: attamen juxta errores illius observat, quos vel studio vel oblitus sui commiserit, ex partium studio mox laudans alios, mox vituperans. vid. l. c. p. 395. *Simonium* rectius adhuc expresserunt *Theologi Batavi* in *Judicio de Critica Richardi*, ubi plenis velis in *Stridonensem* inveci sunt, obliti quodammodo τῶν κατορθωμάτων, quibus maxime etiam vitia contegenda sunt. Et his Theologorum judiciis *Joannes Barberyacus*, Juris & Historiæ *Lausonii* ad *Lacem Lemannum* Professor, Præfatione ad Interpretationem Gallicam *Pufendorffii* fortiter institit, quem tamen paulo post *Remigius Cellierius* Sodalitæ *Benedictinus* in *Apologia Doctrinæ Moralis a Patribus traditæ* invasit, quasque minus sobrie de tanto viro locutus esset, castigare voluit. Verum id ipsum vanissimo conatu præstitit, quum plus Hieronymi erroribus concesserit, quam ab ipso *Barberyaco* factum erat (**). Ait enim
ipsum

(*) V. & Tom. II. *Rich. Simon. Critices*, ubi inferitur de *Bolleville* Judicium de Dupinio p. 31. cui oppositam plane sententiam tulit *Fr. Hon. a S. Maria* *Refl. Crit.* p. 49.

(**) *Ceilier Apologie de la Morale des Peres de l'Eglise* p. 410.

ipsum natura fuisse impetuosum, e Lectione profanorum auctorum mordacem, multis inutilibus abundantem, sui ipsius damnatorem, nugis quisquiliisque plenum. Dum vero ejusdem Stridonensis verba vindicare studet, fraudesque in disputando adhibitas tueri cupit, nihil omnino agit, quominus constet ineptum malagma a se adhibitum esse.

Inter eos, qui veritatem Historiæ dogmatumque *Inter nostros e purioribus fontibus haurire præoptarunt, pauci aut rara de Sixto omnino nulli sunt, qui de Sixto aliquid præterquam id, quod Majores, censuere. Illi qui Historiam Ecclesiasticam in Centurias coëgere, una cum Principe suo Mathia Flacio opusculum Sixti nondum habuisse videntur: unde neque in vastis istis voluminibus, neque in Catalogo Testium Veritatis, quo de Pontificibus Romanis figillatim agitur, quicquam de eo legas. Nescio quæ Viros illos opinio ceperit, quando alicubi statuunt, nihil a vetustis illis Pontificibus boni scriptum esse, illudque non sine Numinis providentia factum, quæ providerit, ne successores illorum inde insultandi aliis aut imperitandi occasionem fumerent. Quid dicturi essent? si re-*

N 3

ge-

p. 410. 411. *La douleur, qu'il avoit de voir attaquer la doctrine de l'Eglise le transportait comme hors de lui meme D'ailleurs son naturel vif & impetueux & la Lecture des auteurs prophanes les plus mordants, dont il avoit pris le style le laissoient a peine les maitre des expressions dont il se sert contre les adversaires. Iterum: On doit avoir plus d'indulgence pour se docteur à l'egard de plusieurs inutilites auxquelles il est quelquefois laisser aller dans ces ecrits. Il s'est condamné luimeme sur ce point, & il à avoué que si l'eut eu le loisir de relire ces ouvrages, il en auroit retranché toutes cettes bagatelles. Et rursus: S. Ieroime ne pretendoit pas fair beaucoup valoir ces raisons,*

geratur, potuisse id ipsum a Providentia divina ad convictionem successorum dirigi, si boni quippiam ab iisdem scriberetur. Eccur vero eadem providentia permittit? ut S. Clemens pariter nonnullique successorum aliquid boni scripserint, quod a Leone M. S. Gregorio & aliis nonnullis factum, quorum scripta in divina Societatis commodum redundasse, non nisi invidus negaverit.

Horum silentium imitati sunt alii, cumque de Epistolis Sixti aliorumque Decretalibus judicium ferendum esset, una ferali sententia omnia projecerunt, immemores oraculi non contemnendi: Ne quid nimis. Itaque dixisse sufficiat inter illos vix unum nobis obtigisse, de quo colligi queat, opusculum istud Sixti, animo illius ponderandi lectum esse. Id quod non ex fastidio aut diligentiae defectu factum existimo, sed quod intra Bibliothecas Patrum tantummodo delitesceret, reliquis editionibus adeo raris, ut & *DUPINIUS* se ignorare fateatur, an seorsim illæ Sententiæ editæ fuerint, quod tamen ex Catalogis Tellerianis & Oxoniensibus disci potuisset. *Conradus Dannhauerus* Vir magno judicio vel adversantium judicio præditus, Sixtum Xystastrum nominando, etsi ad Epistolas respexisse credendus sit, hoc ipso tamen satis declarat, se omnia illius pro larvis & umbris habere. *Olearius* in Abaco summopere brevis, id solum agere voluisse videtur, ne Xysti nomen ignoraretur. Poterat *Gerhardus Theologus* maximus, idemque Historiæ Ecclesiasticæ peritissimus, veram sententiam ferre, si voluisset, neque major illi imposita sarcina, a minoribus illum avocasset. Quid *Osiander* dicturus fuerit, etiamsi has Gnomas vidisset, inde colligo, quum de Epistolis decretalibus a Naclero citatis dicit: *Horum*
ego

Quod ex raritate Libelli factum.

ego nihil verum esse credo; eo enim tempore Episcopi Romani inter tam feras persecutiones magis necessaria tractabant.

Quæso! quid magis necessarium quam Ecclesiam Scriptura S. quodammodo spoliata, oraculis piis vel aliqua saltem ratione consolari? quid magis necessarium, quam ad custodiam fidei, quam ad vitæ cum doctrina convenientiam, quam ad constantiam inter insultus cædesque servandam cohortari? Anne vero id ipsum Cyprianus necessarium putavit? de quo equidem idem ille Hieronymus asserit, quod Interpretationi Scripturæ se propter Persecutiones impendere non potuerit, attamen se dedisse cohortationi & inflammationi & corroborationi Fidelium.

De Thoma Ittigio jam tum nobis dictum est, e cuius tamen Judicio, quod de Brasichellensi tulit, non satis liquet, ipsum Censuram Hieronymi data opera examinasse: quod si facere, aut Pseudo-Gelasium inspicere voluisset, illico quidem censuræ iniquitatem, debilitatemque deprehendisset, aut integram saltem redintegrandi iudicii libertatem reliquisset.

Inter illos, qui *Reformatorum* nomen præ se ferunt, *Nec inter paucissimi sunt.* qui de Sixto aliquid dixerunt, quorum *Reformatos tamen iudicium aliunde cognosci potest.* Ioannes JUEL- *multi sunt,* LUS Episcopus Sarisberiensis in Apologia Ecclesiæ *qui de eo* Anglicanæ adeo excellenter scripta, ut omnes doctrinæ ingenique opes in se contineat, *judicarunt.* *Rufinum* & sub hoc nomine Sixtum quodammodo *Hæreticum* appellavit Apol. Cap. 22. p. 516. Cui quum Hardingus responderet id novo more fieri; regeffit IUELLUS, non novo id more, sed exemplo Hieronymi, qui Responsione ad *Investivam* Rufini ipsum *Hæreticum* dixisset. Ad quæ
nos

nos observamus, Hieronymi dictaturam hic parum valere, atque e Consequenti tantum derivatam. Sic enim ait: *Dum mihi inconstantiae crimen impingit se hæreticum probat. Si me, qui Religioni Catholicae adhæret, Inconstantem vocat, se hæreticum probat.* Neque alterum Hieronymi argumentum pro Hæresi Rufiniana valet, *qui Hæreticum non satis cavet, est Hæreticus.* Huic enim si standum foret, Hieronymus ipse Origenem etiam post oppugnationem non satis cavens, hæreseos crimine notandus esset. Verum agnoscimus JUELLUM non sine aliquo aliorum suffragio id dixisse, quippe qui *Vincentii Bellovacensis & Erasmi Roterodami creberrimis suffragiis utatur, quos decretorios Judices in causa Rufiniana non agnoscimus, quum ii etiam, qui graviter ipsum alias pressere, ultimum tamen illud & innocentiam ejus plane suffocaturum pondus non injecerint.* Norisius ipsum ad saniolem mentem rediisse, libellumque Orthodoxiæ exhibuisse scribit, quem *Garnerius* Notis ad *Marium Mercatorem* Rufino cuidam Juniori adscribit. Benigniolem se ipsi præbuit *Hyacinthus Amatus de Graveson* Hist. Eccl. T. 2. p. 141. publice professus, se illum pro Hæretico habere non posse, etsi causas patrocinii hujus non admodum validas proferat: *Utut sit, inquit, non audeo dicam Hæreseos scribere Rufino, cui, ut nemo diffiteri potest, multum debet Ecclesia Latina, quod præcipuorum autorum Græcorum notitiam præsertim Historiæ Ecclesiasticæ illi gratificatus sit.* Quæ ratio minus proba, cumque Ecclesiæ Latinæ dedecore conjuncta, quæ si Linguam Græcam, quod facillimum, discere maluisset, non ea necessitate laborasset, ut Græca monumenta ab eo hauriret, cujus fides aliqua ratione periclitari cœperat. Nempe ex his interpretationibus factum, ut & Græ-

Græca sæpe numero perirent, quod in Sixtinis Sententiis factum, & posterius contaminatis versionibus uterentur.

Quum autem ex isto *Juelli* de Rufino iudicio queat colligi, quid de Sixto sensurus fuerat, iam alios videamus. *Guilelmus Whitakerus*, vir communi suffragio insignis, suisque adversus Romanos concertationibus excellens, sat habuit, ejus meminisse. Ad quem, dum *Edmundus Campianus*, vir animo styloque ferox, in *Rationibus ad Academicos Oxonienses* dixisset: Noster est Sixtus, noster est Laurentius T. I. Op. Withak. p. 45. *Withakerus* respondit: Si vester, quod ipsi cœnam apparanti VII. Diaconi adstiterunt. Si hoc argumentum valet, quin sit vester non pugnabo, sed in hoc nihil video, quominus noster esse possit. Apertius de eo mentem aperuit *Gerhardus Johannes Vossius*, qui Styli sui temperamento, vel hostium quoque sibi animos conciliavit: Is in *Historia Pelagiana* L. I. c. XXXI. quum de *Xysto III. Pontifice R.* dixisset, *Librum de Divitiis* eidem subjectum esse, addit ipsi contigisse, quod *Xysto*, sive *Sixto II.* Nam similiter *Xysti Pythagorei Commentarios a se versos sub Xysti Martyris nomine* edidit *Rufinus*, quam fraudem quidem primitus non adverterat *Augustinus*, *Pelagio* ex eo quædam pro sua sententia citante. Multum sudavit sanctus *Antistes*, ut commodam illis sententiam affingeret, ne damnare, aut subterfugere *Romani Episcopi* auctoritatem videretur. Paulo post de his Sententiis ita judicat: Sententiæ istæ non tam eopse modo a *Xysto Philosofo* scriptæ, quam ab alio ex *Xysti opere* exscriptæ nobis videntur. Mirum vero, quod non a *Gentilibus*, sed *Hæreticis* scriptas *Gelasius* dicit. Hæc *Vossius*, in cujus iudicio isthæc mihi observanda sunt: 1) quod tanquam rem

Juelli & Whitakeri mens vix penetrari potest.

○

con-

Vossius non
ex consuetudine
diligentia
egit.

confectam censeat Xysto III. Librum de Divitiis suppositum esse, quum tamen argumentum, quo SALVATOR SOLANIUS usus est, sit admodum debile, & ab Origene refutatum, qui, cum suo tempore esset aliqua a persecutionum procellis tranquillitas, pari ratione scripsit: PAX UBIQUE DIFFUSA. 2) Parum æquus Rufino existit, qui tamen in dedicatione Enchiridii provocat ad ipsius Orbis Romani Græcique consensum, dicitque de Sixto ita creditum fuisse 3) Ipsius Augustini famam lædit dicendo, ipsum multum defudasse, ut Sixti sententias in commodiorem sensum traheret, quod omnino falsum. Afferebat enim Augustinus id, quod ex Sixto afferebatur, ab omnibus Christianis tanquam notum sibi dogma suscipi, sed non sine gratiæ auxilio, de quo Sixtus propter Sententiæ brevitatem dicere non poterat, licet de Gratia in aliis satis sese explicasset. 4) Absque ratione censet, ea quæ Rufinus interpretatus est, e Xysti Philosophi cujusdam Opere excerpta esse; huic enim suspicioni repugnat Origenis de illo libro testimonium, tum consensus Codicum, quibus Hieronymus, Pelagius, Rufinus aliique usi sunt: tum & silentium Hieronymi ea de re, qui quum id mone- ret, librum a Rufino contra Auctoris institutum divi- sum esse, illud profecto simul moniturus erat, si quicquam sibi de ista defloratione constitisset. 5) Frustra miratur, quod Gelasius sententias magis ab Hæretico quam Gentili scriptas censuerit: potuisset enim illam admirationem cohibere, si ipsas sententias, aut saltem ea lege, qua Gelasius legere maluisset; tum enim facili negotio, tanquam Gelasio multo oculatior, perspecturus erat, illarum auctorem ne quidem hæreticum, atque adeo tanto minus Gentilem extitisse, quemadmodum
illud

illud hodie aliqui, a partium studio alieni satis agnoscunt.

Addam Vossio Samuelem Basnagium in Annalibus *Nec Basnagius melior.* Ecclesiastico Politicis ad A. C. CCLVIII. suam de his sententiis censuram ferentem. Is ne plane ἀσύμβολος abiret, sententiam CXX quæ in Editione Rhenana est CXXX Christianum non sonare ait:

Non petas a Deo id, quod cum habueris, non perpetuo obtinebis.

Non igitur, ait, aut Pax animi aut tranquillitas Ecclesiæ aut corporis sanitas esset precibus impetranda. Ad Sententiam CXXV. quæ in Rhenana est CXXXV.

Quicquid non convenit ad beatitudinem Dei, non conveniat Homini.

a fide abhorre dicit. Hac enim ratione Resurrectionem non esse expetendam, quippe quæ non conveniat Beatitudini Dei. Neque satis piam putat Sent. CLXXXIV. quæ in Rhenana est CXCVIII.

Derogare Viro sapienti & Deo, æquale ducito Peccatum.

Nos in Observationibus nostris, quam parum causæ fuerit Basnagio his insultandi sententiis, tanquam cum Servatoris Apostolorumque doctrina facile conciliandis, satis ex spe nostra ostendimus. Ceterum, quum ut reliqui ad Augustinum retractantem provocet, quid aliud egit? nisi ut se præconceptis opinionibus abreptum fateatur.

Sic omnia ad unius Hieronymi auctoritatem abeunt, *Omnes ad quam aliqui sero equidem, attamen minus validam Hieronymi agnoverunt.* Ex his duos tantum memorabo, sed magnum pondus nostræ defensionis addituros *P. nempe Dabierunt præ-* *nielem Huëtium, qui Origenianorum L. II. C. IV. Sect. I. ter Huëtium.* *quis*

quis qualisve Hieronymus fuerit præsertim in Concer-
tationibus, accurato penicillo descripsit. Quem secutus
Ioannes Clericus Questionum Hieronymianarum VIII. ubi
unam veluti Texturam ex suis atque Huëtii verbis fa-
ciens, Stridonensem ut Ambidextrum sistit, tantopere
suis viribus confidentem, ut quos vellet, & quando-
cunque vellet, mox cælo infereret, mox in imas Orci
latebras deturbaret. Quibus ex antiquioribus *Joannem
Calvinum* suffragatorem damus, qui ad I. Cor. VII. Ver-
sum I. ita de eodem Hieronymo censet, *in signibus pollui-
isse Virtutibus, sed & in signibus laborasse vitiis, unde
factum, ut in disputando magna intemperie abreptus, non
semper, quod verum erat, respexerit.* Ac nos quidem idem
illud, sed eo tantum fine, approbamus, ut repetatur
de Sixto ejusque Gnomis judicium, hocque conceda-
tur Philosopho Christiano, Pontificique, ut cum suæ
ætatis Scriptoribus compositus, parique sentiendi li-
bertati relictus, quam coævi habebant, non novis Hie-
ronymi & Pseudo-Gelasii aut Brasichellensis aut Scho-
lasticorum legibus judicetur.

*Ceterum
Sixtus hoc
libro sibi
gradum ad
Presbyteri-
um struxit.*

Ista quum Sententiarum Defensionem ipsiusque Six-
ti suffectura videantur, nobis tamen sit integrum ea ad-
dere, quæ ad reliquam illius vitam spectant, ubi opera
dabitur, ut vera a dubiis secreta paucis proferantur. Ita
igitur putamus, hoc Libro Sententiarum scripto, ma-
gnoque Legentium favore excepto, Sixto altius ascen-
dendi copiam factam esse, idque Romæ, quo relictis
Athenis venerat. Ea nempe tempestate unicuique genti
in Presbyterio Romano locus, ad summos etiam hono-
res patebat. Qui tamen aditus, posteris seculis quodam-
modo obstructus videtur, raro emergentibus, nisi quos
Itala tellus tanquam suo jure Porphyrogenetos aluisset.

Pro-

Prostant certe Exempla Philosophorum, Jureconsultorum & Medicorum, qui ad gubernacula Ecclesiæ promoti sunt, sublato gentis ac patriæ discrimine, modo inter eorum virtutes, eorumque ad quos accedebant, consensus esset. Quo vero anno in Presbyterium Romanum receptus fuerit, certo assequi non potuimus. Hispani tradunt Sixtum, dum Presbyter esset Pontificis R. jussu A. C. CCXLVI ad Toletanos Concilii celebrandi causa cessisse, atque id e *Chronico Flavii Dextri per Bivarium* illustrato probare gestiunt, quod tamen diu omnem fidem auctoritatemque perdidit, ut nihil Salazarium juvet, errores Dextri in prelo commissos correxisse. Illustrissimus Cardinalis *Josephus Saencius Aguirranus*, qui summo studio Concilia Patriæ conquistavit, & IV. Voluminibus Romæ A. C. MDCXCIII. edidit, quique omnes Patriæ Bibliothecas excussit, nihilque impervium habuit, Concilium hoc anno celebratum reperire non potuit. Unde id ipsum inter infelices fabulososque Vortices *Hieronimi Romani Higuerae* retrudendum erit, de quo vehementer omnes eruditi conquesti sunt, vid. *Aguirra* Tom. II. ubi de conciliis præter Illiberitanum in Hispania habitis egit pag. 52. & 53.

Attamen ne quid veritati eripiamus, fatendum erit, *Queritur an aliquam Sixti ad Hispanos peregrinationem aliis quoque Presbyter in Iberiæ Scriptoribus memorari, quos inter Vincentius Hispaniam Ferrerius Sanctorum Concilio posthac insertus, Sermo- iverit?* ne de S. Laurentio, iter illud Sixtinum retulit; quo tamen loco videndum, num Sanctitas ab omni errore historico immunis censi queat. Sed præter hunc *L. Marineus Siculus* de Rebus Hisp. L.V. & *Petrus Rossetus* Poëta Gallus, Seculo XVII. inchoato vivens, in *Laurentiade* ita S. Laurentium loquentem sistit:

Terra mihi primos Hispania præbuit ortus,
 Sacrorum Antistes fidei dum fœdera nostræ
 Ultima in Hisperia SIXTUS clamore referret.

Nos in medio relinquimus, si quid tamen veritatis ista haberent; deberet illud iter Sixti factum esse inter A. C. CCXXXVI, & CC L. ab eo enim *Fabianus* sedit. Et credibile est Sixtum Græcum diu Romæ versatum, antequam ad Pontificatum assumeretur; quis enim putet Ecclesiæ Romanæ Presbyteros, qui tum quoque ab universo orbe in rebus dubiis consulebantur, in hominem peregrinum ac vix sibi notum consensuros fuisse, nisi diuturnum probitatis suæ documentum dedisset. *Petrus Coustant* in Epistolis Pontificiis A. MDCC XXI. editis nihil reperit, ex quo aliquid ab eo in Hispania actum esse cognosci queat, licet memoret, quæ in causa PRIVATI a *Fabiano* Pontif. per literas gesta fuerint. Hoc autem Pontifice A. C. CCL. defuncto, sedeque ob interdictum Decii usque ad Annum CCLI vacante, S. CORNELIUS successit, qui tamen mox eodem anno XIV. Septembris glorioso Martyrio vitam finiit, quum Pontificatus Novatianis molitionibus agitaretur. Cui quum *Lucius* A. C. CC LIII. atque huic *Stephanus* successisset, sub eo difficilis illa de rebaptizandis Hæreticis litigatio inter Ecclesiam Africanam & Romanam nata, illa quidem iteratum baptismum urgente, hac vero solam reconciliationem, quæ manuum impositione constabat, defendente. Non possumus certo affirmare, quæ fuerit Sixti hac de re Sententia, quamvis verosimile sit, cum *Stephano* sensisse, neque tamen turbis inde, natis se immiscuisse, quod ex Pontii judicio constat, referentis, *Cyprianum* de *Stephano* P. R. semper tanquam impetuoso superbo, imperito, improvido conquestum, *Sixtum* vero

*Quid egerit
 in negotio de
 rebaptizandis
 Hæreticis.*

Sa-

Sacerdotis Pacifici titulo cohonestasse. Accessit ad Pontificatum A. C. CCLVII. Mense Augusto Valeriani IV. & Gallieni III. CSS. usque ad Tusci & Bassi §. 5. VI. Aug. A. CCLVIII. Vigebat, eo Pontificatum ineunte adhuc de baptizandis Hæreticis controversia, cui cum opinioni Afrorum & magna pars Orientalium faveret, atque Sixtus a Dionysio Alexandrino cauto Præsule de gravitate negotii edoceret, quemadmodum fragmenta Eusebiana H. E. L. VII. ostendunt, colligi potest animum Sixti ad concordiam cum Afris ineundam proclivem fuisse, licet responsa illius ad Dionysium Alexand. non extent.

Eodem sedente, Sabelliana Hæresis apud Ptolemaidem Pentapoleos orta est, cui quum Dionysius Alexandrinus admodum vicinus esset, Orthodoxique pariter ac Sabelliani literas ad eundem dedissent; Ille quidem veritatis promachum se exhibuit, epistolasque Didascalicas illuc misit, simul tamen Sixto ob communionis vinculum easdem exhibuit. Non fallar, si dixerim insignem amicitiam ambos intercessisse, quam Dionysius omni artificio ac veluti quadam submissione magis accendit, dum Sixtum pro Magistro habet, decernendique potestatem committit, sibi que magnæ fiducia futurum pollicetur, si responsum accepisset καὶ γὰρ ὄντως, Ἀδελφὲ, συμβεβλήης σε δέομαι, καὶ γνώμην αὐτῶ παραίτησθαι, τοιαύτη τινός μοι προσελθόντος πράγματος δεδιώς, μὴ ἄρα σφάλλωμαι. Vere, inquit, Frater, consilio opus habeo & sententiam tuam expeto, ne forte halluciner super negotio, quod mihi tale accidit. Euf. L. VII. c. 9.

PALATIUS, alii que nonnulli, Angelicos, Apostolicos, aliosque ab eo convictos referunt, quod, si e sententiis nonnullis colligant, non refragabor, quum
una-

Quid in causa Sabelliana.

*An librum
de Divitiis
scripserit?*

*Rationes
Vossiana id
negantes
non satis
valide.*

unaquæque Veritas Mendacio vel Falso sibi contrario opponi queat: attamen si monumentis Historiæ Ecclesiasticæ superstitionibus innitaris, vix quicquam ea de re deprehendes. Id silentio præterire non licet, fuisse, qui eidem Martyri nostro opus illud adversus divitias tribuerent, quod Xysto III. alias dari solet. SALVATOR SOLANIUS, qui primus illud e membranis edidit, atque doctissimo Cardinali SIRLETO inscripsit, in membranis Sixti nomen reperit, judicavitque illud ad Sixtum I. referri non posse. De Sixto autem II. ideo dubitat, quod in Textu fiat mentio pacis & tranquillitatis Christianis indultæ, dum Imperatorum & Regum, qui sese Christianis sacris jam tum applicaverint.

Nos equidem ea prurigo non vexat, ut, quod nemo alius dixit, asseramus, nec tamen inutilem aut vanum laborem suscipi arbitramur, si obscura detegantur. Quare quum VOSSIVS illam *Salvatoris Solanii* opinionem fuerit amplexus, meam oppono, asseroque hoc *Solanii* iudicium non omnino esse validum, ut Sixto II. istud opusculum eripiatur. Etenim quum ille jam in Clero Romano versaretur sub Fabiano Pontifice, Ecclesia aliquando sua Halcyonia habuit, de quibus Christiani tanquam de longa pace exultabant. Origenes contra Celsum L. III. p. 120. Edit. Spenc. dicentem, quod Christiani ex metu persecutionum inter se contineantur: τὸ ἔξωθεν δέος τὸ σύνθημα ὑμῶν διακρατεῖ: ita respondet: Metum illum jam longo tempore cessasse πεπᾶνθαι χρόνῳ πλείονι; monuitque adeo, dum ea scriberet, se profunda pace usum esse. Quin imo certum est, ante Constantinum M. Christianos aliquoties ea quiete gavisos, & Principum quoque accessu locupletatos

tatos

tatos esse. Id enim de Philippis magna veritatis specie affirmatur, rationibus autem parum firmis a Pagio A.C. CCXLVII. negatur. Ait ille se permotum esse ad Philippum hac existimatione exuendum, quod Lactantius in Consecratione Operis sui ad Constantinum M. dicat, ipsum Romanorum Principum PRIMUM repudiatis erroribus Majestatem Dei singularis & veri & cognovisse & honorasse. Cui respondeo, Lactantium id fecisse, quod alii facere solent, qui, si qui posterorum Principum aliquid excellentius præstent, illis solis attribunt omne id, quod Antecessores fecerunt, cujus rei exemplum nos in fronte hujus Scripturæ exhibuimus.

Nec tamen prorsus mentitum putamus Lactantium, quum Constantino M. aliquid tribuit, quod Philippi ausi non erant. Id erat REPUDIATIO ERRORUM, quales publice vigeant: Philippi enim Imperatores veritatem equidem in animo suo receperant, non tamen eandem, ut in publico haberetur cultu, effecerant, quos ideo superavit Constantinus, omnem impendens operam, ut Sancta Religio Majestatis velut ornata insignibus procederet, & Superstitionem gentilem ex merito suo prosterneret & conculcaret. De reliquis testimoniis Pagianis non laboro, quum illud omnino certum sit inter Constantini M. antecessores non fuisse, qui tam excellenter, & tam diu, ac tanta, quanta is felicitate rem Christianam foverit.

Dum igitur illud pacificum, de quo dixi, intervallum *Ut Sixtus* esset, poterat Sixtus hoc de Divitiis opusculum *illud Opus-* componere, de quo nihilominus fateor, dictionem, ab ea *sculum scri-* quæ in Sententiis, videri diversam, ac profundius aliquid *bere non po-* spirare, & pugnacitatis aliquid in se continere. Cete- *tuerit.* rum, idem illud Sententiis arguteque dictis non caret, *quo-*

quorum nonnulla cum Gnomis a Rufino translatis conveniunt. Atque forte is ipse liber est, de quo S. Hieronymus ait, quod unum Syntagma a Rufino in duos Libros divisum sit. In Sententiis superstitibus non apparet, ubi divisio aut distinctio sit admittenda. Hac autem ratione posset admitti ista Stridonensis opinio, si dicas, Sixti opera uno antehac volumine comprehensa, ita a Rufino fuisse separata, ut solas sibi sententias interpretandas sumserit: ubi de altero tamen non constat, an ipse Sixtus ejus translationem fuerit molitus, quemadmodum S. Ireneus sui ipsius Interpretem egit: Nolim vero ista sic tueri, ut meliora ac certiora indicanti, me non proclivem ad obediendum sim exhibiturus.

De Epistolis
Aguirrae
Consilium
placet,

De Epistolis ipsi attributis non disquiram, id enim abunde jam ab aliis factum: & cur obtrudam hæredibus, quod ipsi jam pridem reliquerunt? Non tamen negligendum puto eruditissimum *Cardinalem Aguirranum*, qui Excursione IV. ad Sixti Epistolas Tom. I. Concil. p. 217. ita monuit: *Doctorum & eruditorum hominum est inter germana & adscititia discernere, non omnia & indiscriminatim abjicere aut vilipendere.* Ostendit autem gravissimus Præsul esse in his Epistolis nonnulla, quæ reapse apud Hispanos in causa Basilidis & Martialis acta sint, eaque propter eas non sine cunctatione abjiciendas, aut justas saltem extitisse causas eas confingendi. Illas pro germanis agnovit *Fr. Dominicus a S. Trinitate*, Tractatu de summo Pontifice apud *Rocabertum Bibl. Pontificie T. X. p. 317.* Ubi & nos fatemur verba ex Epistola Sixti citata:

In iisdem
exstant
quædam
Sententiæ.

Quos errare cognoveris, ad Catholicam Fidem & ad Unitatem recte credentium convertere studeas,
in sententiis a Rufino translatis contineri. Etiam si vero

ne

ne exinde quidem firmum satis præsidium Epistolis illis posse parari putem; attamen id mihi præstitum iri spero, ut, si Sententiæ Sixti aptæ fuerint ad contexendas Epistolas decretales, tantum iisdem juris concedatur, ut pro libro Ecclesiastico, contra licet nitente Hieronymo, habeantur. Ex iisdem Epistolis *Thomas Campegius* probare nititur, Sixtum sibi Jus Appellationum, Epistola ad Gratum, reservasse, *Libro de Romano Pontifice Cap. XVIII.* Verum etiamsi hæc Epistola Sixto auferatur, de illo tamen auctoritatis tuendæ studio dubitare non lim, quum hujus Ecclesiæ Præsules, etiam Persecutionibus agitati, imperare vellent, ac de umbra imminutæ potestatis ad sanguinem usque contenderent, adeo ut Episcopis, quibus cum hac Sede aliquod erat literarum commercium, semper in interpretatione, mutatione, deprecatione & emollitione verborum suorum versandum esset.

Præter Epistolas Sixtus apud Syros auctor habebatur *Liturgiæ, sive Anaphoræ*, quo utroque nomine preces illæ veniunt, quæ Sacerdote præeunte ac populo respondente in Sacrificio Missæ peraguntur. Ejus cum reliqui vitæ Scriptores obliti sint, *Joannes Bona R. Liturg. L. I. C. IX.* recordatus, exque eo *Tillemontius T. IV. Ed. Par. pag. 37.* Prodiit Syriace in *Missali Maronitarum A. C. MDXCIV.* Atque tandem *Eusebius Renaudotius T. II. Liturgiarum Orientalium pag. 134. & seqq.* Existimat ille hanc Anaphoram studiis Maronitarum sive Syrorum Orthodoxorum adscribendam esse, qui ut consensum cum Ecclesia Occidentis testarentur, sub Sixti tanquam gloriosi Martyris nomine id factitarint. Agnoscit tamen in vetustioribus Syrorum Codicibus eam non inveniri, unde & illustrationibus *Dionysii Barfa-*

Sicut & in Anaphora.

Barfalibeni careat, qui vetustiorum illustrationi operam suam impenderat: addit Maronitas apocryphis Sixti opusculis deceptos, huic Anaphoræ quædam ex iisdem fraudulenter inseruisse. Id quod ipsi libenter concedimus; quis enim credat Sixti tempore divam Virginem in Mysterii celebratione sequentibus verbis honoratam esse: *Esto Deus confortatio & adiutor eorum, qui confugiunt ad memoriam Matris Christi tui.* Et quomodo pro piis ubicunque Regibus orari potuit, qui nondum erant, nisi forte ad Regulos Edeffenos, quibus Religionis Christianæ professio tribuitur, respiciatur. Ceterum videtur, quasdam e Sententiis Sixtinis Anaphoræ insertas esse, quarum nonnullas ex Interpretatione Renaudotii Latinas afferemus, ut exinde constet, auctori illius Gnomas non incognitas fuisse. Ita nempe Servatorem Christum sub VERBI vocabulo sistit:

*Credimus, accedimus, obfirmamus Eucharistiam hanc,
Corpus VERBI DEI VIVI.*

Præterea quando de Perfectione verba facit, ita loquitur:

*Omnia quæ nos deteriores aut imperfectiores faciunt, in
ea commuta citius, quæ nos meliores & digniores
efficiant.*

Sic & Veritatis, cujus toties in Sententiis mentio, recordatus ait:

*O Domine in Veritate credimus, & credimus, sicut
credit in TE Ecclesia Sancta.*

*Reliqua il-
lius Gesta
non admo-
dum cogni-
ta.*

Quod ad reliqua in Pontificatu gesta pertinet, ea quidem latent, unde non putandum, externis ipsum incrementis magnopere invigilasse, splendoremque aut Majestatem, nisi quantum Scripto fieri poterat, Ecclesiæ adjecisse, in qua re posterum potissimum laborarunt. Hanc enim modestiam ipsi tribuit, qui artes illas Pontificum indagavit Gonzales Illescas, quod in Præfatione ad vitas Pon-

Pontificum professus est: fatetur autem in Vita Sixti, nihil majestati Ecclesiæ, ex acquisitione temporalium per istum Præsulem accessisse. * Tanto autem magis studuit, ut probis eandem sacerdotibus ornaret, quorum nonnullos & Martyrii comites habuit. Multo autem plura & excellentiora facturum erat, nisi Persecutio per Valerianum mota ipsum sustulisset. Ille edictum A. C. CC-LVII. mense Julio proposuit adversus Christianos, quo Presbyteri imprimis ad eadem poscebantur, teste Lactantio, Libro de Mortibus Persecutorum, addenteque multum ab eo justis sanguinis fuscum esse. Vid. & Dodwellus de Paucitate Mart. Dissert. XI. §. 590. 60.

Adferunt Scriptores rerum quasdam circumstantias, *Martyrii* postulatam nempe fuisse ab eo, ut Marti sacra faceret, sed *genus vero* recusante, confringenteque statuum: unde supplicium. *certum.* Hæc incerta; illud vero certius, quod ad certamen ductus S. Laurentium obviam habuerit, quem ejusdem palmæ cupidum, compotem voti fore prædixit, teste Ambrosio, qui Sanctum amborum Colloquium retulit. Ita vero tandem in Cœmeterium quoddam, Viæ Appiæ ductus, resecta cervice animam Deo reddidit, secus atque Prudentius cecinit, qui Crucis vocabulum arctius constringens, patibulo affixum perperam arbitratus est. Certam gladii mentionem facit S. Cyprianus Epistola LXXXII. cui tanquam antiquo probatoque Scriptori prorsus adstipulamur. Ejus memoria in Sacramentario S. Gregorii figillatim colitur, quod sæpe Martyribus

P 3

ante-

*) Ille scas prologo ad vitas Pontificum: *Los Pontifices Romanos no tuvieron fuerca ni autoridad para hazerse temere nel mundo.*

Et in vita Sixti: *Hallo Sixto la Iglesia Christiana no muy alterada en lo temporal.*

*Ejus honori
Ingilberga
nobile Mo-
nasterium
Placentiae
condit.*

*Quod Felix
Passeri sigil-
latim de-
scripsit.*

antefignanis contigit, ita ut sociorum non haberetur ratio. Post pacem Ecclesiae datam, nomen ejus universo propemodum orbi venerationi fuit, Italia, Hispania, Gallia ad cultum advolante, quem nec postrema Secula exuerunt. Tanta illius existimatio extitit apud Ingilbergam, Ludovici II. Imperatoris conjugem, ut splendidum sub ejus nomine Monasterium apud Placentinos moliretur, sacrosque Cineres Sixti illuc transferret, cujus Ereptionis Diploma *Joannes Maria Campus*, Historiae Ecclesiasticae Patriae Scriptor ad A. C. DCCCLII. exhibet. Apud eundem leguntur Tabulae in decus & incrementum hujus Monasterii conscriptae A. C. DCCC-LXXVII. T. I. p. 223. Credo Imperatricem beneficentiae a Sixto tantopere olim commendatae memorem, his ipsis Sententiis commotam ad summum liberalitatis genus processisse; quo ex illo Monasterio multorum inopum necessitati obviari posset. Id sane verba Testamenti innuunt: *In Annuali Domini mei volo, ut singulis annis CCC. pauperes pascant sufficienter. Similiter in meo Annuali faciant. Statuo etiam ut in Domini Coena XXIV. pauperes pascant & vestiant. XII. pro anima Senioris mei, & XII. pro mea. Et in Xenodochio sint XXIV. quotidie lecti ad usum pauperum praeparati, & in ipso recipiantur & recreentur cum ipse XXIV. quam alii advenae peregrini, in quantum Deus possibilitatem dederit, ut nobis proficiat ad gaudium sempiternum.* Hujus Monasterii ortum & incrementa, omnemque statum egregie descripsit *FELIX PASSERI* Monachus Casinensis, qui & ipse Vitam S. Placidi composuit, Libro de Situ & Laudibus S. Sixti Placentini. Ipsum vero Sixtum praeter complures alios *Franciscus Durantes* Poeta nobilis laudavit, Lingua Itala sed admodum dulci, cujus ut aliquem modo praegustum demus, Prologum nostrum ejusdem cantu finiemus.

Du-

DURANTES

CANZONE IN HONORE DELLA CHIESA DI S. SISTO IN PIACENZA.

S Acrata mole ove quel Saggio e Pio
Greco Pastor, che ruino di Marte
Gl' Idoli infami, hà sepultura e Tempio.
Qualhor in te come in remota parte
Traggomi humil' per mandar priegi a Dio,
E i misteri del Ciel fra me contempio.
Di tal mi colmo & empio
Santo desir chi bramo sol che l' alma
Sciolta da questa Salma
Al ciel donde parti spieghi il suo volo,
E di sì fiero duolo
Trafitto piango il mio gran fallo indegno,
Che Dio sol curo, & ho me stesso a sdegno.
Ne son questi archi tuoi ne questi fregi,
Ne l' auro o i marmi onde tanto ardi & splendi,
Che di sì puro zel m' empiono il cuore,
Tu ben con questi a mortal occhio rendi,
Et con mill altri tuoi lavori egressi,
Et d' artefice & d' arte alto stupore
Et mostra il tuo splendore,
Ch' altra essere non potea tua fondatrice
Ch' Augusta Imperatrice
Ma che da quel sia a lagrimar rapito
Sue colpe un cor contrito,
Certe non e ne d' esser puo che tale,
Non hà forza o virtu pompa mortale.

Omni-

Omitto reliqua quæ ad alios Martyres in eodem templo conditos pertinent, unicam adhuc cantus clausulam addo:

*Ma mentre l' altre tue doti, che mille,
 Et mille sono, e piu tempio honorato,
 Cerco à pien qui d' espor; veggio ch' io tento
 De l' Oeean, quando piu fremo d' irato.
 Numerar tutte l' onde & le faville
 Che mando ardendo il superbo Ilio a vento;
 Ne a la gran voglia i sento
 Gir dietro l' intelletto e gia lo stile
 Langue stanco & humile.
 Et pero qui termine impongo, & fine
 Al eccelse & divine
 Tue lodi; ma quel che la lingua hor tace
 In tuo honor dira un di carta loquace.
 Hor tu che di la suso
 Cortese udisti il mio divoto canto
 Sisto beato, in tanto
 Ch' io m' accingo à cantar d' esta tua mura
 Con via piu nobil cura,
 Prega il Signor che dardo non invie
 Di sua giusti ira in ver le colpe mie.*

Ex his enim Strophis cognosci poterit ab hoc Vate Sixtum pro Græco, Philosophoque habitum: templum excellens ab Ingilberga ipsi structum, & aliud nobilisque opus, vitam Sancti complexurum, mente quidem destinatum esse.

Jam

* * *

JAm vero tandem ipsas exhibeo Sententias Sixti juxta Exemplar Beati Rhenani recognitas, cumque Editione Parisina, Lugdunensi, Coloniensi, Galeana collatas, ac nostris observationibus illustratas, adhibitis certo consilio tantum Scriptoribus sacris Θεοπνεύστοις, atque Ecclesiasticis Synchronis, ut nempe tanto magis inde pateat, Philosophum Pontificem Martyremque nostrum, a gentilitate toto divisum cœlo fuisse, ideoque famæ integritati restituendum.

I.
FIDELIS HOMO ELECTUS HOMO EST.

Ex Philosophia Pythagorica demonstrari non potest, nobiliores inter eos πιστὸς & ἐκλεκτὸς dictos esse. V. Schaefferus, qui Libro erudito de Nat. & Constit. Philosophiæ Italicæ, varias Pythagoreorum Denominationes exhibuit Cap. XI. p. 97. Istæ appellationes sunt plane Christianæ, ipsisque Apostolis atque eorum successoribus quam maxime solennes. Qualis vero sit ille πιστὸς, quem Sixtus describit, id Clemens Alexandrinus ejus σύγχρονος fuisse ostendit Strom. II. Sect. 160. ita scribens: Πιστὸς δὲ ὁ ἀπαραβάτως τηρητικὸς τῶν ἐγχειριθέντων ἐγχειρίζοντα δὲ ἡμῖν οἱ περὶ Θεῶν λόγοι σὺν τῇ καταπράξει τῶν παραγγελμάτων. Videtur autem Sixtus hac Sententia uti voluisse adversus Valentinianos, statuentes Electos a natura tales esse, non per fidem illuc evehi Sect. 233. Edit. Potteri p. 645. Παρέλκεσι τοινῦν αἱ ἐντολαὶ αἴτε κατὰ τὴν παλαιὰν αἴτε κατὰ τὴν νέαν Διαθήκην, φύσει σωζομένε ὡς ὁ Οὐαλεντίνος βέλεται τινὸς, καὶ φύσει πιστὸς καὶ ἐκλεκτὸς ὄντος

Electus.

Q

όντος

όντος, ὡς Βασιλείδης νομίζει. Diogenis Laërtii Interpres Kühnius L. II. §. 130. monet, eos qui a communi vivendi ratione apud Græcos discesserint, Ἐκκλητῆς dictos esse non ἐκλεκτῆς. Minutius Felix in Octavio notat, Christianos meliores, appellatos a Gentilibus Electos esse, hocque nomine a spontaneis distinctos v. Ed. Heraldina. p. 14.

II.

ELECTUS HOMO, HOMO DEI EST.

Homo Dei. Locutio prorsus Sancta & Christiana, nunquam a Profanis Scriptoribus adhibita, etsi reperiantur Descriptiones nonnullæ excellentium Virorum, quæ idem valent. Nostra apud Paulum extat 1. Tim. VI. II. Σὺ δὲ ὦ ἄνθρωπε τῷ Θεῷ φεῦγε τὰυτα. Et 2. Tim. III. 17. Ad quæ verba Joannes Potterus, Episcopus Oxoniensis, ita commentatur, sibi videri Episcopum designatum esse in Notis Clementinis p. 597. *Utroque loco Episcopum, qui nimirum Deo jubente in his, quæ Dei sunt, populo præest, hominem Dei vocat. In Vet. enim Testamento Homines Dei aut Viri Dei appellantur, Prophetæ, velut Deo familiares. Clemens promiscue omnes Christianos hoc elogio decoravit, imprimis Martyres εἰ δὲ ὁ ἀναίρων ἄνθρωπον Θεῷ, εἰς Θεὸν ἀμαρτάνει, καὶ τῷ ἀποκτινύντος αὐτὸν ἔνοχος καθίσταται, ὁ ἑαυτὸν προσάγων τῷ δικαστηρίῳ* loc. cit. Solennis illa vere piorum descriptio, neque etiam Philoni incognita: qui Libro, quod deterius potiori insidiari soleat p. 184. Σοφὸς λέγεται μὲν Θεὸς τῷ ἀφρονος, πρὸς ἀλήθειαν δὲ ἐκ ἑσσι Θεὸς, ὡσπερ ἐδὲ τὸ ἀδόκιμόν ἐστι τετραδάραχμον· ἀλλ' ὅταν μὲν τῷ ὄντι παραβάλληται, ἄνθρωπος εὐρήσεται Θεῷ, ὅταν δὲ ἀφρων Θεὸς πρὸς φαντασίαν καὶ δόκησιν. *Sapiens quidem dicitur Deus insipientis, revera autem non est Deus, sicut nec adul-*
teri-

terinus Stater est Stater. Idem collatus cum eo, QUI VERE EST, HOMO DEI reperietur. Cum insipiente vero si conferatur, Deus imaginatione existimationeque videbitur. Nobilis sane descriptio HOMINIS DEI, quæque magistræ instar esse possit ad indicandum, quid sibi Sixtus, & æquales voluerint, quando excellentius paulo de dignitate humana locuti sunt. Aliquando Philosophi gentiles Pfitacos imitati, cum Doctoribus Christianis locuti sunt: quod & Antoninus Imperator fecit, dum ait: ἔση ἄνθρωπος ἄξιος τῷ γεννήσαντος κόσμον.

III.

HOMO DEI EST, QUI DEO DIGNUS EST.

In Textu Græco sine dubio ΑΞΙΟΘΕΟΣ extitit. Tiresias *Deo dignus.* fuerit, qui non creberrimum hujus dictionis usum apud antiquiores Ecclesiæ Patres legerit. S. IGNATIUS, aut profecto ille, cui Ignatiana adscribuntur in Epistola ad *Magnesios* Episcopum ἀξιόθεον, & in Epistola ad *Tralianos* ipsam Ecclesiam ἀξιόθεον in Inscriptione dicit. In Epistola ad *Smyrneses*: ἀσπάζομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον, καὶ θεοπρεπέστατον πρεσβυτέριον. In Epistola ad *Romanos* eandem Ecclesiam eodem Epitheto ornat, & initio Scripturæ ἐπευξάμην τῷ Θεῷ ἐπιτυχεῖν ἰδεῖν ὑμῶν τὰ ἀξιόθεα πρόσωπα. Non multum credo erraverit, qui horum verborum Emphasin ab iis expressam putet, qui se DEOCARIOS appellarunt. Hinc vero colligas, Sixtum Episcopalem ordinem summopere extulisse, quippe cui, ut Titulus prior ex *Potteri* sententia imprimis compete-
tebat, ita & secundus ex mente *Ignatii*; quibus jungi debent, quæ *Isaacus Habertus* habet in Pontificali Ecclesiæ Græcæ. p. 109. 136. & *Symeon Thessalonicensis* apud *Jo.*

Q 2

Mo-

Morinum de Sacr. Ordinat. p. 133: ἀναγορεύεται ἅγιος, ὡς παρὰ Θεῶ γαγονῶς ἅγιος, καὶ γνωστὸς ἂν ταῖς ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις καὶ ἅγιος τῶ ἐργῶ ἀφείλων πολιτεύεσθαι. Dignus renunciatur utpote a Deo dignus effectus & talis ab Angelis & hominibus cognitus, atque in posterum obligatus operi condigne vivere &c. p. 133. Hæc Præfulum existimatio ad fera tempora valuit, unde Gabriel Metropolita Philadelphie Syntagmate de Sacram. Venetiis edito Anno MDC. L. V. Cap. IV. de Episcopis ait: Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν ἀρχιερατικὴν καὶ ἱερατικὴν ἐνδεδυμένοι νομίμως ἐξουσίαν καλεῖνται Ἄρχοντες, Ἄγγελοι, Θεοὶ, Ἐπίσκοποι, id quod deinde ulterius ex Oraculis divinis confirmat.

IV.

DEO DIGNUS EST, QUI NIHIL INDIGNE
AGIT.

Uberius hic se Sixtus explicat, neque solum ad ordinem Sacerdotalem, sed ad omnes in universum Christianos tanquam regale Sacerdotium se respexisse declarat, uti & Paulus omnesque illius Successores fecerunt, v. Eph. IV. 1. Col. I. v. 10. & ad Philip. I. v. 27. S. Maximo debemus, quod hæc Sententia integra nobis sit servata in Eclogis ex diversis Sermonibus T. II. Cap. I. p. 532.

Θεῶ ἅξιόν σε ποιήσει τὸ μηδὲν ἀνάξιον αὐτῷ πράττειν.

Dignum te Deo efficit, quod nihil eo indignum feceris.

V.

DEO STUDENS FIDELIS ESSE, NIHIL
QUOD DEO INDIGNUM EST AGAS. a)

VI.

a) Hæc Sent. in Parisina, Lugdun. & Galeana deest. vid. & Sent. CCCCXXI.

VI.

DUBIUS IN FIDE INFIDELIS EST.

Dubius.

Non constat qua voce Sixtus Dubitationem expresserit. Το ἀπορεῖν mitigationem admittit, & aliquando ὀλιγοπισίαν notat, 2 Cor. IV. 8. Quo sensu & Medici, teste Anutio Foëtio in *Oeconomia Hippocratis* admittunt. Si τὸν δίψυχον descripsit aut διακρινόμενον, ἀκατάστατον, ἀνεμιζόμενον, ῥιπιζόμενον, κλυδωνιζόμενον, quis Sixtum reprehendat si talem ἀπίστον censeat, cui ὁ αὐθαδέλφος Jac. I. v. 7. τὴν ἀκαταληψίαν comminatur?

VII.

INFIDELIS HOMO MORTUUS EST b) IN CORPORE VIVENTE.

Infidelis.

Isthæc omnia sunt Θεόπνευστα, non Pythagorica. i. Τιμοθ. V. 6. ἡ σπαταλώσα ζῶσα τέθηκε. Servator τῶν ἀπίστων cum defunctis confert Math. XXIII. v. 29. παρομοιάζεται τάφοις κεκοιμημένοις. Ἐξωθεν μὲν φαίνοντες ὡραῖοι, ἔσωθεν γέμισιν ὀστέων νεκρῶν. Ceterum non nego, Pythagoreos Apostatis Cenotaphia erexisse, ut defultores illos, mortuos veluti designarent. Lysis Pythagoreus scribit ad Hipparchum in *Fragm. Galeanis* p. 739 Ἐι μὲν ἔν μεταβάλοιο χαρήσομαι, εἰ δὲ μὴ τέθνακός μοι. Si mutatus fueris lætabor, sin minus abiisti mihi. De Cenotaphiis, præterquam de Pisano, frustra consulatur Norisius. Rectius instruet Gutherius, quanquam & ipse confundat sepulchra tumultuarie facta, quæ Cadaver ac cineres habebant; & Sepulchra Inania, quibus Manes tantum placabantur. Gutherius de Jure Manium. L. II. C. XVIII.

Q 3

VIII.

b) In Lugdunensi iis deest.

VIII.

VERE FIDELIS EST. QUI NON PECCAT, ET-
IAM IN MINIMIS CAUTE AGIT. c)

*Fidelis non
peccat.*

Joannes Maria Brasichellensis S. Palatii Mag. hanc Sen-
tentiam cavendam monet. Quare? *Anne S. Joannes*
Apostolus eadem ratione locutus est. I Jo. III. Πᾶς ὁ ἐν
αὐτῷ μένων ἔχει ἁμαρτάνει. & I Jo. V. 18. Πᾶς ὁ γενόμενος
ἐκ τοῦ Θεοῦ ἔχει ἁμαρτάνει. Si igitur Apostolum admittis,
admittas & Sixtum, quo vivente Pelagius non extitit.
Alteram Sententiæ partem, qua & minima cavenda sua-
det, omnes divini morum magistri suam fecerunt. Et
quid sibi volunt Servatoris verba? Luc. XVI. 10.

Ὁ πιστός ἐν ἐλαχίστῳ καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστίν

καὶ ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἀδίκος καὶ ἐν πολλῷ ἀδίκος ἐστίν

vid. & Luc. XIX. v. 17. Ecce vero Servator tantopere
τὴν ἀκρίβειαν efflagitat, nisi ut & minima caveantur. V.
Dorotheus Abbas Doctrina XI. quem nemo hæctenus
hæreseos postulavit, cui ex recentioribus addo *Eusebium*
Nierenbergium de Minimis Defectibus L. IV. p. 436.

IX.

NON EST MINIMUM IN VITA HOMINUM, d)
NEGLIGERE MINIMA.

X.

OMNE PECCATUM IMPIETATEM PUTA.

*Omne Pec-
catum im-
pietas.*

Hæc & sequens in Par. & Lugd. conjunguntur. Fluit
hæc thesis ex Ioannis asserto: ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία. Nul-
lum ergo peccatum, quod ex se veniam secum trahat,
ut

c) Parif. & Lugdunensis atque addit:

d) Parif. Lugd. & Gal. in vita humana.

ut Peccatorum Patroni statuunt. Etiam si igitur animus, id quod adversus Dei præceptum patrat, conducibile putet, rationesque patrandi & excusandi habeat, nunquam tamen rem eo deducet, ut sub illa probabilitate pro peccato haberi nequeat. v. auctor Hexaplorum adversus Constit. Clem. XI. & Doctrinam Jesuitarum.

XI.

NON ENIM MANUS VEL OCULUS PECCAT, VEL ALIQUOD HUIUSMODI MEMBRUM, SED MALE UTI MANU VEL OCULO, PECCATUM EST.

Videtur illa Sixtus adversus Manetis Prodomos scripsisse, qui jam tum Creaturam malam esse conditam putarunt, quorum deinceps posteri ea diabolica dixerunt. Defendit igitur Sixtus membra ut creaturam bonam, sed quæ jam a voluntate moveatur. v. Augustinus T. VII. p. 281. 283. & contra Jul. L. IV. qui genitalibus ab initio pudorem insitum statuerat.

Malo usque membrorum peccatur.

XII

OMNE MEMBRUM CORPORIS, QUOD (d) SUADET TE CONTRA PUDICITIAM AGERE, ABJICIENDUM. MELIUS EST ENIM CUM UNO MEMBRO VIVERE, QUAM CUM DUBUS PUNIRI.

Græce extat apud Origenem, Editionis Huëtianæ Tom. I. *Melius perdere membra quam iisdem peccare.*
 Πᾶν μέρος τῆς σαώματος τὸ ἀναπειθόν σε μὴ σωφρονεῖν ῥίψον ἀμεινον γὰρ χωρὶς τῆς μέρους ζῆν σωφρονως, ἢ μετὰ τῆς μέρους ὀλεθρίως. Si Sixti verba proscris, verba Christi proscris. Matth. V. v. 29. 30. Ἐὶ δὲ ὁ ὀφθαλμὸς σε ὁ δεξιὸς σκάν-

d) Lugdunensis *invitat.*

σκαιδαλίζεις σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σῆ· συμφέρεται γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἐν τῶν μελῶν σε καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σε βληθῆ εἰς γέενναν. Vid. & XVIII. 8. Marc. IX. 43. 45. 47. Suspicionem movit Origenes quasi Sixtus κατὰ ῥητὸν hæc verba impleri voluisset: quam si revera de Sixto fovit, ægre fecit, quum ultra Sententiam nil ipsi impunitandum. Id enim si liceret, cur non Philoni eadem simplicitas impingatur? qui ante Sixtum eadem similitudine usus est Libro de eo, quod potiori insidietur deterius p. 186. Ὅι μὴ τελείως ἀπαίδευτοι ἐλέσθαι ἂν μοι δοκῶσιν πεπερηῶσθαι μᾶλλον ἢ τὰ μὰ προσήκονθ' ὄρεῖν κεκωφῶσθαι μᾶλλον, ἢ βλαβερῶν ἀκέρειν λόγων· καὶ ἐκτειμῆσθαι γλώτταν ὑπὲρ τῆ μηδὲν τῶν ἀρρήτων ἐκλαλήσαι. Φασὶ γὰρ ἤδη τινὰς τῶν σοφῶν τροχιζομένους ὑπὲρ τῆ τὰ ἀρρήτα μινύσαι γλώτταν ἀποτραγόντας τὴν ἑαυτῶν ἀργαλεωτέραν κατὰ τῶν βασιανισῶν ἀντιτεχνήσασθαι βάσανον, ἢ δυνηθέντων ἂ ἐπόθει ἐπιγνώσαι. Ἐξευνεχιθῆναι γεμὴν ἄμεινον, ἢ πρὸς συνείας ἐκνόμους λιττᾶν. *Qui non omnino rudes sunt, videntur mihi malle cæcitatem, quam videre quæ non decet: malle surditatem quam audire sermones perniciosos: linguam quoque libenter amissuri, ne proloquantur quæ celandæ sunt. Certe fertur quosdam Sapientes, cum in Rota cruciarentur ad extorquenda secreta præmordisse linguam suam, & ita graviozem cruciatum rependisse tortoribus, dum eos voti fecerunt impotes. Castrari utique melius est, quam transversum abripi libidinum illicitarum rabie. Sic Philo visis haud dubie lectisque Servatoris oraculis, a nullo in crimen ideo tractus. Quidni igitur censeas Sixtum non alio modo Christi verba interpretatum, atque ab Apollinari postea Chrysostomoque factum: quorum prior noluit ἐκκόψαι τὰ μέλη ἀλλ' οἶον νεκρῶσαι τὰυτα καὶ ἀνενέργητα ποιῆσαι πρὸς ἀμαρτίαν: Alter vero τὴν ἐκκοπήν*

ἔ διὰ

ὁ δὲ διὰ τῆς αἰτίας τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς suavit. Vid. Catena
Græcorum Patrum in Matth. p.73.

XIII.

IMMORTALES TIBI CREDE (e) PERMANE-
RE IN JUDICIO ET HONORES ET POE-
NAS.

Extat Græce apud S. Maximum T. II. Serm. LXVIII. p. 685. Δύο ἀφορμαὶ κινῶσιν ἄνθρωπον εἰς Θεῶν ἐπιμέλειαν· τιμωρία δυσσεβείας καὶ γνώμη εὐσεβῆς ἀμοιβῆς. Duo sunt quæ hominem movent ut Deo curam impendat: Impietatis pœna, ac religiosæ mentis præmia. Et hic bonum Pontificem Christianumque Philosophum egit, procul ab his, qui parum ea de re se persuasos, & dictis & vitæ lubricitate comprobarunt. Atque jam tum hac sententia Origenem *Adecerditarum* Patronum refutavit, cui cum ætate æqualis esset, non poterat non denugis aliquid resciscere, quas magnus alioquin homo feriis rebus immiscebat. Atque credo, vel hac ipsa sententia percussum Origenem humani aliquid passum, Sixti illam Sententiam de qua jam diximus, & alteram Num. CCLXXXV. interpretatione fraudulenta in deteriorem partem flexisse. Ceterum non opus est, ut hanc sententiam Biblicam esse demonstremus. Vid. Gnom. XXXVII. Eandem cum Sixto mentem habuit Cæmens Alexandrinus Strom. II, Sect. 160. dum ait: Καὶ μὴ πιστεύσει κόλασιν μὲν ἐπιτηθεῖται τῷ πλημμελῶντι, σωτηρίαν δὲ τῷ κατὰ τὰς ἐντολὰς βιῶντι, ἔδ' ἕως μεταβαλεῖται. *Nisi crediderit, ei qui delinquit impendere supplicium, paratam autem esse ei salutem qui ex Præceptis vivit, ne sic quidem mutabitur.* De hujus sententiæ certitudine legi mere-
tur

e) Paris. & Lugdunens. crede manere, & deest.

tur Photii Patr. Constantinopolitani Epistola ad Patri-
cium. Num. 36. qua gravissimis rationibus probat, cer-
to futurum id, quod Sixtus paucis verbis complexus
fuerat.

XIV.

QUICQUID SECVLI HABES, ETIAMS I AUFE-
RAT TIBI QVIS, NON INDIGNERIS (f).

Spoliatio ferenda. Interpretem Sixti agat Servator Matth. V. 40. Καὶ τῶ
θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῶ
καὶ τὸ ἱμάτιον. Luc. VI. 9. Quam Praxin Christiano-
rum laudat Paulus Ebr. X. 34. Τὴν ἀρπαγὴν τῶν ὑπαρχόν-
των ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσδέξαθε, γινώσκοντες ἔχειν ἐν ἑαυ-
τοῖς κρεῖττονα ὑπαρξιν ἐν ἐρανοῖς καὶ μένεσαν.

XV.

TE IPSUM REPREHENSIBILEM NON PRÆ-
BEAS. g)

Apostolorum sententiam audis, qui uno suffragio Chri-
stianorum vocationem eo directam esse statuerunt, ut
essent ἅγιοι & ἄμωμοι κατενώπιον Θεῶ ἐν ἀγάπῃ Eph. I. 4.
I Theff. III. 13. Sic Petrus 2 Ep. III. 14. σπεδάσατε ἐν
ἄσπιλοι καὶ ἀμώμητοι αὐτῶ εὐρεθῆναι ἐν εἰρήνῃ add. & Pau-
lus Phil. I. 10. II.

XVI.

OMNIA AUFERENTI A TE CEDE, PRÆ-
TER LIBERTATEM.

*Libertas
mentis.*

Prior sententiæ pars cum XIV. convenit: altera aliquid
Phi-

f) Parif. & Lugd. *Si quæcunque in hoc mundo aliquis.*
g) Par. Lugd. Gal. *Inculpatus esto.*

Philosophici habere videretur, nisi ad eandem, sed sanctioris libertatis custodiam, Servator per se pariter perque Apostolos cohortatus fuisset. At revera Servator de illa libertate per se acquisita Jo. VIII. 32. deque fugienda servitute locutus v. 38. atque uberius deinde divus Apostolus Rom. VIII. 21. 2. Cor. III. 17. Gal. V. Iac. II. 12. Cur ergo dicamus Sixtum e Philosophia gentili depromsisse, quod e veritatis divinæ messe multo largius habere poterat?

XVII.

SAPIENS VIR ET CONTEMPTOR PECUNIÆ
SIMILIS EST DEO.

De similitudine Dei notanda sunt Clementis Al. verba *Contemptus Pecuniæ.* Str. VII. Num. 320. pag. 886. ἔδὲν τέτων, καίτοι μέγιστον ὄν
εἰς ὁμοιότητα Θεῶ περιλαμβάνεται, Bene autem inter se conjunxit *Sapientiam & Divitiarum contemptum*, ne Cratem aut Diogenem Deo similem statuat. Quicquid enim ex sapientia divina non surgit, omnino peccatum est. Hexapl. T. II. 421. seqq. Gignit vero sapientia divina verum prudentemque creaturæ contemptum, ut omnia, quæ oculis subsunt, infra se posita existimet. Atque fortassis ad Exempla Sixtus respicit, eorumque præconia, qui illum habendi pruritum extinxere. v. Ps. XV. quo παροίκησις ἐν τῷ σκηνώματι, καὶ κατασκήνωσις ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει, talibus promittitur.

XVIII.

REBUS SECULI *b)* IN CAUSIS TANTUM NECESSARIIS UTERE.

Idem Paulus infinuat I. Cor. VII. 31. Ὁι χρῶμενοι τῷ κόσμῳ
Necessariis utendum.

R 2

b) Par. Lugd. Gal. *mundanis.*

μῶ τέτω, ὡς μὴ καταχρώμενοι παράγει γὰρ τὸ ἡῆμα τῷ κόσμῳ τέττ add. 1. Tim. VI. 6. 7. 8. 9. 10. Unde non potest displicere hæc sententia nisi his, qui Divitiis ad fœdum luxuriæ compendium abutuntur, eaque propter superflua tantopere defendunt, ut cum Sixto sentientes flammis excoquant & pessudent.

XIX.

QUÆ SECULI *i)* SUNT, SECULO, ET QUÆ DEI SUNT, REDDANTUR DEO.

Quæ Dei, Christi verba audis. Luc. XX. 24. Ἀπόδοτε τοινῦν τὰ Δεο. Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τῷ Θεῷ, Θεῷ. Quo quidem loco fateri decet, Sacros Evangelii scriptores sollicitè ipsa Servatoris verba retinuisse. Defendi autem potest Sixtus verbis Paulinis Rom. XIII. quæ ipsa Christum interpretantur, nempe ne illud debitum ad solam Imperatoris personam adstringatur. Ἀπόδοτε ἑν πᾶσι ταῖς ὀφειλαῖς, τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον, καὶ τῷ τὸ τέλος, τὸ τέλος. Unde per κόσμον omnes τὰ κοσμικὰ administrantes a maximo ad minimum denotavit.

XX.

CERTUS ESTO, QUOD ANIMAM TUAM DEPOSITUM FIDELE *k)* ACCEPERIS A DEO.

Anima, Deposita. Servator amplissimo Commentario hanc Gnomen explicat Luc. XVI. 2. & Matth. XXV. 21. Nempe pro anima homo ἀντάλλαγμα dare nequit. Math. XVI. 26. & Luc. IX. Ac dici non præter rem posset, Sixtum ad Pauli verba 2. Tim. I. respexisse, aut illa interpretatum esse de anima: Πέπεισμα ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παρακαταθήκην με
Φυ-

i) Par. Lugd. Gal. *mundi mundo.*
k) Par Lugd. Gal. *Fidele depositum.*

Φυλάξαι εἰς ἐκείνην ἡμέραν. Quod non absurdum, quum Apostolus de Persecutionibus loquatur, inter vero eas se defensum iri sperat contra hos, qui corpus occidere cupiebant, animam occidere non poterant. Matth. X. v. 28. Unde quum Paulus animam παρακαταθήκην dixerit, cur non eadem ratione Sixtus?

XXI.

CUM LOQUERIS DE DEO, SCITO QUOD JUDICERIS A DEO.

Ipfissima Servatoris verba. Math. XII. 36. Πᾶν ῥῆμα ἀρ- Loquens de
γὼν ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσει περὶ αὐτῶ λόγον Deo, judica-
ἔν ἡμέρᾳ κρίσεως. Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σε δικαιοδότηση, καὶ ἐκ
τῶν λόγων σε καταδικαθήση. Quod si in omni sermonis
prolatione, tanto magis in his, quæ de Deo efferuntur,
quæ enim de Deo dicuntur non ἀνθρωπίνης ἡμέρας κρίσιν
tantum expectare debent, sed κρίσιν Θεῶ 1. Cor. IV. 3.
ὃ ἀναρίτων με κύριός ἐστιν.

XXII.

OPTIMAM PURIFICATIONEM PUTA, NOCERE NEMINI.

Hic in animo Sixtus habuit Purificationem externam, *Que Vera*
quæ consistit in abstinentia a variis sceleribus, quamque *Purificatio.*
divinus, & Princeps vatum Esaias, Cap. I. ubi & κάθαρ-
σιν imperat, & res per κάθαρσιν removendas sistit. Op-
ponit vero hanc purificationem non illi, quæ a Christo
datur, & ad quam per gradus ascenditur more Esaiano,
sed illi purificationi, quam per ἀσκησιν, lotionem, jeju-
nia, & alia parari posse, Iudæi gentilesque temere & in-
epte arbitrabantur. Quarum Lustrationum genera apud
Lomeierum videri possunt. Add. Iac. I. 27. Luc. III. 14.

R 3

Matth.

Math. XXIII. 25. Nos recte mentem Sixti penetrasse, docet Clemens Alex. Strom. VI. Sect. 274. p. 770. Ed. Pot. Ὁ δὲ ἐν τῷ σώματι καθαρισμὸς τῆς ψυχῆς πρώτης πρώτος, ἕτερος ἐστὶν ἢ ἀποχὴ τῶν κακῶν ἢν τινες τελείωσιν ἠγῶνται. καὶ ἐστὶν ἀπλῶς τῆ κοινῆ πιστῆ ἢ τελείωσις αὐτῆ τῆ δε γνωστῆ καὶ μετὰ τὴν ἄλλοις νομιζομένην τελείωσιν ἢ δικαιοσύνη εἰς ἐνέργειαν εὐποιίας προβαίνει.

XXIII.

ANIMA PURIFICATUR IN VERBO DEI PER SAPIENTIAM.

*Purificatio
quomodo
acquiratur.*

Prudenti consilio profitetur hic, se de purificatione animæ acturum, quum antea de purificatione ἀπλῶς locutus esset. Hanc vero impetrari ait 1) per verbum 2) per Sapientiam. *Verbo Dei* illam parari Servator professus est. Io. XVII. 17: ἀγίασον αὐτὸς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. ὁ λόγος ὁ σου ἀλήθειά ἐστιν. Cui jungit *Sapientiam* eamque non hominis, per Sapientiam suam verbum divinum apprehendentis, sed per Sapientiæ illius accessum, quæ κατ' ἐξοχὴν hoc nomine maclatur, id vero est per Christum. Proprium autem id Patribus antiquissimis erat, Servatorem sub *Σοφίας* nomine describere, applicantes eo omnia illa dicta, quibus sapientia ab æterno Patri adstitisse dicitur. v. *Petavium libr. de Trinit. & Incarnatione.* Id quod non modo fecere, ob omnium charismatum plenitudinem, sed & ob Sapientiam in Sanguinis effusione & redemptione declaratam, quam sub *occultæ Sapientiæ* & mysterii nomine Paulus æque atque Davides declararunt. v. Ps. LI. Igitur quum Sixtus purificationem animæ adscribit Sapientiæ, certe non nisi de Christo Servatore locutus est. Eph. II. 26. Tit. II. 14. Ebr. I. 3. I. Jo. I. 7. Atque id ipsum D. Hieronymo ignotum non fuit,

fuit; verum sponte ignorare voluit, ut laborem Rufini Sixtini Interpretis labefactaret. Mihi summo dolori fuit, tantas improbitatis notas videre in eo, quem universus hæcenus orbis tantum non adoravit. vid. Clem. p. 636. Τέλειος δ' οἶμα καθαρισμὸς, ἢ διὰ Νόμου καὶ προφητῶν εἰς τὸ Ἐυαγγέλιον πίσις ἰλέως, καὶ ἡ δι' ὑπακοῆς πάσης ἀγνεία, σὺν καὶ τῇ ἀποθέσει τῶν κοσμικῶν εἰς τὴν ἐκ τῆς ἀπολάυσεως τῆς ψυχῆς εὐχάριστον τῆ σκηνῆς ἀπόδοσιν. *Perfecta est autem, ut existimo Purgatio ac emundatio, quæ per Legem & Prophetas docetur, propitia Fides in Evangelium, & quæ est per omnem obedientiam puritas cum rerum quoque mundanarum depositione, usque ad gratam Tabernaculi redditionem a jucundo usu animæ.*

XXIV.

NUNQUAM PUTES DEI SAPIENTIAM INSENSIBILEM ESSE.

Hæc Thesis cum præcedente arctissimo nexu jungitur, *Sapientia* ut merito liber *Annuli* nomen obtinere queat. Dum *Dei sensibilenim* purificationem Animæ nostræ ad Christum *Σοφίαν* *lis*. retulit, tum porro ait, illam Sapientiam Christi erga Purificationis cupidos non esse ἀναίδητον seu Insensibilem, sed maxime proclivem, ut illud animæ donum largiatur. Ebr. IV. 15. εἰ ἔχομεν ἀρχιερεῖς μὴ δυνάμενον συμπάθησαι ταῖς ἀδυναμίαις ἡμῶν. vid. & Cap. V. 2.

XXV.

DEUS SICUT MENS EST, QUÆ MOVETUR SPONTE, SECUNDUM HÆC ET SUBSISTIT.

Nos

1) Paris. Lugd. & Gal. post *movetur* interpungunt. Unde hic fluit

*Deus per se
subsistit.*

Nos *Rhenani* textum servamus, etsi altera lectio ad eandem sensum redigatur. Convenit vero Sixtus cum scriptoribus sacris, qui Deo soli vim movendi vel motus libertatem adscribunt, ita ut ipse solus immutabilis maneat. Ex quo refutavit illos, qui movendi semet libertatem materiæ concesserunt. v. *Clarck Tract. de Existentia Dei* Gallice scripto, ubi *Tolandum* oppugnavit.

XXVI.

MAGNITUDINEM DEI NON INVENIES,
ETIAMSI PENNIS VOLARE POSSIS.

*Magnitudo
Dei imper-
vestigabilis.*

Vestigia Jobi vides, quibus incessit Job. XLII. v. 3. Psalm. VIII. 2. Psalm. CXXXIX. 7. 8. 9. Psalm. CXLV. 3. Rom. XII. v. 33. Vid. S. Maximus Confessor Centuria I. de Carit. n. 100. T. I. 408. Ἐν Θεῷ γενόμενος τῆς περιτῆς ἐσίας αὐτοῦ πρῶτον λόγους, ζητεῖ μὲν ὑπὸ τῆς πόθου φλεγόμενος, ἐκ ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν δὲ τὴν παραμυθίαν εὐρίσκει ἀμήχανον γὰρ τῆτο καὶ ἀνένδεκτον πάση γενητῇ φύσει ἐξ ἴσθ' ἐκ δὲ τῶν περὶ αὐτὸν παραμυθεῖται λέγω δὴ τῶν περὶ ἀιδιότητος, ἀπειρίας τε καὶ ἀορισίας, ἀγαθότητος καὶ σοφίας καὶ δυνάμεως δημιουργικῆς τε καὶ προνοητικῆς καὶ κριτικῆς τῶν ὄντων, καὶ τῆτο πάντη καταληπτὸν αὐτοῦ μόνον ἢ ἀπειρία, καὶ αὐτὸ, τὸ μηδὲν γινώσκειν, ὑπὲρ νῦν γινώσκειν, ὡς περ οἱ θεολόγοι ἄνδρες εἰρηκάσι, Γρηγόριός τε καὶ Διονύσιος. *Ubi ad Deum evaserit, primum quidem desiderio flagrans, illius essentiae rationes quærit: nec tamen ex eo, quod quid ipse est, quo sibi fiat satis, desideriumque soletur, invenit. (Impossibile enim, omnique peræque inconcessum creaturæ istud extitit) sed ex illis, quæ sunt circa ipsum tantisper sibi indul-*

fluit sensus: Deus mens est, quæ movetur sponte, & mens est, quæ sponte subsistit; sic ut utrumque in libera voluntate Dei repositum sit.

indulget; nempe ex æternitate, infinitate, immensitate; ex bonitate, sapientia & potentia, quibus res conditæ sunt, providentiaque ac judicio reguntur. Hocque unum illius omnino comprehendi potest, quod est infinitus, ipsumque nihil cognoscere, supra mentem positum, illique eminentem cognoscere est, uti quodam loco Viri Theologi Gregorius Dionysiusque dixerunt. Ipse etiam S. Hieronymus Prolegomenis ad L. XVII. Esaiæ p. 203. Trinitatis confessio est ignoratio scientiæ.

XXVII.

NOMEN DEI NON QUÆRAS, QUIA NON INVENIES, QUIA OMNE QUOD NOMINE APPELLATUR, A MELIORI NOMEN ACCIPIT, UT ALIUS QUIDEM VOCET, ALIUS AUTEM AUDIAT. QUIS ERGO EST, QUI NOMEN IMPOSUIT DEO?

Hæc ex Mosis & Manoah interrogationibus deprompta Exod. III. 13. & Judic. XIII. 18. Hæc ipsa vero Divini Nominis ineffabilis ratio Doctoribus Christianis occasionem dedit de Incomprehensibilitate Dei scribendi, quod apud Veteres Ioannes Chrysostomus fecit, IV. hac de re sermonibus editis, qui Tom. I. continentur, quorum primo, iisdem verbis, quibus Sixtum locutum cernimus, usus est.

Nomen Dei inveniri non potest.

XXVIII.

DEUS AUTEM NON NOMEN EST DE DEO, SED INDICIUM, QUOD SENTIMUS DE DEO. NIHIL ERGO DE DEO, QUOD NON LICET, QUÆRAS. m)

Priorem thesin *αυτολεξι* in Scriptura non reperiri fate-
mur, *Ergo præter id quod licet,*

m) Par. Lugd. Gal. hanc Sententiam in duas divisit.

non quæra-
tur.

mur, sed Philosophorum Christianorum est, magno ingenii apparatu hanc thesin Sixtinam defendentium. Quorum unum instar omnium mihi nominare fas sit, Nicolaum Cusanum gente Germanum, virum maxima eruditione præditum, cujus omnis diligentia eo tetendit, ut illam Dei magnitudinem nullo nomine effabilem expenderet. Id quod omnibus vere libris suis præstitit, de Visione Dei, de Veneratione Sapientiæ, de quærendo Deo, de docta ignorantia, de Deo abscondito. In quo postremo circa finem ait: In regione Creaturarum non reperiri Deum nec nomen ejus. Deus, ait, aufugit omnem conceptum, quum affirmatur aliquid. In regione creaturarum enim non reperitur, nisi compositum. Et omnia nomina, quæ reperiuntur, sunt compositorum. Compositum autem ex se non est, sed ab eo, quod antecedit omne compositum. Et licet regio compositorum & omnia composita per ipsum sint id, quod sunt: tamen cum non sit compositum, in regione compositorum est incognitum. Sit igitur Deus, qui est ab oculis omnium sapientum mundi absconditus, in secula benedictus. Addatur Liber de quærendo Deo p. 290. 291. &c. quo ait: Non est nomen Θεός ipsum nomen Dei, qui excellit omnem conceptum; id enim quod concipi nequit, ineffabile est. Non est igitur Θεός nomen Dei, nisi ut quæritur ab hominibus in hoc mundo. v. & Reuchlinus de verbo mirabili L. II. Altera Thesis: Nihil ergo de Deo, quod non licet, quæratum est verbo divino plane conveniens, quippe quod id, quod nostras vires superat, scrutari vetat. Id ipsum Chrysostomus Sermone II. de incomprehensibili natura Dei, occasione ab Anomœis data, gravissima oratione persuadere nisus est. Hiob XLII. 3. Ps. XL. 6.

XXIX.

XXIX.

DIVINA SAPIENTIA LUX EST INCAPAX
CONTRARIJ.

Non hic Pythagoras, sed Ioannes ὁ ἐπισήθιος loquitur, *Divina Sa-*
I. Io. I. 5. Ἡ αὐτὴ ἐστὶν ἡ εὐαγγελία, ἣν ἀκηκόαμεν ἀπ' αὐτοῦ, *piencia im-*
καὶ ἀναγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι ὁ Θεὸς Φῶς ἐστὶ καὶ σκοτία ἐν αὐ- *mutabilis*
τῷ ἐστὶν ἕδρα. & Iac. I. 17. Παρ' ᾧ ἐκ ἐστὶν παραλλαγή ἢ τρο-
πῆς ἀποσκίασμα.

XXX.

QUÆCUNQUE AUTEM DEUS FECIT, PRO
HOMINIBUS FECIT.

Hæc ex divini Psaltis Hymno VIII. hausta, qui licet *Omnia pro*
vindemiali tempore compositus esset, id ipsum tamen *hominibus*
divinæ bonitatis celebrandæ ansam dabat. Non diffite- *facta.*
mur ad Christum respexisse vatem; sed e quo omnis
illa liberalitas in pios promanabat. Quos non modo
εἰς τὸ Φῶς παραγάγει, ἀλλὰ καὶ τὸ εὖ εἶναι δέδωκε. *Theodo-*
rus Heracleota: Ἡ κτίσις δι' αὐτὸν παρὰ γῆς παρεγένετο.
Apollinaris: Δόξα αὐτῷ παρεῖν ὡσεὶ βασιλεύοντι κατὰ γῆν
ἔργων τῶν ὑπὸ σὲ πεποιημένων. Excellenti autem modo
Chrysostomus Sixti verba sua fecit, dicens: σφόδρα ἐκ-
πληττόμενος θαυμάζει πάντα τὰ δρώμενα δι' αὐτὸν· ὅιον πα-
ράδεισος, νόμος, ἐντολαί, κολάσεις, εὐεργεσίαι. Ὅιον ὁ υἱὸς τοῦ
θεοῦ ἀνθρώπος γέγονεν.

XXXI.

ANGELUS MINISTER EST DEI AD HOMI-
NES.

Paulum Apostolum audio ante Sixtum ita de Angelis *Angelus Mi-*
pronunciantem: ἐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς *nister.*

διακονίαν ἀποξελλόμενοι διὰ τὰς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Ebr. I. 14. v. Pl. XXXIV. 8. & XCI. II. Ac sine dubio hujus obsequii exempla Sixtus contemplatus est. Et sunt inter Pontificum Præcones, qui S. Martyrem adversus hæreticos sui temporis hac ipsa thesi decertasse notant. *Quod Palatius fecit*, quorum Epochas indagare hujus loci non est. Plura Patrum suffragia v. ap. *Suicerum in Comment. ad Symb. Apost. &c.*

XXXII.

TAM PRETIOSUS EST HOMO APUD DEUM
QUAM ANGELVS.

*Homo tam
pretiosus
quam Ange-
lus.*

Videtur illo tempore hac de re disputatum esse: quam litem si e Philosophorum placitis dirimere voluisset Sixtus, aliter sensisset. Debebat autem ista Angelorum & hominum asserta æqualitas corrigere stupiditatem illorum, qui in æqualium suorum cultum proruebant. Igitur de *ὑιοθεσίᾳ* hominum per Christum edoctus *ἰσαγγελον* hominem fecit ex consideratione gratiæ. Num ergo hæc gentilis doctrina, quam Patres tam cupide amplectuntur? Etsi enim agnoscerent hominem Angelis minorem, attamen id factum esse ajunt *διὰ τῆς ἀμαρτίας παλαιᾶς*, non quod ab initio Creationis ita apud Deum fuerit constitutum. Unde Apollinarius: *Τῆς ἀγγελικῆς δόξης ὀλίγον ἐλάττωτο κατὰ τὸ σῶμα τὸ γήϊνον.* Et Origenes ait propter *γνώσιν* ipsi communicatam, non admodum ab Angelis distare *ἐκ ἀπολείπεται* *λίαν*. v. *Cat. P. Gr. ad. Pl. 8. p. 163. 164.*

XXXIII.

PRIMVS BENEFICVS EST DEVS. SECVNDVS
EST IS, QVI BENEFICII EJVS EST PAR-
TI-

TICEPS HOMO. VIVE IGITUR TAN-
QVAM IS, QVI SIS SECVNDVS POST
DEVM ET ELECTVS AB EO.

Ista mihi e diligenti lectione τῆ κορυφαίας profecta viden- *Homo post*
tur, qui Fidelium dignitatem tantopere extulit. Ut & *Deum.*
iplos τῆς θείας φύσεως κοινωνῆς dixerit, post excellentes
descriptions, quæ i. Ep. Capite II. 19. leguntur. Qua in
re Joannem Apostolum consentientem habuit, eumque
Christi membra βασιλεῖς ἐνώπιον τῆ θεῆ dicentem. Ex qua
arctissima cognatione id officium piorum deduxit, ut
tanquam δεῦτεροι a Deo viverent. Quemadmodum Ser-
vator ex impertita misericordia divina, misericordiæ,
& idem Apostolus ex ἀγιότητος divinæ, τῆς ἀγιοσύνης imi-
tationem deduxit. Sola igitur τῆς δευτερότητος, Christia-
nis post Deum tributæ vox, minus usitata videri posset,
nisi certum esset, Patre ut πρώτῳ neminem δευτερον re-
ctius dici posse quam Hominem, & κληρον dante, quam τὸν
κληρονομήντα. Cum vero utrumque Electis competat,
quod sint Filii & hæredes, cur non illud competat, quod
sint δεῦτεροι. Ceterum mihi videtur Sixtus hac Senten-
tia in reprehensionem Origenis incurrisse, qui Celsum
refutaturus Libr. IV. Edit. Spencer. p. 179. ad eam re-
spexit, quod hac occasione factum. Legerat forte Cel-
sus hanc Sixti Gnomen, deprehensisque verbis:

Ὁ Θεός ἐστιν καὶ μετ' ἐκεῖνον ἡμεῖς,

Est Deus & post illum nos:

inde ansam insultandi Christianis ceperat, quasi ipsimet
suam conditionem deprimerent, ac pro vermibus, ra-
nis, vespis & vespertilionibus se haberent: παραπλησίως
ἡμᾶς ποιῆι σκώλιξι φάσκουσιν, ὅτι Θεός ἐστιν καὶ μετ' ἐκεῖνον
ἡμεῖς ὑπ' αὐτῆ γεγονότες. Quæ Celsi verba cum copiosis-
sime refutasset, tandem pag. 79. ait: Τάχα δέ τινων παρ-

ἤκιστον ὁ Κέλσος, ὅτι ὁ Θεός ἐστιν εἶτα μετ' ἐκεῖνον ἡμεῖς ἔς
 ὠνόμασεν σκώληκας. *Et perinde facit ac si quis Sectam ali-*
quam Philosophiæ criminaretur, propter temerarium ali-
quod adolescentuli verbum ὑπὸ προπετῆς μερῶν τριῶν ἡμε-
ρῶν φοιτήσαντος εἰς φιλόσοφον, καὶ ἐπαιρομένῃ κατὰ τῶν λοι-
πῶν, ὡς ἐλαττόνων καὶ ἀφιλοσόφων. Pauloque post: Quod
si quis illud a quibusdam sive intelligentibus sive non intelli-
gentibus, sive potius ab iis, qui perperam sanum sermonem
audierunt, hoc dicat, ὁ Θεός ἐστιν καὶ μετ' ἐκεῖνον ἡμεῖς: equi-
dem Vocem hanc Ἡ ΜΕΙΣ interpretaretur, i. e. οἱ λογικοὶ, καὶ
ἔτι μᾶλλον οἱ σπερδαῖοι λογικοί. Ex his quippe verbis colli-
go Origenem existimasse, Sixti Sententias a Celso lectas,
quas ille forte Juvenis admodum scripserat, quumque
nondum vetus ac plane consolidatus esset in Mysteriis
Religionis Christianæ. Eunque adeo porro arguit,
quod & insolentius egerit, & si quid tale quidpiam in
Oraculis divinis offendisset, non prorsus perceperit Scri-
pturæ sensum, quemadmodum in Verbis Christi περὶ τῆς
ἀποβολῆς τῶν μέλων ab eo factum putarat: Eaque propter
ipsum in numerum τῶν παρακυσσόντων τῶν λόγων ὑγιᾶς sive
male interpretantium referendum esse. Quod vero ita
de Sixto judicaverit Origenes, id in causa erat, quod
semet in his ipsis sententiis ab eo refutatum sæpe magno
cum dolore cerneret, sicut & Sent. XXXVII. factum.
Id vero tantum abest, ut Sixtum deprimat, ut potius
eundem evehat, tanquam PRIMUM, qui deliriis
Adamantii obicem poneret.

XXXIV.

HABES, INQUAM, IN TE ALIQUID, QUOD
 SIMILE DEO, ET IDEO UTERE TE IPSO
 VELUT TEMPLO DEI PROPTER ILLUD,
 QUOD IN TE SIMILE EST DEO.

Hic

Hic sane vellem Sixtum expressius locutum, & designasse, quid illud sit ὁμοιον Θεῶ in nobis: quod cum non fecerit, videndum, an mentem assequi valeamus. Notum est, virum hunc sapientem scripsisse tempore, quo Persecutiones flagrabant, quove Θεοπνεύσεως Christianorum libris non nisi flamma parabatur. Ex quo ipsi ita scribendum erat, ut Christiani sub occultatione quadam & κρύψεσ dogmatum nihilominus confirmarentur; Gentiles autem tecta & insensibili quadam ratione sensum ad veritatem, non destituendi paulo post majori luce, traherentur. Ita vero ille tempori serviens, & Oeconomica quasi ratione nonnulla, non prorsus plana, scripsit, quæ alio tempore apertius dicturus erat, quod hic fecit. Putamus vero de Spiritu Sancto, hominem ut templum inhabitante, deque obsequio ipsi præstando locutum esse. Ad quam opinionem deducor, quum continentiam Patrum quorundam perpendo, qui, ne sibi πολυθείας crimen, quod tamen profligabant, objiceretur, & parcius de Spiritu Sancto & continentius locuti sunt. Idque eo usque fecerunt, quoad per Macedonios & ὑπόστασις & ὁμοσιὰ pertinacius in dubium vocaretur, a quo tempore, quum jam aures hoc dogma ferre possent, ipsi dogma illud sollicitius defenderunt, Spiritumque S. ut omnino Patri & Filio ὁμοσιον assererunt. Ita igitur Sixtus juxta Rufinum Spiritum S. Θεῶ ὁμοιον dixit; Attamen quæri possit, an eam modo ὁμοιότητα ipsi tribuerit, qualem Ariani Filio Dei? An perfectissimam, qualem etiam alicubi Orthodoxi Patres tenuerunt, quam tamen scandali evitandi causa cum ὁμοσιὰς voce recte commutarunt. Et sane illuc flecto, ut censeam hanc ὁμοιότητα absolutissimam Spiritui Sancto a Sixto tributam. Etenim quando Gnome XLIII. de Affini-

*Est in homi-
ne aliquid
Deo simile.*

fimi-

similatione hominum cum Deo, aut ὁμοιότητος studio verba facit, agnoscit, *hominem perfectam similitudinem assequi non posse*: Quum vero in præsentî thesi XXXIV. absque aliqua moderatione ait: Hominem habere aliquid simile Dei, quod in ipso tanquam templo sit, qua ratione & Paulus loquitur; sequitur quod per τὸ ὅμοιον Θεῷ Sixto alicubi designetur similitudo talis, qua perfecta prorsus ratione sit similis Dei: alicubi vero talis, qua ad illam ὁμοιότητα pergat, similisque sit, etiamsi non consummata plane ratione id assequatur. Quod si vero alicui id difficile, ac minus etiam Martyri decorum videatur, ita de Spiritu Sancto locutum esse, is ad alteram interpretationem confugiat, statuaturque ipsum per τὸ ὅμοιον Θεῷ spectasse ad Mentem renovatam, quæ tanquam Spiritus S. κτίσις, absque dubitatione aliqua hoc Titulo a Sixto mactata dici potest, quum prior nonnullas contradictiones admittat. v. Gn. 458. & 474. τὸ πνεῦμα τῷ ἡῶ τῶις συμμόρφοις ἐφιστάνει. Orig. c. Cels. 8. 390. Opponere voluit hanc Thesin Stöicis aliisque Philosophis sentientibus, quod homo a natura fontem aliquem bonitatis in se habeat. Sic enim Antoninus L. VII. "Ἐνδον ἡ πηγὴ τῷ ἀγαθῷ. "Ἐνδον βλέπει. Id alii σπέρμα dixerunt. Alii, τὸ ἡγεμονικόν τὸ ἐν ἡμῖν Θεῖον τὸ ἔνδον ἐγκεκρυμμένον. Quæ quum ambigua essent, Sixtus Apostolica Phrasi Christianisq; nota usus, satis indicavit, quid illud sit simile, quod templum suum inhabitaret. *add.* Sent. 458.

XXXV.

LIBERTATEM ARBITRII SUI PERMISIT
DEUS HOMINIBUS SINE DVBIO, VT
PVRE ET SINE PECCATO VIVENTES
SIMILES FIAN'T DEO.

Hæc

Hæc thesis inter partes commode dividatur, quarum *Libertas Arbitrii ad bene vivendum data.*
 prima statuit. 1) Libertatem arbitrii Deum hominibus sine dubio permisisse 2) idque ut sine peccato viverent 3) ut similes fierent Deo. Quantum ad priorem pertinet, existimo illo, quo Sixtus vivebat, ævo, quod Pelagiano veneno, aut saltem propinatione illius adhuc carebat, eum non modo ita scribere potuisse, sed etiam debuisse. Poterat sane ita scribere de homine jam renato, credente, & Electo, quem sibi magis magisque perficiendum sumsit, quippe in quo vires Liberi arbitrii restaurantur; & debebat ita scribere adversus hos, qui omnes hominum actus a Fato Stoico quasi imperari statuebant, quo dogmate asserto, necessarium, hominem ad bonum æque atque malum ἀκρίτως & vi veluti illata cogi. Quod quum absurdum sit, atque Numen hac ratione excusari non queat, quominus suo nutu peccata patrentur: ideo ante Sixtum aliqui, interque eos Bardesanes, Libertatem arbitrii a Deo concessam acriter defenderunt, postque ipsum Eusebius de Præp. Ev. L. III. c. VI. p. 241. quo omnia contra Fatum argumenta collegit, interque alia graviter locutus, inquit: Si humana cogitationes atque sententiæ, vi quadam inenarrabilis necessitatis aguntur, οὐχίσεταί σοι φιλοσοφία, οὐχίσεταί καὶ εὐσεβεία, ἔδὲ τις ἔση ἔπαινος ἀρετῆς, ἔδὲ τις θεοφιλίας ἔδὲ τῶν ἐν ἀσκήσει πόνων καρπὸς ἐπάξιος, ἀνάγκης, καὶ ἐμαρμένης τὴν αἰτίαν πάντων ἀναδεδειγμένης. Quod ad secundam partem pertinet, fuit utique illa perennis Dei voluntas, eaque adhuc perstat, etiamsi homo perfectam ab errorum insultu, quoad carne irretitus, liberationem non assequatur. Id enim perpetuo Spiritus inculcat: ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Θεοῦ, τηρεῖ ἑαυτὸν καὶ ὁ πονηρὸς ἔχ' ἄπτεται αὐτῷ. I. Io. V. Tertiam vero partem per omnem Scripturam jure suo atque
 T
 fine

sine labe urget, quum ipsi Apostoli hunc ultimum stadii nostri Finem atque scopum constituerint.

XXXVI.

REVEREATUR VITAM TVAM MVNDVS. NI-
HIL ADMITTAS, QVOD TIBI INVE-
HAT NOTAM.

*Vita fit Ve-
nerabilis.*

Sacra Servatoris λείψανα vides, quæ & Mathæus servavit c. V. 19. λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν οὐρανοῖς. & I. Petr. II. 12. Τὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἔχοντες καλὴν, ἵνα ἐν ᾧ καταλαλῶσιν ὑμῶν, ὡς κακοποιῶν, ἐκ τῶν καλῶν ἔργων ἐποπτέουσιν, δοξάσωσι τὸν Θεὸν ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς. Id ipsum est, quod D. gentium præco in commendatione τῆς σεμνότητος suadet, cum sancta isthæc, quam de se spargit pietas, existimatio non parum operæ ad ipsam ambiendam præstet.

XXXVII.

MALE VIVENTES, QVVM E CORPORE DI-
SCCESSERINT, CRVCIABIT MALVS DÆ-
MON, VSQVE QVO ETIAM NOVISSI-
MVM QVADRANTEM EXIGAT AB EIS.

*Improbi
æternum af-
figuntur.*

Quis hic non videat, Parabolam a Servatore adhibitam & explicari, & retineri. Math. v. 26. ἢ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδώσῃ τὸν ἕχρατον κοδράντην. Ne vero putet, ipsum cum Origene Finem pœnarum statuisse, ad Gnomen XIII. retrospiciendum erit.

XXXVIII.

BEATVS VIR, CVJVS ANIMVM NEMO RE-
PREHENDIT AD DEVM EVNTEM.

S. Io-

S. Ioannem exprimit, qui duplicem animæ statum proponit, i. Io. III. 20. 21. Primum, quoad absque Deo & fide & gratia, in quo statu non nisi κατ'ἀγνοσίαν & αὐτοκατάκριμα. Alterum, quo in Fide & gratia, in quo statu ἔστιν κατ'ἀκριμα. Rom. VIII. 1. sed mera παρρησία. Quia omnis κατηγορία sublata. Rom. VIII. 33. perfectaue deletio. Col. II. 14.

Irreprehensibilis est beatus.

XXXIX.

QUICQUID SVPER OMNIA HONORAVERIS,
HOC TIBI DOMINABITVR.

Nihil hic nisi doctrinam Servatoris & Pauli vides, quorum quisque & de Dominio Peccati & gratiæ graviter locutus. Christus Io. VIII. 34. Ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δῆλός ἐστιν τῆς ἁμαρτίας· ὁ δὲ δῆλος ἔμενει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα. Paulus Rom. VI. 16. 17. 18. Ὁὐκ οἶδατε, ὅτι ᾧ παρεσῆκατε ἑαυτοὺς δέλοισ εἰς ὑπακοὴν, δέλοισ ἔσε, ᾧ ὑπακούετε, ἢ τοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην· χάρις δὲ τῷ Θεῷ, ὅτι ἦτε δέλοισ τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδασχῆς. Ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐδελώθητε τῇ δικαιοσύνῃ. Adde Rom. V. v. 14. 17. 21.

Quod quisquis eligit, id ipsi dominatur.

XL.

DEVM ERGO HONORA SVPER OMNIA, VT
IPSE DOMINETVR TIBI.

Poscit hic omnino amorem ea conditione, qua Deus eundem flagitavit sine commixtione alterius, & κολληθεῖ vera exhibitum, vicissimque promittit Μονήν a Servatore prædictam. Ὁς τὸν λόγον με τηρήσει, ὁ πατήρ μὲν ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσωμεν. Quid hic gentile, aut Pythagoricum?

Ergo Deus, ut summum Bonum, eligendus.

XLI.

SI AVTEM DOMINATVM TVI GERIT DEVS,
ITA TV DEMVM DOMINABERIS OMNI-
BVS.

*Cui domi-
natur Deus,
is domina-
tur omnibus.*

Nempe hoc dominium in omne, quod hominem vult
δελαγωγῆν, Deus imperavit Gen. IV. & Paulus optavit
I. Cor. IV. 8. & Rom. V. 17. & Servator promisit. Neque
etiam Sacerdotium regale, sine illo in peccata & quas-
vis tentationes imperio, regium aliquid, sed nomen
inane foret.

XLII.

HONOR SVMMVS SCIRE DEVM, ET IMI-
TARI.

*Scire Deum
summus ho-
nor.*

Utraque thesis Oraculis nostri Servatoris conveniens.
Io. XVII. v. 3. *αὕτη δὲ ἔστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε
τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν χριστόν.* Jam
ut Joannem ita interpretantur Veteres, quod sub *ἐνότη-
τος* vocabulo *εἰς μίαν ἐνότητα τὴν ἀγίαν τριάδα* collegerit:
Cur non Sixtus Joanni innitens eadem interpretationis
benignitate fruatur? Epiph. Hær. 62. Imitationem Pa-
tris cœlestis ex Verbo & Exemplo Servatoris quis ne-
scit? Nec aliud Exemplum nisi præstantissimum fisci po-
terat, quum & Profani Doctores suaderent in Imita-
tione optimum quodque sibi proponendum esse. v. Arist.
de Arte Poëtica. v. Eph. V. I. *γίνεσθε ἕν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ,
ὡς ἀγαπητὰ τέκνα.*

XLIII.

SIMILE QUIDEM DEO PER OMNIA NIHIL
EST; GRATA TAMEN EST EI INFERI-
ORIS, PROUT POSSIBILE EST, IMITA-
TIO.

Theſis

Thesis I. stabilitur Ps. XXXV. 10. Κύριε, κύριε, τίς ὁμοίός σοι. Quo loco interpretes Græci recte observarunt, omnia in Deo esse ἀπαράβλητα incomparabilia. Ποίησάμαί τὴν ὁμολογίαν, τὸ ἀπαράβλητόν σε ἐκθειάζων. Theod. Heracl. p. 626. & Dionys. L. de div. Nomine C. IX. §. 6. & 7. Ὅμοιον, αὐτὸν δὲ ὁμοιότητα θεῖον δωρεῖσθαι τοῖς ἐπ' αὐτὸν σφερόμενοις τῇ κατὰ δύναμιν μιμήσει τὸν ὑπὲρ πάντα νῦν καὶ λόγον. Quæ verba plane illustria sunt, ostenduntque vel Sixtum præter Scripturam ex Dionysio, vel quod potiori fide dixerim, Dionysium suæ sententiæ pondus & ipsa verba e Sixto depromsisse. Fuit enim Sixto posterior. Thesis IIda ex antecedentibus liquet.

XLIV.

TEMPLUM SANCTUM EST DEO MENS PIA,
ET ALTARE EST OPTIMUM COR MUN-
DUM ET SINE PECCATO.

Meras hic divinæ veritatis scintillas vides. Profecto Paulus non aliter mentem piorum quam sub divini templi spectaculo consideravit. Eph. II. 22. πᾶσα οἰκοδομὴ αὐξῆι εἰς ναὸν ἅγιον ἐν κυρίῳ. Ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε, εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι. 1. Cor. VI. 19. οὐκ οἴδατε ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματος; 2. Cor. VI. 16. Ὑμεῖς γὰρ ναὸς Θεοῦ ἐστε ζῶντος, καθὼς εἶπεν ὁ Θεός, ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω. Ante Paulum Servator, quum de inhabitatione S. Triados verba facit; Ante Christum, David Messia Spiritu agitatus. Ps. LI. 18. 19. 21. add. Math. V. 8. Quum ex adverso impuri projiciantur. Apoc. XXII. 15. Totus postea in hac similitudine fuit Hermas Pastor, ut posteros taceam.

T 3

HO-

XLV.

HOSTIA SOLI DEO EST ACCEPTABILIS, BENEFACERE HOMINIBUS PRÆ DEO.

Hostia Deo gratia benefacere.

Ex hymno Davidis IV. depromptum video. *Θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης.* Omnes autem antiqui interpretes hic per *θυσίαν*, τὴν δικαιοσύνην καθ' ὅλας, seu universalem justitiam notant ut *Theod. Heracl.* quæ per omnes hominum actus se diffundit: sive *δικαιοπραγίαν* ut Chrysostomus. Tum vero Apostolus Jacobus figillatim beneficentiam erga egenos tanquam *θυσίαν* Deo gratam sistit: *Θρησκεία καθαρά καὶ ἀμίαντος παρὰ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ αὐτῆ ἐστίν, Ὁρφανὸς καὶ χήρας ἐπισιπέτεσθαι ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν.* Singularem plane Emphasin *Oecumenius* in voce *θρησκείας* quaesivit, quæque ad amplificandam Sixti thesin multum conferret, quam meam non facio. Certum vero est Apostolum Petrum sub *θυσίων πνευματικῶν* nomine hanc beneficentiam intellexisse. 1. Petr. II. 5. Quando diversa harum significationum genera & illo & sequenti capite explicuit. Paulus Phil. IV. 18. Beneficentiam *σεμνήν εὐοδίαν, θυσίαν δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ* nominavit.

XLVI.

DEO GRATIAM PRÆSTAT HOMO, QUI IN QUANTUM POSSIBILE EST, VIVIT SECUNDUM DEUM.

Vivendum secundum Deum.

Hæccina Paulina an Philosophica sunt? Nos prius æstimamus. Paulus hortatur hominem, ne sibi vivat ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι 2. Cor. V. 15. Rom. XIV. 7. *εἰδὲς γὰρ ὑμῶν ἑαυτῷ ζῆ, καὶ εἰδὲς ἑαυτῷ ἀποθνήσκει, εἴαν τε γὰρ ζῶμεν τῷ κυρίῳ ζῶμεν, &c.* Sic igitur vita requiritur Deo sacrata ad

ad voluntatem Dei plane composita. Eph. IV. 24. Ἐγ-
 δύσαθε τὸν καινὸν ἄνθρωπον τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα. Quod
 & summo studio faciendum cum Sixto Scriptura S. do-
 cet, cum πάντα ἐν λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐν ὀνόματι κυρίου facienda
 suadet.

XLVII.

DEUS QUIDEM NULLIUS EGET. FIDELIS
 AUTEM DEI SOLIUS. n)

Quid nisi Scripturae verba audis? In ipso enim omnis *Fidelis soli-*
 Abyssus. Rom. XI. 33. Ὡ βάθος πλέτους καὶ σοφίας! Ejus *us Dei eget.*
 πλήρωμα omnem πλῆτον, μήκος, βάθος, ὕψος superat. In
 Deo πάντων πλήρωμα. Omnia ὑπερεκπερισσεύονται Eph. II. 7.
 Eph. III. 20. Ergo nullius eget. Fidelis autem solius
 Dei, quia in Deo omnia habet. Hanc in solo Deo ac-
 quiescentiam David. Pf. LXXIII. 25. 26. Τί γάρ μοι ὑπάρ-
 χει ἐν τῷ θρανῷ, καὶ παρά σοι τί ἠθέλησα ἐπὶ τῆς γῆς; ὁ Θεός
 τῆς καρδίας μου, καὶ τὸ μέρος ὁ Θεός μου, εἰς τὸν αἰῶνα. Ad
 quae verba pulchre *Theodorus Heracl.* ἐ τῶν ἄνω, ἐ τῶν
 κάτω τινὸς ἐφίεμαι ἑτέρου, ἀλλ' ἢ σὺ μόνου.

XLVIII.

ÆMULATUR IGITUR ILLUM, QUI NULLIUS
 EGET IS, QUI IN PAUCIS REBUS NE-
 CESSARIIS INDIGET.

Id Paulus in Praxi exhibuit ad Philippenses: Ἐγὼ γὰρ *ὁ αὐταρκῆς*
 ἔμαθον ἐν οἷς εἰμι αὐταρκῆς εἶναι. Ὅτι οἶδα δὲ ταπεινωθῆναι, οἶδα *emulatur*
 καὶ περισσεύειν ἐν παντί καὶ ἐν πᾶσι μέμνημαι καὶ χορτάζε- *Deum.*
 θῆναι καὶ πεινᾶν, καὶ περισσεύειν καὶ ὑπερεἶθαι. c. IV. 12.

XLIX.

n) Paris. Lugd. & Gal. hanc & sequentem conjungunt.

XLIX.

SATIS o) AGE MAGNVS QVIDEM ESSE APVD
DEVM, APVD HOMINES VERO INVIDI-
AM FVGE.

*Deo ut pla-
ceas studen-
dum.*

Nempe talem magnitudinem intelligit, ad quam Deus evehit amatores suos, quos facit *αυξάνειν τὴν αὐξήσιν Θεῶν*. Neque enim illud *αἰζίωμα* perdendum aut turpiter profligandum est. Est inter Promissa Servatoris non minimum, *μείζονα* esse ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν ἔρανῶν Math. XVIII. comminationum non minima *ὀλίγιζον κληθῆναι*. Utrumque autem una cum modo assequendi Math. V. 14. exponitur. Magnitudinis nempe per *διδασχὴν καὶ πόησιν τῶν ἐντολῶν τῶν Ἰησοῦ*: Depressionis per *λύσιν μιᾶς τῶν ἐντολῶν*. Quum autem magnitudo apud Deum obtineatur absque inanium specie, eaque satis sit ad omnem felicitatem, ex adverso magnificentia in oculis mortalium evitanda, quippe cuius non aliud emolumentum nisi invidia. Vitanda autem duplici modo 1) ne excitetur apud alios 2) neve etiam intra nos foveatur. 1. Petr. II. 1. Jac. III. 2. IV. 2.

L.

SI BENIGNVS SIS p) APUD INDIGENTES,
MAGNVS ERIS APVD DEVM.

*Benignus,
magnus Deo.*

Quicquid Davides omnesque veritatis divinæ nuncii benignis miserorum opitulatores promiserunt, id unico magnitudinis vocabulo conclusit Sixtus. v. Pl. CXII. ubi v. 9. *Τὸ κέραις αὐτῶν ὑψωθήσεται ἐν δόξῃ* ita *Hesychius* explicat: *ὑψῶται τοίνυν ἐν δόξῃ κατὰ τὸν αἰῶνα δηλονότι τὸν μέλλοντα, πῶς ἔχει μεγέθους καὶ δόξης φανερόμενον*.

LI.

o) Par. & Lugd. *Satage*.
p) Paris. Lugd. *erga*.

LI.

SAPIENS VIR, CUJUS VIVENTIS QUIDEM
PARVA EST APUD HOMINES OPINIO,
DEFUNCTI VERO GLORIA PRÆDICA-
TUR.

Hac Gnome expressa sunt, quæ David Ps. CXII. 6. Sa-
lomon Prov. X. 7. & Sap. Liber c. 8. v. 13. magna elegantia *Sapiens glo-
riosus post
Mortem.*
de superstite bonorum gloria prodiderunt. Etsi enim su-
prema illorum felicitas in ea nominis laude non confi-
stat, est tamen quasi quædam virtutis remuneratio, len-
to gradu accedens, nec tamen inanis, quum ad inflam-
mationem aliorum cedat. v. Seneca.

LII.

OMNE TEMPUS, IN ^{q)} QUO NON DE DEO CO-
GITAS, HOC PUTA TE PERDIDISSE.

Id *ισαγγελία*, quam optamus, omnino poscit. Qui *Semper de
Deo cogitan-
dum.*
quum omni tempore Supremi Patris ora vultusque spe-
ctent, ita nos profecto in eandem quærendæ volupta-
tis in Deo societatem trahant. Fecit autem Davides,
quod Sixtus statuit Ps. LXIII. 7. Ἐμνημόνευσόν σε ἐπὶ τῆς
προμῆς μου, καὶ ἐν τοῖς ὄρθροις ἐμελέτω εἰς σε. Pulchre The-
odoros: Τὸν ἡδίστον ὕπνον ἀπεβαλόμην κατ' ἐκάστην φυλακὴν
τὴν σὴν ἔχων μελέτην· εἰδὲ πρὸς βραχυτὸν λογισμὸν ἀποσηῆσαι
δύναμαι τῆς σῆς μνήμης ἀλλ', ὅσον τινὶ κόλλη τῷ σῷ πόθῳ προσ-
δίδεμαι, καὶ ἐφίεμαι ἀχώριστον ἑμαυτὸν κατασηῆναί σε. p. 233.

LIII.

CORPUS QUIDEM TUUM INCEDAT IN
TERRA, ANIMUS AUTEM SEMPER SIT
APVD. DEVM.

U

Bre-

q) In Parisina Lugd. & Gal. deest in.

Breviter expressit quæ Paulus 2. Cor. V. 6. 7. 8. ubi omnino adstruit Sixtinam sententiam, quod ἐνδημία ἐν τῷ σώματι, sit ἐνδημία ἀπὸ τῆς κύβητος. Interim tamen probat illud piorum desiderium, quo optant ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν κύριον. Cum enim racemus fructum ferre non possit, nisi maneat in vite, ita nec animus, nisi maneat in Deo. Quod Servator τῆς Μονῆς vocabulo sæpe repetito persuadere voluit. Et quis non dicat Sanctum Pontificem obviam ire voluisse his, qui tam frigidam sibi amicitiam hominum erga Deum fingunt, ut semel in vita Deum cogitasse, sufficere statuunt.

LIV.

INTELLIGE QUÆ SUNT BONA, UT BENE AGAS.

Ex intellectu Boni, Bona Actio. Quum bene nihil agi possit sine cognitione & intellectu boni, γνῶσιν & intellectum necessario commendat. Fides enim & ἔργον, & obedientia fidei non tanquam a cæcis poscuntur. Unde id fecit, quod Paulus, qui cognitionem & γνῶσιν ἐκ γνώσεως magno fervore flagitavit in omnibus quas scripsit Epistolis. Rom. XV. 14. Fidemque cum cognitione perpetim conjunxit; idque non in uno, sed omnibus credendorum capitibus Phil. I. 9. Ex quo fluit, Sixtum Fontes seu thesauros, e quibus cognitio petitur, omnibus esse referandos statuisse; quomodo enim cognitionem poscere potuisset, si negasset clavem, & ab aditu arcuisset. Hoc ipso autem, omnino damnavit eos, qui posteris temporibus aut clavem sustulerunt, aut cognitionem inanem, inutilem, noxiam, ignorantiam vero multo feliciorum, inepte, malitiose & fraudulenter statuerunt, quorum & nomina & perverse dicta videas apud Hexapl. Aut. ad Constitutionem.

T. I.

T. I. V. Photius Ep. 194: Μελέτη μὲν μήτηρ εὐπραξίας ὁρμηδ' ἀπερίσκεπτος ἐγγὺς ἀμαρτίας. Οὐ χρὴ τοιγαρῶν ἀφέντας τὸ βελέμεθα ἐπ' ἐκεῖνο δραμεῖν, δι' ἑ μετατρεῖ μηδὲν, ὧν σπευδάζομεν ἀνύειν καὶ ἀνόσις ἔλεγχον ἀλισκόμεθα διδόντες.

LV.

BONA COGITATIO HOMINIS DEUM NON
LATET, ET IDEO COGITATIO TUA
PURA SIT AB OMNI MALO.

Id omnes omnino divini Vates agnoscunt, Deum esse *Cogitatio sit*
καρδιογνώστην, qui non ex conjecturis & divinationibus *pura.*
humanis, sed divina & ineffabili παντογνωσία intima et-
iam cognoscat, quod coram ipso πάντα γυμνά καὶ τετρα-
χηλισμένα. Act. I. 14. Act. I. 14. Act. XV. 10. Rom. II. 15.
Ebr. IV. 12. A qua ne status quidem Exinanitionis Chri-
stum exclusit, quin omnia nosset, neque ἐκπόρευσις Spiri-
tum S. ut non τὰ βάθη τῆς θεότητος scrutaretur, ac ho-
minum tecta scelera manifestaret. Ex quo fluit, quod,
cum occultationum tenebræ coram Deo tenebræ non
sint, ne intra animæ penates quidem, ulla malitia ac per-
versitas debeat foveri.

LVI.

DIGNUS ESTO EO, QUI TE DIGNATUS EST
FILIVM DICERE, ET AGERE OMNIA
QUASI FILIVS DEI.

In omni Pythagoræ sapientia talis thesaurus non depre- *Vivendum*
henditur, qui nos τῆς υἰοθεσίας certiores reddat. Hoc *ut Filios Dei*
ad Mysteria, sed revelata pertinet. Christus igitur pri- *docet.*
mum Math. V. 45. Joh. I. 12. atque ex illius ore Joan-
nes Apostolus I. Jo. III. I. illud docet; ὁ πατήρ ἡμῶν δέδω-
κεν, ὅτι τέκνα Θεῶ κληθῶμεν. Et quis dubitet Sixtum de

omni υιοθεσίας beneficio, quod ad nos venit, quoque modo illud conferatur, edoctum esse. Unde non satis erat dixisse, nos factos filios Dei, idque per amorem divinum sine merito nostro; sed & requiri, ut omnia agantur, a nobis tanquam filiis Dei, quod rursus e Joanne depromsit: Καὶ πᾶς ὁ ἔχων τὴν ἐλπίδα τὴν ἐπ' αὐτῷ ἀγγίζει ἑαυτόν. Augustinus: Qui vocantur & non sunt, quid prodest illis nomen?

LVII.

QVOD DEVM PATREM VOCAS, HVJVS IN ACTIBVS TVIS MEMOR ESTO.

Es qui Patrem in caelo habent.

Divum Apostolum Petrum exprimit: 1. Pet. I. 17. καὶ εἰπατέρα ἐπικαλεῖσθε τὸν ἀπροσωπολήπτως κείμενον κατὰ τὸ ἐκάστου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀναστρέφετε. Et quid si in mente fuerit illa Legislatoris ad populum objurgatio? Deuter. XXXII. 18. Θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες, καὶ ἐπελάθῃς Θεῶ τῶ τρέφοντός σε.

LVIII.

VIR CASTVS ET SINE PECCATO POTES-
TATEM ACCIPIT A DEO ESSE FILIVS
DEI.

Abstinens a Peccato est Filius Dei.

Sine dubio notat purificatos per fidem in Christum καὶ δικαιωθέντας. Non propria virtute id sibi pollicentes, quia σαρκὸς θῆλημα eo usque non pertingit. Ceterum constat ipsum τῆς ἀναμαρτησίας voce non nisi ad ὑποτύπωσιν Joanneam usum esse, cujus vestigiis semper inhaeret. Respexit praeterea ad fructus & operationes τῶν ἀναγεννηθέντων. Hi enim sanctitate & justitia φανεροὶ γίνονται, quod sint filii Dei, quando vicissim ex injustitia reliquorum palam fit, quod sint τέκνα τῆς Διαβόλου. Jo. III. 10.

LIX.

LIX.

BONA MENS CHORVS EST DEI.

Ut Paulus ex Theatris & Stadiis multa depromsit, & *Et chorus* ad res sacras accommodavit, idem sibi licere Sixtus *Dei.* putavit, deque bona anima dixit, quod sit Chorus Dei. Quid chorus sit ex Polluce optime constat, nempe Scena vel lætis vel tristibus etiam spectaculis exhibendis aperta. Innuit autem bonam hominis animam esse scenam seu theatrum in quo ipse Deus habitet verseturque, illudque pace & gaudio Spiritus S. repleat, qua ratione & Paulus Spiritui S. χορηγίαν adscripsit. Nec tamen negari potest, Sixtum bonæ animæ tribuisse, quod ipsa veluti Choros ageret, Deumque delectaret agendo ea, quæ α μιμηταῖς τῷ Θεῷ peragi debent. Illa etiam voce Paulus de se aliisque apostolis utitur, quod παράδειγμα & θεάτρον facti sint, angelis & hominibus. Idem Pollux IX. c. V. de Part. Marit. Ἐκάλεν δὲ τὸ διδασκαλεῖον καὶ χορὸν, ὅποτε καὶ τὸν διδάσκαλον τὸν χορηγὸν, καὶ τὸ διδάσκειν τὸ χορηγεῖν. Fortasse huc respexit Sixtus; profecto enim anima est διδασκαλεῖον Θεῷ. Mihi potior videtur interpretatio prior. Ceterum cum noluerit Rufinus eam interpretari, imbecillitatem ejus inde videas, qua factum, ut in multis aliis sine dubio cespitaverit, & lubrica versione gravissimo Philosopho aliquam labem contraxerit. Seneca Ep. LXXIV. hac voce usus: *de Choro dico, quem veteres Philosophi noverant.* Ad quæ Lipsius: *Quid Philosophis cum Choro? Mihi aut vox insititia est aut mutanda.* Miror hanc Lipsii interpretationem, quam quivis non tali fastu præditus calleat.

LX.

MALA MENS CHORVS EST DÆMONVM MALORVM.

U 3

Ante-

Impius, Chorus Diaboli.

Antecedens hanc explicat; neque quisquam, puto, temere negabit utramque veram esse. Malam mentem esse *χόρον* seu *διδασκαλεῖον* malorum geniorum, qui magno stabulantur numero apud impios, testis Luc. XI. 26. Math. XII. 45. & grata Diabolis præbere spectacula, & juxta illius voluntatem facere. Jo. VIII. 44. Et sane Veteris ac Novi Testamenti scripta hanc ipsam Thesin confirmant. Es. XXXIV. 13. *Καὶ ἔσαι ἐπαύλεις Σειρήνων καὶ αὐλὴ Στραθῶν.* ad quæ Scholiastes *Σειρήνας* καλεῖ τὰ ἐν νυκτὶ *θρηνώθη φωνὴν ἴεντα τῶν πτηνῶν, μονονεχὶ κατολολύζοντα, οἶον ἢ γλαυξ καὶ τὰ εἰκότα.* Apocal. XVIII. 2. de præcipitata Babylone: *Ἐγένετο κατοικητήριον δαιμόνων, καὶ φυλακὴ παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου, καὶ μεμισημένον.* adde Luc. XI. 25. Luc. VIII. 30. Luc. XXII. 3. Jo. XIII. 27.

LXI.

INJUSTVM SI INHIBEAS AGERE INJUSTE,
HOC EST SECVNDVM DEVM PVNIRE.

Vera Castigatio qualis?

Ad Spiritus S. mentem docet, quod errans vel studio peccans sit corripendus, quodque illa correptio sit secundum Deum punire. Math. XVIII. 15. Luc. XVII. 13. Eph. V. 11. Tit. I. 13. Hæc autem pœna *κατὰ Θεὸν* a Sixto appellatur, non quæ in afflictione corporis peragitur, a qua ipse quidem alienior esse videbatur, sed qua *ἀνίμω* eo adigebatur, ut a peccato cessaret, nec amplius peccare vellet. Tale enim genus coërcitionis Deus exercuit in Abimelecho & Esavo licet graviora meritis. Pulchre de Elencho Photius. Ep. 200. *Ἐλεγχος ἀκράτους εἰς δύο περιίσαται τὰυτά· ὁ μὲν βέλεται ποιῆν, ὁ περαινει· καὶ οἱς μὴ βέλεται, περιπίπτει, βέλεται μὲν γὰρ εἰς μετανοίαν*

νοίαν

νοϊαν τὸν ἐλεγχόμενον ἀγειν, ἀλλὰ τὸτο μὲν ἐκ ἐξουίας· περιί-
 σαται δὲ αὐτῷ τὰ τῆς σπυδῆς εἰς τεναντίον· ἐκτραχύνει γὰρ
 μᾶλλον καὶ εἰς ἀπόνοιαν περιτρέπει· ἑαυτὸν τε δίδωσι νομιθεῖ-
 ναι, ὡς ἐχὶ Φιλανθρώπων γνώμη, καὶ συμπαιθεῖ διαθέσει, ἐπι-
 χαιρεκακῆντα δὲ τῷ πταίσματι τῷ πλησίον τοῖς ὀνειδέσιν ἐπεμ-
 βαίνειν.

LXII.

SATIS AGE NON VIDERI, SED ESSE JU-
 STUS.

Convenit cum omnibus iis dictis, quæ Hypocrysin, *Qualis vide-
 ri vis, talis
 sis.*
 virtutes extra apparentes, μόρφωσιν prohibent, viceque
 versa virtutes veras, ab interno homine profectas po-
 scunt. Προσέχεται ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται
 πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δὲ εἰσι λύκοι ἀρπα-
 γεῖς & Paulus 2. Tim. III. 5. Ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας,
 τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρηνημένοι· τέτρεσ ἀποτρέπεσ. V. Gregor.
 Nyss. T. III. p. 275. περὶ τελειώσεως.

LXIII.

CERTUM EST ENIM NON ESSE EUM, QUI
 VIDERI VULT ESSE.

Possunt enim vero tales Hypocritæ in eam mentis de- *Qui enim
 ceptionem abripi, ut ipsi se habere credant, quod non tantum vi-
 habent, aliosque juxta in eam persuasionem abripiant. detur nil
 Et enim Paulus tales semet ipsos decipere, ait: Ἐι γὰρ est.
 δοκεῖ τις εἶναι τι, μηδὲν ὄν, ἑαυτὸν φρεναπατᾶ Gal. VI. 3.
 addit Theophylactus: αὐτὸ τὸτο δοκεῖν τεκμήριον ἐκφέρων
 τῆς ἑαυτῆ ἔδενίας.*

LXIV.

HONORA QUOD JUSTUM EST, PROPTER
 HOC IPSUM, QUOD JUSTUM EST.

Hanc

*Justum pro-
pter se co-
lendum.*

Hanc Gnomen Philosophicam esse fateor, Socrati, & Platoni & cui non notam? sed num ideo non Christianam? Multa habuere Gentiles, per sapientiam divinam sibi concredita, quæ ad suos fontes recte referuntur. Ita sane Sixtus, quod apud Philosophos reperit, suis merito thesauris adscripsit. Et prima quidem Theseos pars a Scriptoribus S. in unaquaque justitiæ commendatione profertur. Sap. I. I. Ἀγαπήσατε δικαιοσύνην ὅτι κρῖνοντες τὴν γῆν. Altera pars iis in locis, ubi δωροφάγια & αἰχροκερδία interdicitur: Tum quando virtus & sapientia ut perpulchra, & appetenda sistitur. Legi verohic omnino debet Cl. Alex. Strom. IV. ubi Gnosticum nec spei nec metus causa Justum diligere ostendit, sed propter ψιλὴν κλησιν, & propter id quod Justo adhæret ὄντως καλὸν καὶ αἰρετὸν. Quod nisi fecerit, non pro eo haberi posse, qui ἔκων χρησεύεται, sive qui sponte juste faciat

LXV.

NEQUAQUAM LA TEBIS DEUM AGENS IN-
JUSTE, SED NE COGITANS QUIDEM.

*Nil Deo te-
tum.*

Legatur Gnome. LV. cui addantur verba Davidis Psalm. CXXXIX. II. 12. καὶ εἶπα ἄρα σκότος ἐπισκεπάσῃ με, ἀλλὰ ἢ νύξ φωτεινὴ περὶ ἐμέ. Ὅτι σκότος ἐ σκοτιώθησεται ἀπὸ σῆ, ἢ νύξ ὡς ἡμέρα φωτιώθησεται ὡς τὸ σκότος αὐτῆς, ἔτω ἢ τὸ φῶς αὐτῆς. & quod de cogitationibus, id ipsum asseruit de se Deus Deut. XXXI. 21. Hiob. XLII. 2. Τίς γάρ ἐστιν ὁ κρύπτων σε βελὴν φειδόμενος δὲ ῥημάτων καὶ σε ὀιεται κρύπτειν. Ps. XCIV. II. CXXXIX. 2. Thren. III. 60. 61. Ez. XI. 2. 5. τὰ διαβέλια τῆ πνεύματος ὑμῶν ἐγὼ ἐπίσαμαι.

LXVI.

VIR SAPIENS CASTUS ERIT DEO.

Si

Si Textus Græcus præsto esset, sciri posset, an Rufinus *Vir Sapiens Castus.* castitatis vocabulo recte usus fuerit. Nos putamus Sixtum aut τῆς ἀγνότητος aut ἀγιότητος vocem adhibuisse. Non quasi a matrimonio Pium hominem arcuerit, sic enim nemo Christianus esse posset nisi cœlebs; sed ut eam notet sanctitatem, quæ unumquemque a Deo eruditum & Sapientia divina imbutum decet. Talis enim est illa castitas, quam 1. Petr. I. 15. & omnes ceteri Apostoli imperarunt, subque variis Imaginibus descripserunt.

LXVII.

OMNEM SPURCITIAM r) FUGE.

Nemo dubitet τῆς ἀκαθαρτίας vocabulum a Sixto adhibitum fuisse, quam in Phariseis damnavit Christus, etiam si tantum interna esset Math. XXIII. Eandem vero simul proscripsit Paulus, dum ad externum progreditur corpus, quod noluit a Spurcitia subigi, & μοιχεία, πορνεία, μαλακία, πλεονεξία ἀτιμαθῆναι, ut βδέλυγμα fiat. v. Rom. VI. Ubi ex aduerso τῆς μετανοίας remedium offert, & arduam abstinentiæ causam sistit, quia Deus non ad concupiscentiam sed Sanctitatem nos vocavit. 1. Thessal. 3.

LXVIII.

SEMPER DE BONIS LOQUI STUDE.

Paulum sequitur Eph. IV. 29. Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τῆς οὐρῆς ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω. Ἄλλ' εἴ τις ἀγαθὸς πρὸς οἰκονομίαν τῆς χάριτος, ἵνα δῶ χάριν τοῖς ἀκούουσιν. Col. IV. 6. Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ὡς ἄλατι ἡετυμένον.

X

LXIX.

r) Paris. Spurcitiem

LXIX.

LIBIDINEM VINCE CORPUS CONTINENS
IN OMNIBUS, QUIA EX DELICHIIS ET
VOLUPTATIBVS NON EFFVGIET SPVR-
CITIEM.

Continentia studendum. Simile aliquid Pythagoras dixit ap. Stob. Serm. V. p. 64.

Κρατεῖν δ' ἐδίξεο, τῶνδε

Γαστρός μὲν πρώτισα καὶ ὕπνου, λαγνείης τε καὶ θυμῶ. Ceterum nobis denuo Corypheum Apostolum loquentem exhibuisse videtur I. Petr. II. II. Ἀγαπητοὶ, παρακαλῶ ὡς παροίκους, καὶ παρεπηδήμευ ἀπέχεσθε τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτινες κρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς. Quin immo Paulus in semetipso hanc ἀποχήν exercuisse testatur I. Cor. IX. 27. Ὑπωπιάζω με τὸ σῶμα καὶ δελαγωγῶ. Existi- plane Sixtum hic Libidinis loco ἐπιθυμίαν, & continen- tia loco ἐγκράτειαν habuisse. Ut enim illa omnes in se voluptates continet, sic hæc vicissim omnibus medetur. Quod pulchre admodum Clemens Alexandrinus Strom. L. III. Edit. Pott. p. 5II.

LXX.

VOLVPTVOSVM DEVS NON EXAVDIT.

*Peccator quata-
lis non exaudi-
tur.*

Forte in Græco textu ἀσελγῆντες extitit. Sin vulgatum Ἀμαρτωλῶν vocabulum aut ἀσεβῶν, Esaia Thesiā expref- fit Capite I. 15. & Prov. XV. 18. Jer. II. 14. Quis vero τῶν ἀσελγῆντας impiis non adscripserit? Quare quum βασιλεία Θεῶ plane denegetur πόρνοις, εἰδολολάτραις, μα- λακοῖς, ἀρσενοκοίταις I. Cor. VI. certum est, quod & ex- auditionis gratia tamdiu careant, quoad tales coram Deo reperiuntur. Add. Hiob. XXXV. 13. Prov. XXI. 13. Mich. I. 3. 4. De Litibus, nostra ætate Paschasio Ques- nel-

nellio de precibus Impiorum motis videantur Hexapla
T. I. p. 374. seqq. & 383.

LXXI.

DELITIARUM FINIS CORRUPTIO.

Depromsit ex Paulo Gal. VI. 8. Ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα
ἑαυτῆ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσῃ φθορὰν. v. Eph. IV. 22. ubi vo-
luptatibus serviens φθειρόμενος κατὰ τὰς ἐπιθυμίας dicitur.
Ipsæ vero voluptates, ἀνόητοι καὶ βλαβεραὶ καὶ βυθίζοντες
τὸς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν I. Tim. VI. 9. &
2. Petr. II.

LXXII.

NON VERBUM SED RATIO PRÆCEDAT
ACTUS TUOS.

In Excerptis Pythagoræorum apud Stobæum Serm. III. *Ratio ubi-*
hæc Gnome Samio adscribitur: Βαλέουσ δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως *que præce-*
μὴ μωρὰ πέληται. Πρῆσσε δὲ ταῦτ' ἄσε μὴ βλάβη, λόγισαι δὲ *dat.*
πρὸ ἔργου. Μηδ' ἀλογίως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε. Un-
de & eandem explicat Hierocles Aur. Carm. p. 120.
151. Edit. Needham. Posset & alia addi ex Stobæi Serm. IV.
p. 52. quam suo loco servamus. Sed quid obstat, quo-
minus & hanc sententiam ex Sanctis Scriptoribus, &
sacris potissimum Proverbiis, sæpissime idem inculcanti-
bus hauserit? ut Paulum taceam, qui ad Ephesios V. 15.
jubet, ne ut ἀσοφοί, sed ὡς σοφοί ambulemus.

LXXIII.

PERNICIOSUM EST SERVIRE VITIIS, QUIA
QUOT VITIA HABET ANIMA, TOT ET
DOMINOS.

Referri huc possunt, quæ Sent. XXXIX. jam tum dicta
sunt.

LXXIV.

AMOR PECUNIAE AMOREM CARNALIUM
INDICAT.

Amor Pecunia carnalis Derivationem sententiae apud Paulum invenies i. Tim. VI. 9. Ubi dum ait: Τὸς πλετεῖν βελομένους εἰσπίπτειν εἰς ἐπιθυμίας πολλὰς, idem profecto quod Sixtus adstruxit. Cui enim bono a plurimis opes appetuntur, nisi ut earum subsidio desideriiis pravis satisfacere queant?

LXXV.

ACQUIRE POSSESSIONEM FIRMAM, ANI-
MÆ VIRTUTEM. QUID EST FIRMA
POSSESSIO, NISI VIRTUS AUT VIS
ANIMÆ?

*Virtus pa-
randa.*

Hic Servatorem loquentem intelligis Math. VI. 19. Μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπερ σῆς καὶ βροῦσι ἀφανίζονται, καὶ ὅπερ κλέπται διορύσσοσι καὶ κλέπτουσι. V. & Luc. XII. 32. ubi tales possessiones nominat θησαυρὸν ἀνέκλειπτον, ὅπερ κλέπτου ἐκ ἐγγίσει εὐδὲ σῆς διαφθείρει. V. & Jobi XXXVI. 19. Prov. XXIII. 23. Coloss. III. 1. Syr. XXXI. 8.

LXXVI.

RENUNCIA REBUS CORPORIS, DVM ADHVC
POTES, ET QVANTVM POTES.

*Terrenis re-
nuncian-
dum.*

I. Jo. II. 15. Μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον, ὅτι πᾶν τὸ ἐν τῷ κόσμῳ, ἢ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς καὶ ἢ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἢ ἀλαζωνεία τῆ βίης ἐκ ἐστὶν ἐκ τῆ πατρὸς, ἀλλ' ἐκ τῆ κόσμου ἐστὶ. Huc pertinet ἀπάρνησις seu abnegatio toties totiesque ab ipso Servatore imperata.

LXXVII.

HOC SOLVM TVVM DVCITO, QVOD BO-
NVM EST.

Anne

Anne vero hic Sixti animo infedit summum illud & *Solum bonum expectandum.*
ante omnia collocandum bonum? de quo Christus
Math. XIX. 17. Ἐθεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἰς ὁ Θεός.

LXXVIII.

QUALIS VIS ESSE, DVM DEVM ORAS; TALIS
SEMPER ESTO.

Omnis utique Deo supplicaturus speciem probitatis *Pietas semper & re & gestu exerenda.*
induit. 1. Reg. XXI. 29. Ἐώρακας ὡς κατενύγη Ἀχάβ;
Paulo ante insignes Venerationis & pœnitentiæ actus
ediderat. Ἐπορεύετο κλάιων καὶ διέβρηξε τὸν χιτῶνα αὐτοῦ,
καὶ ἐζώσατο σάκκον ἐπὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ ἐνήσεισε. v. Jo.
Chryf. de Pœnit. Achabi. Nec tamen illa veneratio con-
flans erat, sed πρόσκαιρος, quæ damnatur Ebr. X. 38. 39.
ἐὰν ὑποσείληται, ἐκ εὐδοκῆς ἢ ψυχῆς ἐν αὐτῷ. Hic igitur
mentem suam explicuit Sixtus, quid de iis fit sentien-
dum, qui amorem temporarium, pœnitentiam fluxam,
attritionem inanem defendunt, rectius autem sentien-
tes infaustis carminibus atque feralibus diris proscri-
bunt.

LXXIX.

DUM OPTIMA QUÆQUE ABJECERIS PRÆ-
DIA, TUM PURIFICATUS QUODVIS PE-
TE A DEO.

Possent ea fortassis in deteriore partem trahi, nisi fon- *Post abnega-
tionem meli-
ora petenda.*
tes hujus doctrinæ aperirentur, quos in oratione Chri-
sti, ab omnibus ferme Historiæ Sacræ Magistris repetita,
videbimus. Dixerat Servator apud Matthæum c. XIX.
v. 29. Πᾶς ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν ἢ ἀγρὸς ἐνεκεν τοῦ ὀνόματός
μου, ἑκατοντάπλασιονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει.
& apud Marc. X. 29. Οὐδεὶς ἐστὶν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν ἢ ἀγρὸς

ἐνεκεν ἐμῆ καὶ τῆς εὐαγγελίας, εἰ μὴ λάβῃ νῦν ἐν τῷ καιρῷ τέ-
 τῳ οἰκίας καὶ ἀγρῶς μετὰ διωγμὸν, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχο-
 μένῳ ζωὴν αἰώνιον. Quæ totidem verbis Lucas habet
 Cap. XVIII. 29. nisi quod inter ἀφέσεως causas reponat
 τὴν βασιλείαν τῆς Θεῆ. I. igitur videbat Sixtus a Servatore
 pro illorum temporum ratione flagitatam esse illam
 ἀπόταξιν, propter Nomen Christi, ejusque Evangelium
 & Regnum. II. promissa esse ab eodem etiam in
 præfenti Seculo οἰκίας καὶ ἀγρῶς. III. idque μετὰ τὸν δι-
 ωγμὸν post Persecutionem. Sic enim Codices aliqui le-
 gunt, quos *Heinsius* amplectendos censuit. Jam pro-
 bus ille Philosophus eo tempore vivebat, quo persecu-
 tiones maxime sæviebant, adversus quarum tempesta-
 tes cum animi præparandi, & pectora robustis promif-
 sionibus armanda essent, contra decus utique Agono-
 thetæ sui fecisset, si pollicitationes illas vel aliquo mo-
 do imminuisset. Has enim sartas integrasque sisti pro-
 derat, ut ab *Origene* aliisque factum, qui ætate pari ad
 veritatis tutelam pios cohortabantur. Ceterum ne vide-
 retur sub Prædiorum neglectu tantum polliceri bonum,
 prudenter admodum addidit, *si Purificati fuerint*, per fi-
 dem, quæ ab ambitione aut gloriæ studio liberatos ita
 constitueret, ut tantum propter Christi nomen, & Ev-
 angelium, & regnum, cetera missa facerent. Hanc
 Gnomen *Photius Constantinopolitanus* data quidem ope-
 ra illustrasse, & contra quorumvis, maxime Juliani pro-
 cacitatem defendisse videtur *Epistola 187. ad Christopho-
 rum Spatharium* docta me hercle, Lectorique suo
 abundantissimum præmium redditura.

LXXX.

QUALIS VIS ESSE APVD DEVM, JAM NVNC
 ESTO TALIS.

Re-

Recte Rufinus censuit, Gnomas Sixtinas omni sapientia sic refertas esse, ut uno folliculo innumeræ veluti gemmæ concludantur. Quod præsens sententia ad omnem vitæ Deo sacratæ praxin extendenda declarat. Ceterum mihi promptam cujuscunque virtutis, ad imitationem divinitatis susceptæ, aggressionem suafisse videtur, dissuafisse quamcunque moram atque dilationem, quippe qua maximi & excellentissimi conatus plerumque evertuntur. Magno conatu insignique eloquentiæ vi ante Sixtum id egit *Syracides* Cap. V. 8. Μὴ ἀναμένε ἐπιστρέψαι πρὸς κύριον, καὶ ὑπερβάλλε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. Qui ipse mox rationem exterminandæ procrastinationis addit Cap. XIV. 12. Μνήθητι, ὅτι ὁ θάνατος μὴ χρονεῖ, καὶ διαθήκη αἰδῶς ἔχ ὑπεδείχθη σοι. Quo pertinent omnia Servatoris & Apostolorum monita, quæ vel ταχύτητα vel καιρῶ ἐξαγορασμὸν imperant: tum pulchra Apostoli Jacobi repræsentatio τῶν ἀναβαλλόντων, qui tamen nesciunt, quid postero die sit venturum.

Pietas non procrastinanda.

LXXXI.

DUM DISTRIBUTERIS EA, QUÆ MUNDI SUNT, ET EA DESPICE TANQUAM SCIENS ESSE PRÆTER DEUM s).

Hæc thesis manifestum indicium præbet, Auctorem suum non nisi sanctæ Christianorum doctrinæ & institutis fuisse deditum. Illud vero institutum in eo stabat, ut rebus terrenis nuntium darent, easque in communem Ecclesiæ vel universæ, vel singulorum, & patriæ, ac pauperum usum conferrent. Id quod multi composito ad hilaritatem vultu, sed flexo ad tristitiam animo faciebant, eaque propter opibus projectis instar hami

Semel spreta semper spernenda.

s) In Paris. & Lugd. deest.

ute-

utebantur, cumque dignitatibus Ecclesiasticis potiti essent, innumeris fraudibus repetebant, quæ projecerant. Qua labe cum maximi quique & cum infimis mediis corripentur, Sixtus illud dedecus cernens obviam ivit, animumque a vinculis Proprietatis liberatum, non denuo irretiendum voluit, ratione reddita, quod *ea sint præter Deum*, hominem vero *πιστόν & ἐκλεκτόν* omnia in Deo & reponere & consequi. Potest illa utique Sententia satis approbari, si D. Ap. Petri adversus Ananiam gesta conferras, qui *νοσφιζόμενος* ab iis, quæ tamen Deo sacraverat, gravi supplicio adfectus fuit: tum ex querelis Pauli in Deum effusis: tum quæ postea Claviger ille cœlestis scripsit: *Ἐι γὰρ ἀποσυγόντες τὰ μιάσματα τῆς κόσμου ἐν ἐπιγνώσει τῆς κυρίας καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τέτοις δὲ πάλιν ἐμπλακέντες ἠττῶνται γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔχιστα χείρονα τῶν πρώτων.* Non putandum est Apostolum sub *μιάσμασι* solas voluptates & libidines carnis notasse, sed inclusisse simul ea, quibus perversi homines ad patrandas libidines tanquam proxenetis abutuntur. V. Maximus de Caritate p. 397. n. 23, *Ὁ Θεὸν ἀγαπῶν χρήματα τηρεῖν ἐ δύναται, ἀλλ' οἰκονομεῖ θεοπρεπῶς, ἐκάζω τῶν δεομένων παρεχων.*

LXXXII.

LINGVA MALILOQVA INDICIVM EST MENTIS MALÆ.

*Maliloquus
malus.*

Nescio de *λοιδορία* vel *ὑβρεῖ* Sixtus fuerit locutus. Sed parum inter se differre putandum. Hoc vult, Maledicum semet ipsum prodere, internamque mentis turpitudinem manifestare. Sic Salomon loquitur Prov. XIII. 5. cuius dicti Emphasin Græci non satis expresserunt. V. Prov. X. 19. *Ἐκφέροντες λοιδορίας ἀφρονέσατοί εἰσιν.*

LXXXII.

LXXXIII.

INSUESCE TUAM LINGVAM BENE PROLO-
QVI, ET MAXIME CVM DE DEO SERMO
SIT. t)

Conuenit cum Gn. LXV. addi potest divini Vatis petitio *Lingua af-*
Ps. LI. quam tribus *είχοις* repetiit ad denotandam voti *sueſcat bo-*
gravitatem. *Ἐν τρισὶ εἴχοις λέγει: Παράχθ μοι δέσποτα εὐ-*
φημῆν σε, καὶ ἀνυμνεῖν διὰ γλώσσης καὶ χειλέων, καὶ ἐξαγ-
γέλλειν, ὅτι μοι παράχθες ἀγαθὰ ἐπὶ τῷ καὶ μετὰ εὐφροσύνης
τῶτο ποιῆν. Pulchre Theodorus Herecl. ait, hunc Linguae
bonum usum non nisi per divinam gratiam dari. *Ἀμαρ-*
τία δεσμῆ καὶ ἐμφράττει τὸ σῶμα. Unde verus illius usus *χρη-*
μα θεόσδοτον v. de Consuetud. Nierenb. Ascet. L. IV. p. 431.

LXXXIV.

MALE QUIDEM DEO FACERE u) NEMO PO-
TEST.

Id omnes agnoscunt, Deum esse *ιερόν καὶ ἄσυλον* non so- *Deum Nemo*
lum Jure sed facto & potentia. De quo frustra Princi- *ledere po-*
pes summa potentia nixi gloriantur, illud Numen ex se *test.*
nec ulla alterius ope succinctus habet: semper *ἄβλα-*
πτος, ὀλόσφυρος, ὀλοτελής. Sixtus autem, quod in com-
pendioso scribendi genere fieri solet, quicquid divini
Vates, Prophetæ, Cantores in istam Numinis laudem
cecinere, hoc uno dicto comprehendit, ac quasi Inscri-
ptionem fecit Psalmi XLIII. quo ista Dei ab omni læsione,
& labefactatione immunitas maxime celebratur. vid.
Cl. Strom. 7. 841. adversus Gentiles: *ἦτοι γὰρ βλάπτουσι πρὸς*
ἀνθρώπων αὐτοῖς οἱ θεοὶ, καὶ χεῖρας τῶν ἀνθρώπων ὑφ' ἡμῶν βλα-
πτόμενοι δείκνυνται.

LXXXV.

t) Par. Fit Sermo.

u) Parif. Lugd. nocere Deo.

LXXXV.

IMPIVS x) AVTEM EST, QVI BLASPHEMAT.
 HOC ENIM SOLVM, QVOD POTVIT, FE-
 CIT.

*Blasphemus
 Impius.*

Rhenani lectionem eligo, quia cum antecedente Sententia convenit. Qua quum Deum lædi non posse asseruerit, impium tamen censuit eum, qui vel solo conatu ac verbis illud fuerit ausus, etiamsi pessimum facinus intra solam voluntatem constiterit. In isto autem de blasphemis iudicio Apostolos sequitur, qui uno consensu τὴν βλασφημίαν, quæque cum eadem conveniunt, λοιδορίαν, ὕβριν, καταλαλιάν, συκοφαντίαν, μυκτηρισμὸν in Deum & Spiritum S. pro gravissimo crimine habuerunt. Marc. III. Luc. XII. Sive Blasphemix illæ execrabilibus verbis, quod a γογγύσαις fieri solet, sive a disputantibus, ἀντιλέγειν, ἀντιτασσομένοις molliori verborum temperamento, at maiestatem decusque divinum everfuro proferantur. Utrisque igitur obicem ponere voluit, præsertim Philosophis, nunquam non in sapientia sua vana reperientibus, quod Maiestati & veritati divinæ opponerent. Jam tum enim progrediebantur, qui Celsi, Porphyrii, Hieroclisque Spiritus habebant, quos compelli, aut ita describi necessarium putabat, ne Simpliciores insolentiam furiosorum revererentur, eosque μέγα, τι, εἶναι existimarent. Inde vero maxime se adversum præbuit ætatis nostræ morum magistris, qui, ut ne blasphemix quidem pro delictis haberentur, horrenda ἀκέρματα prodiderunt, quos inter *Carolus Antonius Casnedi Jesuita Italus*, Theologus Mediolan. & Inquis. Hispaniæ & Portugalliæ in Crisi Theologica, ubi selectiores & acriores hujus seculi controversiæ discutuntur.

Edit.

x) Lugd. In Deum maleficus & infestus & contumeliosus est: reliqua desunt.

Edit. Lisbonæ 1711. & 1712. & 1719. nefanda ad defensionem Blatphemiarum dixisse, Scriptoque & Typis mandasse Autor Hexaplorum T. I. citatus ejusdem verbis significavit.

LXXXVI.

FVNDAMENTVM PIETATIS EST CONTINENTIA, CVLMEN AVTEM PIETATIS AMICITIA EST AD DEVM.

Pietatem ut maximum summumque debitum ab omni Christiano exhibendum sistit. Hancque veluti Architectam facit illius ædificii Spiritualis, quod extrui debet. Sub pietatis voce autem πίσιν & γνώσιν contineri nemo negabit, cum alterum sine altero esse non possit. Hac præsupposita ἐγκράτειαν locat, quæ instar fundamenti in animo recondatur. Sic non procula D. Petri Apostoli sententia discessit, qui 2. Petr. I. 7. ait: Ἐπιχορηγήσατε ἑν ἐν τῇ πίσει ὑμῶν τὴν ἀρετὴν, καὶ ἐν τῇ ἀρετῇ τὴν γνώσιν, ἐν δὲ τῇ γνώσει τὴν ἐγκράτειαν ἐν δὲ τῇ ἐγκρατείᾳ τὴν ὑπομονὴν ἐν δὲ τῇ ὑπομονῇ εὐσεbeίαν. Quo loco observandum, τῆς εὐσεbeίας vocem distincte esse acceptam, cum aliquando pro toto cultu in Deum vertendo, aliquando de benigna & gratiosa erga proximum voluntate, ut hic apud Petrum, accipiantur. Eadem scala S. Maximus utitur de Charitate, N. 2. Ἀγάπην τίθει ἀπάθεια, ἀπάθειαν δὲ ἢ εἰς Θεὸν ἐλπίς, τὴν δὲ ἐλπίδα ὑπομονή, καὶ μακροθυμία, ταύτην δὲ ἢ περιεκτικὴ ἐγκράτεια. Ἐγκράτειαν δὲ ὁ τῷ Θεῷ φόβος, τὸν δὲ φόβον ἢ εἰς τὸν Κύριον πίσις. Neque id prætermitti velim, Sixtum fundamenti vocabulum non stricto admodum sensu accepisse, quum alibi aliis virtutibus idem Fundamenti elogium tribuat, quod & alii in hoc Scripturæ genere versati, fecerunt. Quod si vel maxime post πίσιν id requisivisset, num vero inconsideratius esset locutus, ac

Continetia
Fundamen-
tum Pieta-
tis.

Esaias dum ait: Discedite a malo, discite bonum. Hæc enim ἀπόταξις a malo cur non ἐγυράτεια dici queat. v. Pythag. Sent. ap. Stob. Serm. XVII. n. 25. 26. & Hieron. L. I. adv. Jovin. p. 33. a. Omnes virtutes Spiritus, quasi solidissimum Fundamentum & sublime culmen, continentia sustentat & protegit.

LXXXVII.

PIVM HOMINEM HABETO TANQVAM TE
IPSVM.

Pium hominem ut Te habeas.

Hæc ὁμοψυχία tum ex præcepto, tum ex conjunctione cum capite nostro fluens merito probatur. Math. XIX. 19. Unde quum homini nondum in arctius illud vinculum suscepto, quod in Christo est, Amor ille debeatur, quanto magis, quum per Pietatem & fidem fuerit illigatus?

LXXXVIII.

OPTA TIBI EVENIRE NON QUOD VIS, SED
QUOD EXPEDIT.

Quod expedit optandum.

Videntur hæc ad Precum formulam, a Servatore coram cœlesti Patre recitatam, scripta esse, eaque propter improbari non posse. Math. XXVI. 39.

LXXXIX.

QUALEM VIS ESSE PROXIMUM TUUM TIBI,
TALIS ESTO ET TU IN PROXIMIS.

Talis esto, quales vis alios.

Hoc magnum illud est Servatoris oraculum, quod tanto omnium applausu exceptum fuit, ut ne Apostata quidem, summo licet flagrarent in Christum odio, eo abstinere potuerint, quominus suis inculcarent. Extat Math. c. VII. 12. Sed ante Christum Isocrates ad Nicoclem & ad Demonicum & Aristoteles eodem sunt usi: nec tamen

men

men Servator Aristotelicus aut Isocraticus, sed ipsi potius aliquid ex illius Sapiencia hauserunt. v. *Pricæus* ad h. l.

XC.

QUÆ CULPES, FACERE NOLI.

Ista e Pythagoræ sententiis depromta videri possent, *Culpanda ne faxis.* apud Stobæum in Serm. I. p. 3. Sub illius enim nomine profertur: Ἄ μὴ δὲ ποιῆν, μηδὲ ὑπονοῶ ποιῆν. Possunt vero etiam ad Doctores potissimum spectare, quibus magnum utique dedecus, si quod reprehendant, ipsimet faciant. v. Rom. II. 19. sqq. & 1. Cor. IX. 27. μήπως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι.

XCI.

NULLI SUADENTI ACQUIESCAS PETERE,
QUOD NON EST BONUM.

Sæpe enim adversus propria commoda petitur aliquid, *Quæ non bona, ne petas.* quod Adonia fecit 1. Reg. XXII. De expetendorum igitur ratione probe constet, antequam expetantur. vid. Sent. Pythag. XXV. ap. Hieroclem, quæ tamen a Sixto paululum mutata.

XCII.

QUOD TIBI DEUS DAT, NULLUS AUFERRE
POTEST.

Hanc Gnomem Rex veritatis confirmat Christus Jo. XVI. *A Deo data nemo aufert.* 22. χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία, καὶ τὴν χαρὰν ὑμῶν εἶδεις αἰρεῖ ἀφ' ὑμῶν. Ceterum mihi comparationem inter cœlestia dona & terrena instituisse videtur, quorum ista variis modis interverti, illa ab homine nisi intercedente possessoris neglectu, rapi nequeunt.

XCIII.

DELIBERA PRIUSQUAM AGAS, ET ANTE-
QUAM AGAS PROVIDE, QUALE SIT,
QUOD FACTURUS ES.

Convenit cum Gnome LXXIII.

XCIV.

SI QUID NON VIS SCIRE DEUM, ISTUD
NEC AGAS NEC COGITES.

Convenit cum Gnome LXV. & LV.

XCV.

PRIUSQUAM AGAS, QUODCUNQUE AGIS,
COGITA DEVM, VT LVX EJVS PRÆCE-
DAT ACTVS TVOS.

Non alia ratione Davides in capiendis rerum primordiis
usus est. v. Pf. XLIII. 3.

XCVI.

GRANDIS IMPIETAS IN DEVM AFFLIGERE
HOMINEM.

*Homo non
affligendus.*

Infontem puta. Math. XXV. 40. Quisquis enim inju-
stum juxta officii rationem punit, non peccat coram
Deo, nec nocentem lædit, sed beneficio afficit. De quo
beneficio pœnæ graviter admodum Boëthius scripsit de
Consol. Philos. L. IV. Prosa IX. p. 139. seqq. Miror autem
Sixtum III. libro de contemnendis divitiis ita locutum
esse, ut justam quoque pœnarum illationem sublatam
voluerit.

XCVII.

ANIMA ILLVSTRATVR RECORDATIONE DEI.
Talem

Talem ex Recordatione Dei fructum in se ortum Davides Ps. CXIX. 52. agnoscit, qui ut solatium præbet, ita innumeros alios jucundos animæ effectus offert. Id ipsum vero impulit antiquos recentesque monasteriorum Præsides, ut meditationem tantopere suaderent. v. Regulæ monachorum ap. Cassianum, Menagium, Holsteinium & alios.

Deum cogitans illustratur.

XC VIII.

CONTENTVS γ) ESTO DE MEDIOCRIBVS STV.

DE. γ) Lugd. Esse.

De ἀνταρξεία equidem Philosophi copiosissime dixerunt, maxime Pythagoræi, quos inter Ecphantès apud Stobæum, qui & rationem reddit, quare illam tantopere suadeant. Nempe quod Deus sit ἀνταρξέστατος, qui quum sit ἀξιολίμντος, hac quidem in re quam maxime imitandus. v. Stob. Serm. XLVI. p. 334. Quid vero impedit, quo minus credam, ista ex Philosophia sacra deprompta esse, quæ diu ante Pythagoram ejusque asseclas idipsum imperavit. v. I. Tim. VI. 6. Syr. XXXI. 21. XL. 18. S. Max. T. II. p. 573.

Contentus esto mediocribus.

XCIX.

NOLI OMNIA CONCVPISCERE.

Immo hoc ipsum præceptum sine aliquo vinculo aut exceptione Deus proposuit Gal. V. 24. Ὅι δὲ τῆ χειρῆ, τὴν σάρκα ἐσαύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.

Noli concupiscere.

C.

OCCASIONES BONORVM z) PERQVIRE ETIAM CVM LABORE.

Pau-

z) Par. & Lugd. *Donorum*, quod ex errore typographico fieri potuit.

Paulus hanc benefaciendi captationem confirmat
 Rom. XVI. v. 19. *Θέλω δὲ ὑμᾶς σοφὸς εἶναι εἰς τὸ ἀγαθόν.*
 Luc. VI. 35. Ebr. XIII. 18. *Τῆς εὐοπίας καὶ κοινωνίας μὴ*
ἐπιλανθάνεσθε.

CI.

NOLI DILIGERE EA, QUÆ CORPORIS SVNT.

*Non diligas
 Corporalia.*

Et si enim concedatur *χρεία*, animus tamen melioribus
 divinisque consecrandus est, ut *ἀξίερατος* habeatur. Ps.
 LXII. II. Dilectio igitur, quæ est *πρόθεσις τῆς καρδίας* seu
πεποίθησις, omnino exterminanda. Quid pulchrius istis
 Basilii verbis: *Τὸ ἀπ' αὐτῶν χρήσιμον καταδέχεσθαι μὴ ὡς τῶν*
ἀγαθῶν θαυμάζων, ἀλλ' ὡς ὀργανικὴν ἑαυτῶν τὴν ὑπηρεσί-
αν αἰρέμενος. add. I. Cor. VII. 31. I. Cor. VI. 13. Jac. V. 2.

CII.

IMMUNDVM HOMINEM: FACIT ACTVS
 TVRPIS.

*Turpitudō
 fœdat.*

v. Gnom. III. II2. Id contra Pythagoreos potius scriptum
 puto, quam ut ex illorum schola depromptum censerī
 debeat. Quum enim putarent illi ex degustatione cibo-
 rum promiscua hominem fœdari; Sixtus censet ex acti-
 onibus pravis interiorem turpitudinem contrahi. Cur
 igitur Pythagoreus contra Pythagoreos scripsit? Ergo
 non Samii, sed Christi discipulus, cujus verba imitatur.
 Math. XXIII. 26.

CIII.

PVRGATVR ANIMA INSIPIENTIS, CVM AR-
 GVITVR INTRINSECVS LATENS SEN-
 SVS EJVS.

*Purgatio
 fit per casti-
 gationem.*

Ne dubites in Textu Sixtino *τὸ ἐλέγχειν* adfuisse, & re-
 spexisse sanctum Philosophum ad Elenchum, qui fit per
 Spiritum S. de quo Servator Jo. XVI. 8. *Ἐκεῖνος ἐλέγξει*
τὸν

τὸν κόσμον περὶ ἀμαρτίας καὶ περὶ τῆς δικαιοσύνης καὶ περὶ κρίσεως. Ubi sane ἔλεγχος denotat demonstrationem illius, quod malum est, tum in quo consistat malum, atque qua ratione emendetur. Plurimum igitur abfuit Sixtus ab illa purificatione, quam Philosophi statuebant, quæsitque eam in Sapientia & virtute Servatoris & Spiritus S. de quibus & Gn. XXIII. XXIV. & LXXIX.

CIV.

DEUS IN BONIS ACTIBUS HOMINIBUS
DUX EST.

Quid hic Pelagianum? & quid nisi Apostolicum? Deo nempe omne bonarum actionum initium adscribit; Deo omnem voluntatis inclinationem, & bona tribuit, more Paulino, Phil. I. 6. Vid. Gnom. in Paris. 294. add. Gn. CXIV. Deum ἀρχηγὸν constituit Ebr. XII. 2. Neque vero initia tantum ad motum gratiamque divinam retulisse dicas; sequentes enim sententiæ satis ipsum innocentem ab omni labe Julianæa declarabunt. v. Sent. Sixtinæ 219. in Paris. 205.

*Deus boni
auctor.*

CV.

NEMINEM INIMICUM DEPUTES.

Fatemur alios morum inter gentes Magistros id docuisse, multisque rationibus probasse, ne prodeuntibus quidem malevolentia signis alterum pro hoste habendum. Quos inter Antoninus palmam ferre nobis videtur, dignus sane tanto interprete, qualem in Gatackero nactus est. Antoninus VII. 22. & XI. p. 332. At nemo tamen id fortius præstitit Servatore, qui dicta facta etiam exemploque executus est. Jam quum ex aliis Sixti dictis constet, quod ex Thesauris Sapientia summæ de-

*Nemo Tibi
sit Inimicus.*

Z

prom-

promptæ sint; quidni hanc exinde petitam potius, quam ex Platone aut Pythagora haustam statuamus.

CVI.

DILIGE OMNE, QUOD EJUSDEM TECUM
NATURÆ EST.

*Omnes ut
æquales dili-
gendi.* Amoris fomitem ex eadem causa deducit, ex qua Paulus Act. XVII. 26. Ἐποίησε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων, cui tamen addidit nostram cum Christo συγγένειαν, & συγκοινωνίαν rerum Spiritualium.

CVII.

DEUM VERO ETIAM PLUS QUAM ANIMAM
TUAM. *)

*Deus autem
plus quam
anima.* Quam anima sui servatrix esse nequeat, sed suam a Deo solo salutem expectet, quidni amor in Deum amori erga semet ipsum præferri debeat? Eaque Davidis mens erat Ps. LXXIII. 26. Possunt ad hanc thesīm stabiliendam applicari Servatoris verba Math. X. 39. Ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτῆ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὕρησεν αὐτήν.

CVIII.

PESSIMUM EST PECCANTIBUS, IN UNUM
CONVENIRE, CUM PECCANT.

*Cum malis
non conver-
sandum.* Sæpius Scriptura S. in pravam peccantium contesserationem invehitur Ps. L. 18. Prov. XXIX. 16. Πολλῶν ὄντων ἁμαρτιῶν, πολλά γίνονται ἁμαρτία. I. Cor. X. 8. Θέλω ὑμᾶς κοινωνῆς τῶν δαιμονίων γενέσθαι 2. Cor. VI. 14. Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγεῖντες ἀπίστοις. Τίς γὰρ μετοχή δικαιοσύνη καὶ ἀνομία; τίς δὲ κοινωνία φωτὸς πρὸς τὸ σκότος; τίς δὲ συμφώνησις χριστῶ πρὸς Βελιάλ; ἢ τίς μέρος πιστῶ μετὰ ἀπίστῶ; Τίς δὲ συγγενία κατὰ

*) In Paris. & Lugd. etiam deest, ibidemque hæc Gnome cum antecedente coaluit.

κατὰ θεοῖς νοῦ Θεῶ μετὰ εἰδώλων; Seneca Ep. 109. *Tunc maxime laborant mali, ubi vitia miscuere, & in unum collata nequitia est.*

CIX.

MULTI CIBI IMPEDIVNT CASTITATEM,
ET INCONTINENTIA CIBORVM IM-
MUNDVM FACIT HOMINEM.

Ista plane non adversantur verbis Christi, ubi dixit & τὸ *Ciborum*
εἰσερχόμενον εἰς τὸ σῶμα κοινεῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ἐκπο- *Satietas no-*
ρευόμενον Math. XV. 11. Loquebatur enim tantum de ci- *xia Castita-*
borum qualitate, quibus tamen absque selectu sumtis *ti.*
Pharisæus immunditiem adscribebat. At quum de quan-
titate superflua verba faceret, βάριμα utique inde ori-
ri innuit: Προσέχετε μήποτε βαρυνθῶσιν αἱ καρδίαι ὑμῶν τῇ
κραιπάλῃ καὶ μέθῃ. Ita quum Sixti verba ab ipso Serva-
tore fuerint probata, ingenti certe plausu porro excepta
sunt a disciplinæ Christianæ monasticæque Statoribus,
quorum nemo Paulo gravior extitit, qui non in Caca-
barios illos insurrexerit, ac Gastrimargiam tanquam in-
fame dedecus scriptis conculcaverit.

CX.

ANIMANTIVM QVIDEM OMNIVM VSVS IN-
DIFFERENS, ABSTINERE VERO RATI-
ONABILIVS.

Extat apud Origenem contra Celsum L. VIII. pag. 397. *Carnium*
Ὅτι ἀπίθανόν γε γινόμενόν με κατὰ τὰς τόπους ὑπομνηθῆναι *abstinentia*
χαριστάτης γνώμης, ἢ καὶ οἱ πολλοὶ τῶν χριστιανῶν ἀναγε- *indifferens.*
γραμμένη ἐν ταῖς Σέξτε γνώμαις ἐντυγχάνουσιν ἕως ἐχέσης.
Ἐμφύχων χρῆσις μὲν ἀδιάφορον ἀποχή δὲ λογικώτερον.

Versio Spenceriana:

Nec alienum hoc loco fuerit meminisse pulchræ Sententiæ,
Z 2 *quæ*

quæ apud Sixtum legitur, multis Christianorum celebrata; ea sic habet: *Esus animatorum est quidem indifferens, abstinere tamen præstat, videturque rationi magis consentaneum.* Ex ea colligas magnam Origenis de Sixto existimationem, cui, licet in nonnullis adversario, sua tamen laude deesse non poterat. Eaque propter hanc Gnomem dicit, 1) *χαριεσάτην* 2) summo studio deliberatoque veluti consilio conscriptam 3) a maxima Christianorum multitudine receptam 4) & magna insuper laude celebratam. Ceterum ex hac Sententia, aliqui posteriorum certum de Sixto argumentum capere voluere, quod Pythagoræ dogmata unice fuerit amplexus. Nos non omnino negandum censemus, attamen cum moderatione asserendum. Suscepit nempe quædam Samii dogmata, sed alia forte ratione motus, quam Pythagoras, sicut alii Philosophi, qui quædam, non omnia, hujus antecessoris receperunt. Suam igitur fecit Sixtus noster hanc de animantibus abstinentiam, ut suasionem bonam, sicut Sixtus alter Pythagoreus, qui ante nostrum vixit, ac de quo Seneca Ep. CVIII. *Hic homini satis alimentorum citra sanguinem esse credebat, & crudelitatis consuetudinem fieri, ubi in voluptatem esset adducta laceratio. Adiciebat contrahendam esse materiam luxuriæ: colligebat bonæ valetudini contraria esse alimenta varia & nostris aliena corporibus.* Et noster equidem majori libertatis asservatione istud abstinentiæ consilium suscepisse videtur, ac Sixtus alter, quando *ἀποχήν* indifferentem statuit, qua *ἀδιαφορία* stabilita, quisquis sua libertate gaudere poterat. Porro quando addidit *ἀποχήν* sibi *εὐλογωτέραν* videri, nihil utique contra religionem fecisse, sed intra Pauli carceres se continuisse putandus est, qui eandem *ἀδιαφορίαν* in multo majoris ponderis

ne-

negotio asseruit. I. Cor. VIII. eodemque concessionis genere usus est, quum de secundo conjugio dicenda esset sententia. I. Cor. VII. 39. Ἐάν δὲ κοιμηθῆ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐλευθέρου ἐστίν, ὃ θέλει γαμηθῆναι, μόνον ἐν Κυρίῳ. Μακαριώτεροι δὲ ἐστίν, ἐάν ἔτω μένη. Ita Sixtus: ἢ τῶν ἀψυχῶν χρῆσις ἀδιάφορος, ἢ δὲ ἀποχή εὐλογωτέρα. At excusatione non opus erit, cum illa abstinentia Sixtina in omnes Ascetarum ædes paulo post fuerit introducta. v. Regulæ S. Aureliani, Fructuosi, Cæsarii: *Carnem cuiquam nec gestandi nec sumendi concessa licentia: non quod Dei creaturam judicemus indignam, sed quod carnis abstinentia utilis & apta monachis judicetur.* Quin immo ultra Pythagoræ leges & Sixti ἀδιάφορίαν abierunt, quum sequioribus seculis, si quibus Infirmis Carnium usus ad corroborandas vires concessus esset, iis tamdiu a S. Cœnæ usu abstinentum esset. Quod ex Constit. MSS. S. Petri Divionensis apud *Edmundum Martene* Comment. ad Reg. S. Benedicti p. 466. liquet. Carnes enim comedentes tanquam Excommunicati habebantur, a communi Fratrum habitaculo separati, Sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis privati, ab omni exercitio conventuali alieni, quibus nec fratrum cœtui se jungere licebat. v. idem p. 475. Iisdem, quamdiu carnibus vescerentur, nunquam absque baculo incedendum erat, quod tamen non ad ignominiam sed infirmitatis significationem factum existimo. v. *Alteferre R. Monast. L. V. c. XI.*

CXI.

NON CIBI, QUI PER OS INFERVNTVR,
POLLVNT HOMINEM, SED EA, QUÆ
EX MALIS ACTIBVS PROFERVNTVR.

Z 3

Non

*Non cibis
polluit, sed
mala actio.*

Non Sixti tantum sed ipsius Servatoris verba audis Math. XV. II. εἰ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ σῶμα κοινεῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, τὸτο κοινεῖ τὸν ἄνθρωπον. Quæ vero inde egrediantur, quæque polluant hominem, ibidem v. 19. satis expressit. Egregium vero hic interpretem egit Sixtus figuratæ dictionis, quam Servator τῆς ἐκπορεύσεως voce exposuit; ostendit quippe notari ἔργα κακά, βεβήσεις βλαβεράς. Ille enim verus hujus figuræ sensus Deuter. VIII. Jer. XLIV. v. Episcopus ad h. l. & Stob. Serm. de Brevitate.

CXII

QUICQUID CUPIDITATE VICTUS FECE-
RIS, POLLUIT TE.

*Concupiscen-
tia victrix
polluit.*

V. Gnom. 102. Immo non polluit tantum cupiditas sed occidit. Jac. I. 5. Ἐκαστος πειράζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος. Ἐἴτα ἡ ἐπιθυμία συλλαβῆσα τίκτει ἁμαρτίαν, ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεθεῖσα τίκτει τὸν θάνατον. Ita sane Sixtus concupiscentiæ eandem fere foeditatem tribuit, qualis in naturali congressu animantium contingit, quæ quanto nobiliori parti offertur, tanto utique illa major & execrabilior est habenda.

CXIII.

MULTITUDINI PLACERE NON SATIS

a) AGAS.

*Multitudini
non blandi-
endum.*

Possunt ista ex Pythagoræ placitis hausta videri, cujus est illud ἐν λεωφόρῳ μὴ βαδίζειν. Verum divus gentium Apostolus illam ἀνθρωπαρέσκειαν pari ratione amolitus I. Thess. II. 4. Ἀλλὰ καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πι-
σευθῆναι τὸ εὐαγγέλιον, ἔτω λαλῶμεν, ἕχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέ-
σκον-

a) Par. Lugd. & Gal. *Satagar.*

σκοντες, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν. add. Gal. I. 10. Εἰ γὰρ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον, χριστὸς δὲλος ἐκ ἀν ἡμῶν. & Eph. VI. idem aliis injungit μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλίαν ὡς ἀνθρώποις ἄρεσκοι, ἀλλ' ὡς δέλοι χριστὸς ποιῶντες τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐκ ψυχῆς. Ita igitur sanctissimi doctores, cum hujus sententiae pondus agnoscerent, actiones suas ad ea composuere, aliisque ad idem faciendum auctores suasque extiterunt. v. Jo. Chryf. in aureis de Sacerdotio Libris inprimis L. V. c. 1. 4. 6. 7. 8. Ἰκονη αὐτῷ παραμυθία τῶν πόνων, καὶ πάντων μείζων, ὅταν ἑαυτῷ συνιδέουσι δύνηται πρὸς ἀρέσκειαν τοῦ Θεοῦ συντιθεῖς καὶ ῥυθμίζων τὴν διδασκαλίαν.

CXIV.

IN OMNI, QUOD BENE AGIS, AUCTOREM ESSE DEPUTA DEUM.

Non poterat aliter, qui sacram Scripturam tantopere *Omnis Acti-* sectabatur. Plane autem putamus sub eminentissimo *onis Bone* Dei nomine Christum quoque denotasse, quum a Paulo *Auctor Deus.* non aliter instructus esset. i. Cor. II. 7. 10. 2. Cor. I. 12. Gal. II. 20. Respicienda vero hic etiam est Gnome 104. & 294. v. Chrysostomus T. V. in N. T. p. 735. quod Christus sit Deus. Sent. 60. 104. 115. 318.

CXV.

MALI NULLIUS AUCTOR EST DEUS.

Magna & excellens confessio, omnibus malum ex boni- *Deus nullius* tatis fonte derivantibus opponenda. Neque vero illa *mali Autor.* per Malum Poenae prosterni potest, quippe quod ex Justitia natum non nisi ex sensu facinorosorum malum est, quum apud bonos sit bonum. Boeth. de Bono Poenarum.

CXVI.

CXVI.

NON AMPLIUS POSSIDEAS, QUAM USUS
CORPORIS POSCIT.

*Præter ne-
cessaria nil
expetendum.*

Eadem profecto Paulus dixit 1. Tim. VI. 8. Ἐχοντες δια-
τροφὰς καὶ σκεπάσματα, τέτοις ἀρκεθυσόμεθα, id quod
ad Servatoris mentem pronuntiavit. Math. VI. 25. Et
iterum Paulus Ebr. XIII. Ἀρκέμενοι τοῖς παρῆσιν. Hæc
sunt, quæ Jacobus c. II. v. 6. vocat ἐπιτήδεια τῆς σώματος.
Sub voce enim διατροφὰς, necessarius modo victus, non
superflua signantur. Sic enim Theophylactus S. Aposto-
lorum victum descripsit ad Actus II. 46. v. Priceus ad
1. Tim. VI. 8. S. Max. de ἀνταρκείᾳ T. II. p. 573.

CXVII.

AURVM NON ERIPIT ANIMAM DE MALIS.

*Aurum non
juvat.*

Syracides equidem c. XL. aliquod auxilium auro tribu-
it, sed in necessitatibus humanis, cui tamen consilium
præfert. In malis vero animam affligentibus omnis opi-
tulandi vis abjudicatur. Math. XVI. 26. Τί γὰρ ὠφελεῖ-
ται ἄνθρωπος, εἰάν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ. τὴν δὲ ψυχὴν αὐτῆς
ζημιώσῃ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτῆς;
v. 1. Petr. I. 18. Ez. VII. 19. Τὸ ἀργύριον αὐτῶν ὑπεροφθήσε-
ται, διότι βάσανος τῶν ἀδικιῶν αὐτῶν ἐγένετο. Ex hoc vero
loco Sixtina sententia deprompta fuit.

CXVIII.

IN DELICIIIS CORPORIS POSITVS CER-
TVM EST, QVIA IGNORAS ILLA, QVÆ
PRÆPARATA SINT TIBI A DEO.

*Voluptatis
cupidus, me-
liora nescit.*

Ex Paulo decerpta sunt ista verba, quippe qui cupidi-
tatibus ἀνοσίαν sive stultitiam, quam mentibus affundunt,
tri-

tribuit. I. Tim. VI. 9. quemadmodum Servator Luc. VIII. 14. κατ'ἀπνιξιν. Utitur enim iisdem ὁ Θεὸς τῷ αἰῶνος τέττε εἰς τύφλωσιν, εἰς τὸ μὴ ἀυγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τῷ εὐαγγελίῳ 2. Cor. IV. Unde tales omnino non vident, ὁ δὲ Θεὸς ἐτοίμασεν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν I. Cor. II. 9.

CXIX.

EA POSSIDE, QUÆ NULLVS POSSIT AVFERRE A TE.

Vid. Gnome XCIII. & LXXVII. LXXV.

CXX.

FER QVOD NECESSE EST, SICVT NECESSE EST.

Habuit sine dubio Sixtus τῆς ἀνάγκης five τῆς ἀναγκαιῆς vocem in mente, quæ tamen ita prudenter explicanda, sicut Lipsius fecit, quando de Fato ipsi scribendum erat. Ita enim de Constantia. L. I. c. 17. *Hic locus etsi lubricus & ad lapsum, tamen ingrediar, sed caute, lente & ἡσυχῶ ποδῖ.* Sic nobis incedendum, ne Sixto aliquod spurium dogma adscribatur. Constat autem ἀνάγκην & εἰμαρμένην unam eandemque rem apud plerosque Veterum significasse. Attamen Sixtus in his ipsis sententiis fatum proscripsit, nec Numen iisdem teneri legibus iudicavit. Et ne homines quidem ullis teneri Fati ac inevitabilis necessitatis Legibus, hinc declarat, quia & preces suasit, & sedulam animi emendationem requisivit, quorum exercitiorum nullus foret usus, si solum imperaret fatum. Ex quo sequitur, quod per τὰ ἀναγκαιῆς ea tantum designaverit, quæ omni mortalium generi post capitalem defectionis sententiam non ex fato, sed iustitia & sapientia divina ad excitandum prioris felicitatis deside-

Ferendum
quod im-
mutabile.

Aa rium

rium imposita sunt. Qualia sunt, rerum fortunarumque vicissitudo; roboris, sanitatis, lætitiæ instabilitas; bella externa, domestica, intestina; clades regnorum, urbium, hominum nostrorumque corporum. Tum & curæ & meditationes, quibus hisce malis obviare, quamvis inani sæpe conatu laboramus. Has necessitates divinum Flamen sub ζυγῆ nomine expressit, comiterque ferri iussit Thr. III. 27. ἀγαθὸν ἀνδρῶν, ὅταν ἀγῆ ζυγὸν ἐν νεότητι αὐτῆ, quibus multa ex Fœderis novi tabulis addi possunt.

CXXI

MAGNANIMUS ESSE STUDE.

Magnanimitati studendum.

Nempe adversum mala, quæ nobis sæpe exitiosa fore putamus. Id vero ex antecedenti sententia fluit. Absit igitur, ut talem magnanimitatem suaserit, qualem in Stoicis omnes deprehendunt, quamque in ipsis *Michael Rassalius* ea disquisitione merito reprehendit, qua Epictetum e Christianorum tabulis expunxit. Nascitur magnanimitas Christiani hominis ex ope divina, quam sibi semper præsto futuram & sentit, & minus licet obviam oculis, animo tamen complectitur, certoque credit, eaque subnixus adversum quævis pericula se Victorem præstat. *Nierenberg. de Magn. Spirit. L. IV. Asc. 417.*

CXXII.

EA, QUÆ SI CONTEMNES, RECTE LAUDARIS, NE RETINEAS. b)

Quæ semel spreta, non redamanda.

Lectio Rhenani placet, cum perspicacia sensum planum faciat, quem talem esse iudico: Ne retineas ea, ob quorum contemptum seu abdicationem recte laudatus fuisti.

Con-

b) Lugd. & Par. *Ea, quæ contemnes, si recte laudaris, ne retineas.*

Convenit igitur cum Gnome LXXXI. nilque suadet aliud, nisi ad possidendi cupiditatem jam debellatam, tanquam ad amicam redeundum non esse.

CXXIII.

IN QUIBUS PROBABILITER MAGNIFICUS ERIS, HÆC OBTINE. c)

Hic vero Sixtus iudicium de magnificentia vera non ad hominem sibi relictum retulit, sed ad eum, qui homines inhabitat. Quid enim humana ratio sibi relicta boni ac solidi electura esset? Jac. II. 4. Ἐγένεθε Κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν. Absit probabilitatis pessimum inventum calculo Sixtino comprobatum esse. Hoc voluit, id unice expetendum esse, e quo verum ὕψος aut μέγεθος homini restitui queat. Quale vero illud sit innumeris sententiis declarat; nempe si Deo digna, quæque apud Deum pretiosa sunt, desiderentur. Unde iudicium de his expetendis ad eum, qui illustrat omnem hominem, retulit.

Id expetendum unde verum Decus.

CXXIV.

HÆC POSCE A DEO, QUÆ DIGNUM EST PRÆSTARE DEUM.

In nulla re magis iudicii imbecillitatem homo prodit, quam in rerum expetendarum selectu. Horatius ad Quintium Epist. L. I. XVI. v. 60.

A Deo petenda, quæ ut dentur ab eo, digna sunt.

*Vir bonus omne forum quem spectat & omne tribunal
Quandocunque Deos vel porco vel bove placat,
Fane Pater, clare, clare quum dixit Apollo:
Labra movet metuens audiri, Pulchra Laverna
Da mihi fallere, da justo sanctoque videri
Noctem peccatis & fraudibus objice noctem.*

A a 2

Id

c) In Parisina & Lugd. hæc Gnome cum antecedenti jungitur.

Id Sapientiores morum magistri inter profanos homines agnoverunt: multo magis Servator, qui illam bene precandi ignorantiam etiam melioribus objecit. vid. Math. XX. 22. & Marc. X. 38. Ideo sanctissimam formulam dedit, ad quam Sixtus hac Sententia flexit, quum primi Christiani nil illa magis in pretio haberent. Fuit hæc oratio veteri ævo, rerum expetendarum Typus, inter eas preces referri solita, quæ μεγαλοφώνως & γεγωνότερος φωνῆ in Typicis recitari jubentur. Vid. Bona R. Lit. L. II. C. XV. Eusebius Renaudotius Observationibus in Liturgias Syrorum ait: usitatum in omni oriente, ut Sacerdos celebrans verba Orationis Dominicæ alta voce pronunciet, additque ex Dionysio Barsalibeno hanc Orationem LINGUAM totius Ecclesiæ appellari. Hinc factum, ut in divini Verbi explicatione nihil frequentius Oratione Dominica ad Rostra sacra traheretur, extantibus Patrum Lucubrationibus, inque his Orationibus V. Gregorii Nyss. quarum prima de illa bene precandi prudentia graviter disseruit.

CXXV.

RATIO, QUÆ IN TE EST, VITÆ TUÆ IPSA d)
SIT LEX e)

Logos inhabitans sit Vita Lex.

Notum omnino est, quid per τὸν Λόγον profani Doctores denotarint. Hierocles ad Pythagoram, p. 126. Λόγῳ δὲ ὁρθῶς πεῖθεσθαι καὶ Θεῶ ταντὸν ἐστὶ. Est vero idem rationi parere ac Deo. Pag. 188. τῆτον ἐπίτροπον ὑμῖν ὁ Θεὸς ἐπέσεισε· τῆτον παιδαγωγὸν καὶ διδάσκαλον. Hanc Deus voluit, quæ nostri curam gereret; hanc præceptricem atque magistram dedit. At nos jam diximus, Sixtum verba Philosophorum sæpe retinuisse, sed ea ad Sensum Ecclesiasti-

d) In Parisina & Lugdan. ipsa deest e) legitur Lux.

fiasticum deflexisse. Unde S. Joannem secutus non alium per Λόγον indicavit, ac ipse ἐπισημῶς fecit; hunc enim jam tum per inhabitationis gratiam homini tribuerat, unde non nisi summo jure poterat flagitare, ut se ab illo tanquam vel Legislatore, vel lumine duci pateretur. Utraque enim Lectio admitti potest, etsi altera cum Joanne magis conveniat. Habet igitur Sixtus tale votum, quod non nisi obsequium fidele Christo exhibendum suadet, quove longe remotum se exhibuit a deliriis illorum, qui Λόγω Joanneo ad suas Phantasias abusi, ab Henrico Moro refutati sunt in Magni Pietatis Mysterii Examine, L. VIII. c. 12. 346.

CXXVI.

EA PETE, QUÆ AB HOMINIBUS ACCIPERE
NON POTES.

Rideo illorum sophismata, qui Sixto imputant, quasi necessariorum ad victum nihil a Deo petendum esse voluerit. Quantum enim de Dei benignitate opitulandique promptitudine senserit, Gnome XXX. explicuit. At quum animum ille effingeret hominis Christiani, & optima tantum expetentis & duratura, omninoque Christum adhortantem exprimeret Math. VI. 33. & Luc. X. 42. Ἐνός ἐστὶν χρεία; ubi & ad τῆς ἀγαθῆς μερίδος ἐκλογὴν deduxit; quid quaeso erravit Christum imitando?

CXXVII.

IN QUIBUS PRÆCEDERE DEBET LABOR,
HOC TIBI OPTA EVENIRE POST LABO-
REM.

Sunt sane hæc, ut alia multa, Philosophica. Natura enim veluti imperat: *Laborandum*. Vid. Stob. Serm. XXIX. ubi ex omni Choro Poëtarum, Theologorum, Tragi-

corum, Comitorum, Philosophorum id inculcat: Ἡ δ' ἀρετὴ βαίνει διὰ μόχθων. Anne vero idem oraculum sacrum & divinum esse queat? Id plane certum, quo magis aliquæ doctrinæ morum universum peruasere orbem, eo magis originem illarum cœlestem existimandam esse. Et multa ad Sixtinam mentem in S. Pandectis extant, quæ quum cuivis nota sint, maneat in animo, reque exercita non soli chartæ illinantur. Bonum illud habeatur Dei munus, quod I. Cor. XV. Labor non sit inanis, nec tradatur oblivioni Ebr. VI. 10.

CXXVIII.

ORATIO VEL VOTA PIGRI SERMO VANUS.

Oratio Pigri Sterilis. Ut antea laborem laudavit, ita modo pigritiam proscribit, exilioque dignam facit. Ecquid enim juvat optare bona, ni captes & studio persequaris? Decerpit vero ex Prov. C. XXI. Ἐπιθυμία ὀκνηρὸν ἀποκτείνουσιν ἔ γὰρ προαιρῶνται αἱ χεῖρες αὐτῶ ποιεῖν τι. Et Cap. XIII. 4. Ἐν ἐπιθυμίαις ἔστι πᾶς ἀεργός· χεῖρες δὲ ἀνδρείων ἐν ἐπιμελείᾳ. Videtur autem nobis non modo pigritiam vitæ communi reique familiari, sed altiori Philosophiæ & homini in Imitatione Dei versanti noxiam descripsisse. Recte enim *Musonius* apud *Stobæum* Fragm. 371. Sermon. 54. Ἀμεινον μηδὲ προσεῖναι τῷ φιλοσόφῳ, ὅσοι σαθροὶ τε καὶ μαλακοὶ δὲ ἐς προσίοντας ἐμπίμπλαιται κηλίδων ἢ φιλοσοφία. Pari etiam ratione *Philosophantium* Deus Luc. IX. 62. εἶδεις ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτῶ ἐπ' ἀροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω εὐθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶ Θεῶ. Debent quippe ἀμεταστρεπτι βαδίζειν. Clem. Al. Str. V.

CXXIX.

NON OPORTET CONTEMNIRE EA, QUIBUS ETIAM POST DEPOSITIONEM *g)* CORPORIS INDIGEMUS. *b)* De.

f) Paris. & Lugd. *contemnere*, *g)* dispositionem *b)* egemus.

Debet cum hac sententia omnino conferri Pythagoræ *Quibus ca-*
 oraculum, quod apud Stobeum Serm. V. p. 65. legitur, *rere non po-*
 ac plane oppositum est effato Sixtino. Aliquoties a no- *tes, ea ne*
 bis jam ostensum est, Philosophiam Sixti temperatam *spernas*
 maxime fuisse, & si quid ex Pythagoræ placitis serva-
 tum, id ex libertate Christiana mitigatum esse. Quod
 hic apparet. Putabant nempe severiores quidam morum
 magistri omnem omnino curam corpori esse denegan-
 dam, unde quum plane ἀμέριμνοι esse vellent, corpus
 cura destitutum, inutile reddebatur, quominus Deo ac
 Proximo servire posset. Hos ad saniolem mentem revo-
 cat, suadetque indigentia corporis prospiciendum, etsi
 illud jam quasi depositum fuerit. Difficultas in *depositio-*
nis vocabulo consistit, sed facili modo explicanda, si
 reputaveris, Sixtum Paulino more locutum. Cui ἀπό-
 θεσις corporis erat Liberatio a cupiditatibus, quæ &
 ὑπωπιασμόν & δολαγωγίαν anteambulonem habet. Etsi
 igitur corpus in eum obedientia statum redactum sit,
 ut cupiditates nec lasciviant, nec dominari velint; non
 tamen adeo omne desiderium sustentationis extingui
 debet, ut ad utilia patrandam languescat prorsus ac labe-
 factetur. Id enim Paulus Rom. XIII. 14. omnino jubet,
 dum τὴν πρόνοιαν τῆς σαρκὸς admittit, modo non ad ἐπιθυ-
 μίαν abeat. 1. Tim. IV. 3. Nullo igitur modo ad ἀφαι-
 σμόν Pharisaicum progrediendum. v. S. Max. T. I. p. 647.

CXXX.

NON PETAS A DEO ID, QUOD CUM HABU-
 ERIS, NON PERPETUO POSSIDEBIS.

Quum unicus Sixti scopus fuerit animum a rerum per- *Quæ mansu-*
 euntium cura abstrahere, ut pulchre Orig. contra Cel- *ra, ea expe-*
 sum L. III. p. 120. ἐπαίροντες τὰ φρονήματα αὐτῶν ἀπὸ τῆς *tenda.*

δ8-

δελέυειν τοῖς κτιθεῖσιν, ἐπὶ τὸν κτίσαντα τὰ ὅλα αὐτὸς ἀνομιβιβάζωμεν: non minus sine culpa ita loqui potuit, atque Servator Jo. XVI. 26. Ut enim ea locutione Christus non denegavit Intercessionem; ita neque Sixtus Expetitionem aliarum rerum præter ea, quæ sunt æterna. Ac fortasse in Græco aliqua in Petendi vocabulo Emphasis latuit, ita ut quæ ad salutem æternam spectant, distinguenda doceret ab his, quæ tantum ad felicitatem humanam vergunt. In iis precibus, quæ ad salutem animæ pertinent, major utique mentis contentio requiritur, quam sub τῆ ζητεῖν & ζητήσεως voce a Sixto descriptam arbitrator, cum in necessitatibus humanis τὸ αἰτεῖν sæpius adhibeatur. Existimamus igitur, Precibus humanis prudenter a Sixto habenas esse injectas, ut, quum terrena majori impetu quam cœlestia petantur, eadem intra metas tantum ita redigerentur, ut peritura petitione simplici, perennia autem omni Petitionis æstu ac tota desiderii παρρησία expeterentur. v. S. Max. T. II. p. 577. Μὴ πλεον ἐν δεήσει ζητήσης, μὴ ὑγίαιαν, ἢ τῶν ἐχθρῶν ἀμυναν· μὴ δόξαν ἀνθρωπίνην· ἀλλὰ μόνον τὰ συντελεῖντα πρὸς σωτηρίαν ψυχῆς. Quod si perpendissent *Brasichellensis*, postque ipsum *Samuel Basnagius*, non puto eos ad proscribendam illam sententiam tam proclives futuros fuisse, quorum posterior dementiam hujus sententiæ ostensurus ait: *Non igitur Pax, aut animi tranquillitas quies Ecclesiæ, aut corporis sanitas erit precibus expetenda.* Non sustulit preces Sixtus, sed prudentem tantum modo Precum Oeconomiam introduxit, quæ fieret juxta voluntatem Dei.

CXXXI.

INSUESCE ANIMAM TUAM ALIQUID MAGNUM DE SE SENTIRE POST DEUM.

Jam-

Jamjam Gnome CXXI. Christi cultorem ad Magnanimitatem, adversus calamitates ostendendam, deduxit; hic vero *Christianus sit erectus.* adversus quasvis tentationes, vel ex semet ipso vel aliunde illatas, ipsum erigit, eque paratae sibi dignitatis, jamque per vocationem, perque *ένωση* cum Christo oblatae spe, talem se gerere cupit, qualem sese βασιλεύς & unitus cum Christo gerere debet. v. Sent. LVI. LVII. v. Eusebius Nierenberg. L. IV. Ascet. Doctr. VI. p. 417.

CXXXII.

NIHIL *i)* PRETIOSUM DUCAS, QUOD POSSIT A TE AUFERRE *k)* HOMO MALUS.

V. Sent. CIX. CI. XCII. LXXVII. LXXV.

CXXXIII.

HOC SOLUM BONUM PUTATO, QUOD DEO DIGNUM EST.

Quæ illa bona sint, ex Sent. I. II. III. facile cognoscitur. *Solum Bonum, quod Deo placet.* Quum ergo Fides Electum, hominem Dei, Deoque dignum juxta Scalam Sixtinam faciat, inde constat, ea sola, quæ per fidem offeruntur esse Deo digna, adeoque ea sola inter bona esse reputanda. Nescio igitur, quid sibi voluerit *Brasichellanus*, quod hanc sententiam rejiciendam, aut minus saltem probandam habuerit. S. Maximus τὸ ἀξιόθεον per τὸ θεάρετον exposuit.

CXXXIV.

QUOD DEO DIGNUM EST, HOC ET VIRO BONO.

Ut annulus ex annulo, ita hæc Gnome ex antecedente *Quod Deo, id & Pio placet.* pendet. Ecquis enim dubitet, id unice a Viro bono eligendum, approbandum, retinendumque, quod apud *B b De-*

i) Paris. & Lugd. *nil k)* auferre a te possit.

Deum pretiosum habetur. Verum ut illi, qui Cremia quærunt, quicquid corripunt, quod alendo foco suffecturum putant; ita Pyrsolatræ, qui ex errorum combustione gloriam quærunt, quicquid viderint, ad suas flammæ trahunt.

CXXXV.

QUICQUID NON CONVENIT AD BEATITUDINEM DEI, NON CONVENIT HOMINI DEI.

Quod non Deum decet, id nec Hominem Dei.

Mirum fuit acumen *Samuelis Basnagii*, quando in *Anal. Ecclesiastico Politicis* ad. A. C. 258. §. VIII. de hac sententia ita censuit: *Abhorret a fide hæc sententia CXXXV. Non igitur resurrectio corporis pars erit felicitatis sanctorum, utpote quæ gloriæ Dei immortalis repugnet.* Nempe Sixtus in eo totus erat, nihil appetendum esse ab homine Dei, nisi in quo vera & æterna beatitudo consistat. Etsi igitur ipsa resurrectio, quæ est reditus ad vitam, ad Beatitudinem Dei non pertineat, quippe qui mori non potest; pertinet tamen ad eum Immortalitas seu Vita æterna. Quæ cum hominis ad vitam revocati summus sit Finis, cur non in eo conveniat cum Deo, etsi summum Numen non per revocationem, sed per æternam possessionem illa Beatitudine gaudeat? Cur sit alienum a Fide, si statuas: *Beatitudini Dei convenit Immortalitas; ergo Desiderium Immortalitatis convenit homini Dei?*

CXXXVI.

EA DEBES VELLE, QUÆ ET DEUS VULT.

Appetas, quæ Deus a te vult peti.

Hæc vero sententia clavis quodammodo vicem sustinet, qua antecedentes plurimæ, & subsequentes recluduntur. At illam non proscripserunt *λογομαχίαν* exercentes, unde

unde neque ab ea dependentes exterminare poterant. Ad hanc vero voluntatem divinam, tanquam ab omni obtenebratione atque τροπή alienam, & verbum divinum & Servatoris exemplum, & ἀκολουθία Sanctorum nos constanter deducit.

CXXXVII.

FILIUS DEI EST, QUI HÆC SOLA PRETIO-
SA DUCIT, QUÆ ET DEUS.

Sententia hæc illustratione adeo non eget, ut facem quoque præcedentibus accendat. Si enim Filius Dei ideo quoque Filius Dei appellatur, quod Sanctitatem, Justitiam, Sapientiam, Caritatem tantum in pretio habuit, ad eandem utique dignitatem trahit, qui illam Ducis sui ἐκλογὴν sequuntur. *Filius Dei vota ad Dei voluntatem dirigit.*

CXXXVIII.

DONEC IN DESIDERIIS EST CARO, ANIMA
IGNORAT DEUM.

Math. V. 8. Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ἔτοι γὰρ ὄψον-
ται τὸν Θεόν. Ex qua Christi sententia opposita Sixti The-
fis omnino fluit, quæ provide plane disposita fuit, quum non homini carnem ferenti, aut ἐν σώματι ἐνδημῶντι, sed in ἐπιθυμίαις carnis irretito, ὄψιν Θεῶ deneget, nempe quæ in conspectu ac fructu gratiæ consistit, quum altera γνώσις Dei ex verbi auditu adesse queat v. I. Cor. II. 14. Ubi, qui Psychici sint, ex Tertulliano cognoscis, quantumvis ille hanc appellationem quandoque infontibus dederit v. I. Cor. XV. 50. *Anima concupiscentiæ dedita ignorat Deum.*

CXXXIX.

CUPIDITAS POSSIDENDI ORIGO EST
AVARITIÆ.

Bb 2

Cre-

Crebro in concupiscentiam seu cupiditatem, omnis mali procreatricem invecus, ejus extirpationem suavit, eo- que se a fordibus Pelagianismi remotissimum ostendit. Et si igitur Paulus τὴν πλεονεξίαν radicem malorum habu- erit, Sixtus tamen semen, e quo radix illa tandem pro- deat, τὴν ἐπιθυμίαν pronunciat, quo magis huic princi- pio obviam iretur.

CXL.

DUM SEMETIPSUM QUIS AMPLIUS DI- LIGIT, INDE INJUSTITIA.

Ex amore proprio In-justitia.

Hos Philantia fructus commonstrante Paulo didicit 2. Tim. III. 2. Ἔσονται γὰρ ἄνθρωποι φίλαντοι, unde mox τῆς φιλαυτίας fructus addit; φιλάργυροι, ἀλάζονες, ὑπερή- φανοι, βλάσφημοι, γονεῦσιν ἀπειθεῖς &c. S. Max. Serm. LXIX. T. II. p. 687.

CXLI.

NATURALITER PARUM QUIDEM COR- PUS MOLESTUM EST ANIMÆ. 1)

Corpus per se Bonum.

Quam lectionem ut magis perspicuam probo, tum ut ve- ritati convenientem laudo. Nec enim corpus aliter a ma- nu opificis sui ἀπ' ἀρχῆς proficisci poterat, quam valde bonum. Id quod etiam sanctissimos quosque Vates, doctissimosque Patres movit, ut summum Numinis ar- tificium in condendo, ac sapientiam in construendis di- versis partibus magnifice, & ne quidem ad satietatem collaudarent. Ut exteros homines taceam, qui ne ra- diis quidem divinæ Lucis adhibitis, illud καλλιτέχνημα cognoverunt v. Galenus de Partibus Hum. Corp.

CXLII.

1) Paris. Lugd. & Gal. Corpus animæ molestum non naturæ, sed peccatum facit.

CXLII.

LUXURIA VERO FECIT CORPUS INTOLE-
RABILE. *m)*

Per ἡδονὴν quid nisi concupiscentiam flagrantem intelli- *Luxuria*
git, quæ in membris se Dictatoris invicem erigit, & *perdit Cor-*
homini vincula minatur? Rom. VII. 23. & φορτίον quasi *pus.*
ἀβόησον imponit, facitque ut σῶμα τῆ θανάτου fiat.

CXLIII.

OMNE QUOD HOMINI PLUS EST, QUAM
NECESSE SIT, INIMICUM EST EI.

Certum est omnes propemodum Philosophos id incul- *Superflua*
casse, quorum nonnulli nimias opes cum vestium syr- *nocent.*
mate gressum impedituro, cumque calceis plantam pe-
dis excedentibus contulerunt. Ecquis autem dubitet,
plurimos ex abundantia tela sumere, quibus & Deum
ex animo proturbent, & semetipsos pariter atque alios
oppugnent. Ez. XVI. 49. Pulcherrima sunt Græcorum
Interpretum verba Sixtum illustrantia, eaque propter
proferenda. Πλὴν τῆτο τὸ ἀνόμημα Σοδόμων τῆς ἀδελφῆς σ, *κατακαυχῶν*
ὑπερηφανία ἐν πλησμονῇ ἀρτων, καὶ ἐν εὐθηνία ἐσπατάλων,
αὐτὴ καὶ ἀΐθυγατέρες αὐτῆς. Etenim sub significantissima
τῆ σπαταλῶν voce, hominum rerum copia abundantium
prurimum, plane, ut Paulus viduarum in nuptias de-
nuo turgescientium ὄργασμον expressit I. Tim. V. 6. & II.
Eo autem loco τὸ σπαταλῶν & κατασρηνιῶν invicem con-
juxit, quorum postremum frenum mordere & habe-
nas discutere denotat, & per τὸ κατακαυχῶν & ἀποσκι-
τῶν a Glossarum Interpretibus redditur. Isti enim effe-
ctus sunt, qui e superfluitate nascuntur, ut Hesychius
σρηνιῶν, τὸ ἀπὸ πλέτους ὑβρίζειν.

Bb 3

CXLIV.

m) Parisina & Lugd. & Galeana hanc cum antecedente jungunt.

CXLIV.

QUI AMAT, QUOD NON EXPEDIT, NON
AMABIT, QUOD EXPEDIT.

*Amans ma-
la, non amat
bona.*

Hæccine e sapientia Christi deprompta sunt? Math. VI. 24. Ουδείς δύναται δυσὶ κυρίοις δεσμεύειν, ἢ γὰρ τὸν ἓνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἐνὸς ἀνθέξεται, καὶ τὸ ἕτερον καταφρονήσει. Pulchre Theophyl. Simocatta: ἔ δύνασαι Θετιδος καὶ γαλατείας ἐραῖν· ἐδὲ γὰρ μάχεται πάθος. οἱ γὰρ ἐρωτες ἔ μερίζονται ὡς γὰρ ἡ γῆ ἔ δυσὶν ἡλίοις ἔ δύναται θάλπεισθαι, ἔτως μία ψυχὴ δυάδος παρὰ σῶν ἐρωτικῶν ἐκ ἀνέχεται.

CXLV.

SAPIENS INNOTESCET VERBIS PAUCIS.

*Sapiens βρα-
χυλόγος*

Bonum illud brevitatis Philosophi veteres ac quicumque demum morum magistri studiose commendarunt. Stobeus Serm. XXXV. ex Pythagora, Hesiodo, Eupolide, Euripide, Platone aliisque affatim testimoniorum adduxit. Ante hos tamen divini Scriptores. Eccl. V. 1. Μη σπεῦδε ἐπὶ σώματί σε, καὶ καρδίᾳ σε μὴ ταχυνάτω τὸ ἐξενέγκαι λόγον πρὸ προσώπου τῷ Θεῷ, διὰ τὸ ἐξωσαν οἱ λόγοι σε ὀλίγον. Πρου. X. 19. Ἐκ πολυλογίας ἐκ ἐκφύξεις ἀμαρτίαν. Φειδόμενος δὲ χειλέων νοήμων ἔση. Theophilus Raynaudus sodalis Jesuiticus Laudem brevitatis scripsit, qua, etsi ad minus necessaria sæpe delabatur, ac contra ipsam brevitatis laudem peccet, aliqua tamen habet, quæ Sixtinae sententiæ necessitatem ostendunt. v. Rayn. T. XIII. p. 393. & seqq. & p. 405. ubi disquirat, quamdiu divinæ Eucharistiæ species intra Stomachum morari debeant, ut nova inde gratia percipienti accedat.

CXLVI.

CXLVI.

QVI STVDET HIS, QVÆ NON ⁿ⁾ SVNT BO-
NA, LATEBVNT ^{o)} EVM, QVÆ SVNT
BONA.

Convenit cum Sent. CXLIV. Photius Epist. 89. Ἐρᾶς *Qui non bo-
χρημάτων δια τῆτο ἀρετῆς ἐκ ἐρᾶς. Ἐρωτι γὰρ κακίας ὁ τῶν nis studet,
καλῶν ἔρως ἐναποσβέννυται. Εἰδέγε τὴν φλόγα τῆς πλεονεξίας is caret ver-
ἀποσβέσεις, καὶ τὰς ἀκάνθας τῆς φιλαργυρίας συμφλέξεις, bonis.
ῥᾶον ἢ τῆς ψυχῆς ἀρετρα τὸν οἰκεῖον καρπὸν, τὴν ἐλεημοσύνην
ἀναβλασήσει καὶ σε ἀντὶ τῆ μετὰ τῶν ἐρίφων τετάχθαι, εἰς
τὴν τῶν προβάτων ἀγέλην μετασήσει. Divitias amas, id cir-
co virtutem non amas. Nam impio amore laudandus
amor omnis bonorum extinguitur. Sin avaritiæ flam-
mam extinxeris, & spinas cupiditatis simul combures;
tum facilius animæ tuæ tellus suum proprium fructum
faciet pullulare eleëmofynam; & te alioqui cum hœdis
locandum inter ovium greges translatum dabit.*

CXLVII.

SEMPER APVD DEVM MENS EST SAPIEN-
TIS.

I. Cor. VI. 17. Ὁ κολλῶμενος τῷ Θεῷ, ἐν πνεύματι ἐστίν. Jo. *Mens pia
XVII. 22. Ἐρωτῶ περὶ τῶν πισευόντων, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν semper a-
ἐν ὧσιν. Ps. CXIII. 9. Ἐκολλήθην ἡ ψυχὴ μου ὀπίσωσθε. Quod pud Deum.
Scholiastes sic explicat: Ἐπιθυμῶ προσεγγίσει τὴν ψυχὴν
μου, καὶ ἀχώριστον ἐμαυτὸν καταστήσει. Theodorus Heracleo-
ta: Τῆτο τὴν ἔνωσιν δηλοῖ, ἐδὲ γὰρ πρὸς βραχὺ τὸν λόγον ἀπο-
στήσει δύναμαι τῆς σῆς μνήμης. Judæorum magistri dice-
bant, ideo Nomen Dei Laminae inscriptum, vinculis
quibusdam fronti Pontificis alligatum fuisse, ut mo-
neret Pontificem, mente perpetim copulari Deo,
nec*

n) In Par. & Lud. sunt & o) eum deest.

nec ab illa beata connexionione divulsam, ad terrena & evanida delabi debere. Photius Ep. 162. ad Amphilo-
chium Cyzicenum. Τὸ δὲ τὸ ὄνομα &c. S. Maximus de Cari-
tate Sent. I. 4. Ὁ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν πάντων τῶν γεγονότων
προτιμᾷ τὴν γνῶσιν αὐτῆ, καὶ ἀδιαλείπτως διὰ τῆ πόθου προσ-
καρτερεῖ.

CXLVIII.

SAPIENTIS MENTEM DEVS INHABITAT.

*Pium Deus
inhabitat.*

Jo. XIV. 13. Ὁ πατήρ με ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν
ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῶ ποιήσομεν. 2. Cor. VI. 16.
Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεός,
καὶ αὐτοὶ ἔσονται μοι ὁ λαός. 2. Tim. I. 14.

CXLIX.

INEXPLEBILIS OMNIS CVPIDITAS, PRO-
PTEREA ET SEMPER INDIGET.

*Cupiditas
Inexplebilis.*

Eccl. IV. 8. ἕκ ἐσι περασμός ἐν παντὶ μόχθῳ αὐτῆ. καί γε
ὄφθαλμός ἐκ ἐμπίμπλαται πλέθρα. Et Cap. III. 9. Ἀγα-
πῶν ἀργύριον ἐ πληθήσεται ἀργυρία. vid. & Sixtus III. de
vitandis divitiis v. Maxim. T. II. p. 568. πλέθος ἀπέραν-
τον ἔχει τὸν τῆς ἐπιθυμίας βόσσανον.

CL.

SAPIENS SEMPER SIMILIS EST SIBI.

*Sapiens
semper idem*

Quum sapientem perpetuum Dei imitatorem constitu-
at, non potest non ipsum ita fingere, ut semper sit idem,
ut de Deo Scriptura testimonium profert, nullam in
ipso esse μεταλλαγὴν. Et cur non ita statuatur, cum ipsum
Numen quemvis Christi sectatorem velit esse βέβαιον,
ἀμετακίνητον, εἰλικρινῆ, ἀπρόσκοπον. Quo etsi rari raro
pertingant, non aliter tamen ipsum describere debebat.

Ut

Ut enim Cicero, cum perfectum Oratorem depingeret, probe sciebat, vix tales inveniri; fingebat tamen tales, quales esse deberent, non quales re ipsa essent. Hominem semper sibi dissimilem Photius sistit Epist. 94. Ουδεις εδεποτε &c. Antonius VII. 15. XII. 15.

CLI.

SUFFICIT AD BEATITUDINEM AGNITIO
DEI SOLIUS ET IMITATIO.

Hæc manifesta delibatio verborum Christi Jo. XVII. 3. *Ad Beatitudinem satis Agnitio illius & Imitatio.*
 Ἡ αὐτὴ δὲ ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινόν Θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν χριστόν. Nec negari potest, Sixtum beatitudinis in hoc vero Deo collocatione, confessionem Fidei edidisse, reperisseque omne illud Mysterium, quod in hac descriptione contineri, Veteres recentioresque Theologi agnoverunt. v. Epiph. Hær. LXII. & Hornbeck Socinismo Confut. L. I. p. 286. & 227. 228. 229. &c. Ac sane apertius adhuc locuturus erat, nisi credidisset consultum esse, hanc veritatem non nisi bene præparatis animis clarius annunciari.

CLII.

MALIS QUI ADULATUR, PEJORES EOS
FACIT.

Castigationem malorum hominum maxime necessariam esse, Philosophi agnoverunt, interque eos Pythagoras, *Mali adulationibus pejores fiunt.*
 qui Serm. XIII. apud Stobæum ita ait: εἶχ' ἔτω χαλεπὸν ἀμαρτάνειν, ὡς τὸν ἀμαρτάνοντα μὴ ἐξελέγχειν. Et eodem Sermone: ὡς περ σωματικὸν πάθος εἰ κρυπτόμενον, εἰδὲ ἐπαινέμενον ὑγιάζεται, ἔτως εἰδὲ ψυχὴ κακῶς φρονιμένη καὶ συναγορευομένη θεραπεύεται. & Serm. XIV. χαῖρε τοῖς ἐλέγχεσσι σε μᾶλλον, ἢ τοῖς κολακέουσιν, ὡς δ' ἐχθρῶν χεῖρον ἐκτρέπε

τῆς κολακέουοντος. Etsi vero communis sit sapientum in ea re consensus, non tamen putes ex solius Philosophiæ præceptis id dixisse, sed ex sapientia divina, quæ tales ἀποτόμως ἐλέγχειν iussit. Vid. Prov. XXVI. 1. Ὡσπερ δρόσος ἐν ἀμνητῶ, καὶ ὡσπερ ὑετὸς ἐν θέρει ἕτως ἔκ' ἐστὶν ἀφρονιτιμή. Neque vero tantum malis adulatione noceri Scriptura asserit, sed damnum in ipsam adulatoris cervicem recidere asseveravit Ez. XIII. 18. 21. Οὐαὶ ταῖς συρῆραπτέταις προσκεφάλαια, καὶ ποιέσαις ἐπιβόλαια ἐπὶ πᾶσαν κεφαλὴν πύσης ἡλικίας τῆ διασρέφειν ψυχάς v. 20. διαρρήξω αὐτὰ ἀπὸ βραχιόνων ὑμῶν, καὶ διαρρήξω τὰ ἐπιβόλαια ὑμῶν &c. v. Max. Excerpta Serm. XI. T. II. p. 365.

CLIII.

INTOLERABILIS FIT MALITIA, CUM LAUDATUR.

Malitia non laudanda. Hanc sententiam Græco sermone exhibet S. Maximus Confessor in Excerptis Serm. LXVIII. T. II.

Ἀφόρητος γίνεται κακία ἐπαινεμένη

Ad oram libri adscriptum est, esse Sixti, sed a nonnullis etiam Democrito tributam esse. Verum cum alias quoque Sixti sententias citet, verosimile libellum ejus a Confessore lectum esse, ut & a Joanne Damasceno, qui nonnullas protulit, v. Photius in Præc. Moral. ad Michaëlem Bulgariae Principem p. 30.

CLIV.

LINGUA TUA SENSUM SUUM SEQUATUR.
Convenit cum Sententiis antecedentibus.

CLV.

MELIUS EST LAPIDEM FRUSTRA JACTARE, QUAM VERBUM. p)

Apud

p) In Paris. Lugd. & Gal. hæc sententia cum sequenti necitur.

Apud Stobæum Serm. XXXIV. p. 215. Pythagoræ tribuitur, hisque verbis Græcis exprimitur: *Αἰρετώτερόν σοι ἔσω λίθον εἰκῆ βάλῃεν, ἢ λόγον ἀργόν*, nec ullum a Gnomographis oraculum frequentius citatum legi; adeo in assensum omnes rapuit. Damascenus S. Parall. T. XIX. p. 357. Evagrio adscripsit, licet jure ad antiquiores referatur. Explicasse mihi hanc sententiam videtur Photius Epistola Parænetica ad Michaelē Bulgaror. Principem p. 40. *Πολλοὺς ἔβλαψεν εὐτραπελία &c.* vid. & illius Epistola IV. p. 68. ad eundem Principem: *Πολλοὺς ἔβλαψεν εὐτραπελία· ἀπὸ γὰρ γνώμης διεκπεσοῦσα παιζούσης καιρίας πληγὴ γέγονε τοῖς διαπαιχθεῖσι καὶ βραχεία τέρψει τῶν ἐπιτυχόντων, μέγας ἔτεκεν ἔχθρας τῶν σπουδαίων· ἦν παντὶ μὲν ἔμφρονι παραφυλακτέον, ἀρχοντι δὲ μάλιτα τῶν ἄλλων· ὅτι καὶ χυδαῖον καὶ καταφρονεῖν μαῖλον, ἢ χαριεντίζεσθαι παρασκευάζει.* Multos urbanitas læsit: ab animo siquidem ludenti profecta, aliquando vulnus lethale illis infligit: quæ per admodum brevem oblectationem cuicunque obvio impensam, inimicitias etiam graves inter prudentes excitavit. Hanc ideo quisque prudens evitabit, princeps imprimis; cum res sit, quæ contemptum potius parit, quam gratiam vel acceptationem aliquam.

CLVI.

DELIBERA ANTEQUAM DICAS, NE QUÆ
NON EXPEDIT, DICAS.

Videtur ad imitationem oraculi Pythagoræi composita, quod apud Stobæum p. 37. *Βελέουσ δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέλεται.* Phot. Ep. 194. *Delibera, antequam loquaris.*

CLVII.

VERBA SINE SENSU OPPROBRIA.

C c 2

Hiob.

Hiob c. XIII. 5. Εἴη δὲ ὑμῖν κωφεῦσαι, καὶ ἀποβήσεται ὑμῖν σοφία, & Eph. V. 5. Μηδεὶς ἀπατάτω ὑμᾶς κενοῖς λόγοις. Ρf. II. I. Prov. XV. 2. Στόμα δ' ἀφρόνων ἀναγγέλλεται κακὰ. Prov. XII. 23. Καρδία δ' ἀφρόνων συναντήσεται ἀραῖς. Eccl. X. 13. Ἀρχὴ λόγων φόματος ἀφροσύνη, καὶ ἐσχάτη φόματος αὐτῆ, περιφέρεια πονηρά.

CLVIII.

VERBOSITAS NON EFFUGIET PECCATUM.
Convenit cum Sent. CXLV.

CLIX.

BREVIS EST IN SERMONIBUS SAPIENS.
v. Sent. CXLV.

CLX.

JUDICIUM IMPERITIÆ LONGA NARRATIO.

*Multus Ser-
mo multus
error.* Nicolaus Cusanus, qui de Ignorantia docta erudite commentatus est, valide ostendit, nihil ignorantia inerudita ineloquentius esse, hancque ipsam ignorantiam esse, quæ tot ponderosos & maximæ molis, & maximæ inutilitatis præcuderit errores, de quibus vere dici queat, quod Jobus ad amicos Cap. VI. dixit.

CLXI.

VERITATEM DILIGE.

*Veritatem
dilige.* Etsi inter Philosophos aliqui fuerint, qui nec verum nec veritatem dari statuerint, ideo quod verum sine demonstratione & demonstratio sine demonstratione alia μέγιστος ἀπίστος non credatur: Sextus Empyricus L. II. 9. maxima tamen pars veritatem dari credit, eamque magnificis verbis extulit, quum eam Θεῶν ὁμόπολιν, σοφίαν παγκρατῆν, τῶν ἀκροσμάτων ἡδίστον, κάλλιστον

Sec-

θεοποιητικὸν appellaverit. v. Stob. Serm. XI. Multo autem magis dari veritatem Sixtus divino Lumine collustratus, virtuteque divinis oraculis insita convictus agnovit, quodque certo fundamento innitatur, atque huic superstructa sit, qui semetipsum splendido Veritatis nomine insignivit. Unde plane arbitror, Sixtum hoc oraculo non modo ad veritatis verbum, sed ad ipsum veritatis Regem homines deduxisse, ejusque amorem inculcasse, ideo quod sub hac voce majestas Servatoris, sub aliis nominibus tum invisā, commode proponi posset. Hoc ipsum vero non temere fecit, siquidem Servator ipse sub hoc Veritatis amictu, libentissime se conspicendum præbuit vid. Jo. XIV. 6. XVIII. 37. Apoc. III. 7. Sin vero contendas Verbum tantummodo Veritatis a Sixto commendatum esse, quid aliud fecit, nisi quod Davides Ps. XV. XLIII. & Salom. Prov. XXIII. 23. Syr. IV. 33. 34. & Novi Fœderis Scriptores maxima sollicitudine ante ipsum egerunt? v. S. Max. Exc. Serm. XXXV. p. 624. Damasc. S. Parall. Tit. XIX. p. 356.

CLXII.

MENDACIO TANQUAM VENENO UTERE.

Pythagoræis adscribitur, quod mendacio uti concesserint, etsi in Sententiis, quæ de Principe hujus Sectæ restant, nihil extet, quo ipsum huic opinioni fuisse ad-

Mendacio ut Veneno utendum.

dictum probari possit. Timantem illius Sectæ socium id statuisse dicunt. Aliarum Sectarum Philosophi id manifesto fecerunt. Plato Dialogo de Republ. tribus verbis aperte licitum esse mendacium dixit: Θεοῖς μὲν ἀχρηστον ψεῦδος, ἀνθρώποις δὲ χρησιμον, ὡς ἐν φαρμάκῳ εἶδει. Τοῦτον ἰατροῖς δοτέον, ἰδιώταις δὲ ἔχ ἀπτεόν. p. 612. Stob. Serm. XLIV. p. 317. Pharmaci vocabulum ambiguum,

five μέσον, ut de Veneno, & medicamento explicetur. Platonis Interpretes de medicamento interpretati sunt, nec præter auctoris mentem. Quæritur an Sixtus eadem ratione in hac sententia usus fuerit? Quod nego, plane existimans, Rufinum Interpretem mentem Philosophi affecutum, recte Veneni vocabulo usum, quum ex antecedenti Thesi palam sit, quod cum Veritatem unice diligendam suaserit, ipsum viceversa Mendacium ut Veritati oppositum dissuasisse. Fuere equidem, qui illam Platonis sententiam juxta illius mentem recipiendam defendendamque duxerint, idem Christiano licere putantes, quos tamen S. Hipponensium Præsul *Augustinus* libro de *Mendacio ad Cosentium* scripto melius instituit, etsi hanc *disputationem latebrosam & cavernosis quasi anfractibus cinctam professus fuerit*. Majorum vero nostrorum ætate denuo ac majori impetu Mendaciorum usus defendi cœpit, ab his, qui non diffitentur, illa indulgentia magnam sibi apud homines fiduciam paratam esse. Id quod constat e IV. libris, quos *Nicolaus Abramius, sodalis Jesuiticus*, Professor Mussipontanus de Veritate & Mendacio edidit, in Dedicacione ad Deum directa gloriatus, *hanc sibi doctrinam de sursum a sapientia cœlesti datam*, applaudentibus pariter censoribus, qui libros illos absque mendacio repertos judicarunt. Etsi igitur Libro. I. adversus mendacium depugnare videatur, mox tamen, aliud licet simulans, Mendacium esse bonum naturale, honestum, jucundum, & a Deo ipso vel adhibitum vel imperatum adstruxit, aliter ante ipsum sentiente *Melchiore Cano*, qui novos hosce Theologos hæreseos infamia notandos, proculque profligandos censuit. Quod licet *Abramius* nosset, nihilominus tamen mendacia, Æquivocationes, Restrictiones mentales acriter

ter

ter contra *Sepulvedam* & *Jo. Barnesium* defendit, modumque iisdem utendi adversus Magistratum Interrogationes mirifice demonstravit. p. 494. Num. 101. 102. 103. seqq. Et accedere Abramio innumeri alii, ut jam universa societas mendaciorum usum non pro Veneno, sed medicina indies adhibeat, quod Hexaplorum Auctores ex omni Scriptorum Jesuiticorum nexu comprobarunt. Hanc vero mentem Sixto non fuisse plane asserimus, quum non modo hæc Thesis priorem illustrans, sed totius doctrinæ Sixtinæ catena id declaret, quæ quum hominem in imitationem Dei vertat, Deus autem (vel Philosophis etiam affirmantibus) mendacio haudquaquam utatur, nec eodem uti velit aut possit, sequitur hominem, nisi falsus aut fictus imitator esse velit, ad *αψευδίας* imitationem jure meritoque trahi. Sed quid moror? cum Sententiæ sequentes CLXIX. CLXX. CLXXII. CLXXIII. CLXXIV. id satis evincant, atque palam faciant, hanc nostram vel Pythagoreis, vel Platoni exigua commutatione verborum oppositam esse, quemadmodum & Gnome CXXIX. idem fecerat. v. Jo. Clim. Gradu XII.

CLXIII.

ANTE OMNIA TEMPUS VERBIS TUIS RE-
QUIRITO.

Repetuntur nonnunquam, verbisque paululum commu-
tatis aut majorem emphasin habentibus, ea quæ aliquo-
ties jam dicta fuere, ut crebra Lectione tanto fortius
menti inscriberentur. Id quod S. Paulus se fecisse testa-
tur. Philipp. III. 1. Sæpe autem monuit, dicturum aut
verba facturum antea *βελέυειν* debere, quod non aliud
est, nisi verbis dare tempus. v. Themistii Oratio *πρὸς τὴν
ἀξιώσαντα λέγειν ἐκ τῆ παραχρῆμα*. p. 309.

*Tempestive
loquendum.*

CLXIV.

CLXIV.

TUNC LOQUERE, QUANDO TACERE NON
EXPEDIT.

*Tunc lo-
quendum,
quum Taci-
turnitas no-
cet.*

Eccl. III. 7. Καιρός τῆ σιγαῖν, καιρός τῆ λαλεῖν, καὶ τῆς ἀδο-
λεχίας καὶ τῆς ἐχεμυθίας. Ecl. XLII. 14. Ἐσιώπησα, μὴ καὶ
ἀεὶ σιωπήσωμαι & LXII. 1. Esther c. IV. 14. Ἐὰν παρακέσης
ἐν τῷ τῷ καιρῷ, σὺ δὲ καὶ ὁ οἶκος τῆ πατρὸς σε ἀπολείψει vid.
Exemplum Basili M. Ep. LXXIII. Ἐγὼ ἀνέστας, ὅτι πολλὰ ἐπι-
σολαὴ σίζεσαι ὑμᾶς καὶ ζηλιτεύεσαι καὶ κατηγορεῖσαι ὡρμησα-
μὲν σιωπήσαι, ὃ καὶ ἐποίησα τρίτον γὰρ ἤδη τῆτον ἔτος ἐσιν,
ἐν ᾧ τυπόμενος ὑπὸ τῶν διαβολῶν φέρω τὰς τῆς κατηγορίας
μάστιγας, ἐπειδὴ δὲ ὄρω, ὅτι πολλὰ τὴν σιωπὴν ἡμῶν εἰς βεβαί-
ωσιν τῶν διαβολῶν παρεδέξαντο, καὶ εἰ διὰ μακροθυμίας ἐνόμι-
σαν ἡμᾶς σιωπᾶν, ἀλλὰ τὸ μὴ ἔχειν διαῖρα, τὸ ζόμαι πρὸς τὴν
ἀλήθειαν. τῆτ' ἐνεκεν ἐπειράθην ἐπισεῖλαι ὑμῖν. Possunt ista
Basili verba ostendere, quo potissimum tempore silen-
tium cum παρρησία fit commutandum.

CLXV.

DE QUIBUS IGNORAS, TACE.

V. Gn. CLVII. Syr. XVIII. 20, 21.

CLXVI.

DE QUIBUS AUTEM CERTVS ES, LOQVE-
RE OPPORTVNE.

*Quæ certo
scis, ea lo-
quaris.*

Esa. LVIII. 1. Ἀναβόησον ἐν ἰχύει, καὶ μὴ φείση, ὡς σάλπιγγ-
γα ὑψωσον τὴν φωνήν. & Pl. XL. 10. ἐκ ἐκρυψα ἐν τῇ καρδίᾳ
με τὴν ἀλήθειάν σε, καὶ τὸ σωτήριόν σε εἶπα ἐκ ἐκρυψα τὸ
ἔλεός σε, καὶ τὴν ἀλήθειάν σε ἀπὸ συναγωγῆς πολλῆς. Oppor-
tunitatem autem loquendi expectandam Salomon sua-
det. Prov. XXV. 11. Μῆλον χρυσὸν ἐν ὀσμίνῃ σαρκίς, ἕτως
εἰπεῖν λόγον.

CLXVII.

CLXVII.

SERMO EXTRA TEMPUS INDICIUM MALÆ
MENTIS.

Pulcherrime quidem Syracides C. XXII. 6. *Μησικὰ ἐν* *Sermo in-*
πένθει ἀκαιρος διήγησις, μάστιγες καὶ παιδεία ἐν παντὶ καιρῷ *tempestivus*
σοφίας. Dat vero intempeſtiva oratio ſignum mentis *ſtultus.*
non bene & ad ſapientiæ regulas efformatæ, licet forte
talis malitia ſeu pravitate careat. v. Stob. de Garrul.
Serm. XXXVI.

CLXVIII.

IN CONVENTU NE SATAGAS PRIMUM DI-
CERE.

Hiob. XXXII. 6. *Νεώτερος μὲν εἰμι τῷ χρόνῳ, ὑμεῖς δὲ ἐστε* *In Conventu*
πρεσβύτεροι, διὸ ἡσύχασα φοβηθεὶς τῆς ὑμῖν ἀναγγεῖλαι τὴν *ne primus*
ἐμαυτῆς ἐπισημνῶν. Εἶπα δὲ, ἔχ' ὁ χρόνος ἐστὶν ὁ λαλῶν, ἐν πολ- *loquaris.*
λοῖς δὲ ἔτεσιν οἶδας σοφίαν. I. Cor. XIV. 30. 31. &c.

CLXIX.

MELIUS EST VINCI VERA DICENTEM,
QUAM VINCERE MENTIENTEM.

Huc poteſt trahi Pauli effatum Rom. XII. 21. *Μὴ νικῶ* *Sermonis*
ὑπὸ τῆς κακῆς· ἀλλὰ νικά ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. Eſt enim *Victoria per*
Apoſtolus tanquam Cynofuram hanc Gnomem dederit *Mendacium*
adverſus inimicos, in omnibus tamen ferme hominis *non parati-*
Chriſtiani actionibus uſum præſtabit. Ineptiſſimum igi- *da.*
tur Abbatis Agathonis Apophthegma fuit: *Ἐάν μὴ ψεύ-*
δη, πολλὰς ἀμαρτίας μέλλεις ποιῆν v. Cotelerius T. I. Mo-
num. Eccl. Gr. p. 398.

CLXX.

FIDES OMNES ACTUS TUOS PRÆCEDAT.

Dd

Se-

*Fides actus
omnes præ-
cedat.*

Sequentes sententiæ ostendunt, Sixtum non de fide Philosophica locutum esse, qualem Plato, Antonin. L. III. §. 7. aliique requisiverunt, aut qualem Basilides apud Clem. Alexandr. plane imperfectam dedit, quod fit *συγκατάθεσις ψυχῆς πρὸς τὶ τῶν μὴ κινόντων αἰδησιν διὸ μὴ παρ- εῖναι*. Sed ut Clemens: *ἀπαράβατος τήρησις τῶν ἐγχειριδέν- των τῶν περὶ Θεῶ λόγων σὺν τῇ καταπράξει τῶν παραγγελμά- των*. Strom. II. Sect. CLX. Sive ut Basilius Oratione de Vera ac Pia Fide T. II. p. 250. *συγκατάθεσις ἀδιάκριτός τῶν ἀκροθέντων ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἀληθείας τῶν κηρυχθέντων Θεῶ χάριτι*. Ex hac enim omnia derivari debent, adeo, ut quicquid non ex Fide procedat, illud sit peccatum. Rom. XIV. 23.

CLXXI.

SAPIENTIA PERDUCIT AD DEUM.

*Sapientia
ducit ad De-
um.*

Actum agerem, si ex divinis fontibus hanc Gnomem de- promptam demonstrare vellem. Sive enim *Αυτοσοφία* de Sapientia, quatenus Servatori hoc nomen tribuitur Luc. XI. 49. & I. Cor. I. 30. id intellexerit Sixtus, vera plane erit assertio: Sive de sapientia revelata, perque fidem communicata, rursus fidem obtinebit, quum finis utri- usque non alius sit, nisi deductio nostra ad Deum, con- junctioque cum Deo. Syr. IV. 12. *Ἡ σοφία υἱὸς αὐτῆς ἀνύ- ψωσε. καὶ ἐπιλαμβάνεται τῶν ζητούντων αὐτήν &c.* Prov. IV. 21. 22. 23.

CLXXII.

NIHIL AVTEM TAM VERNACULUM SAPIEN-
TIÆ, QUAM VERITAS.

*Veritas &
Sapientia
pari passu
ambulant.*

Id ipsa sapientia profitetur. Prov. VIII. 7. *Ἀλήθειαν με- λετήσεις ὁ φάρυγξ μῶ, ἐβδελυγμένα δὲ ἐναντίον ἐμῶ χεῖλη ψευδῆ.*
Μετα

Μετὰ δικαιοσύνης πάντα τὰ ῥήματα τῆ ψόματος μῆ, ἐδὲν
ἑαυτοῖς σκολιὸν ἐδὲ τραγαλιῶδες.

CLXXIII.

NUNQUAM POTEST ANIMA BONA MEN-
DACIUM DILIGERE.

Hæc ex Davidis cantico XXXVII. decerpta sunt. *Στόμα* Anima bona
δικαίῃς μελετήσῃ σοφίαν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῆ λαλήσῃ κρίσιν. *Mendacium*
Ὁ νόμος τῆ Θεῶ αὐτῆ ἐν καρδίᾳ αὐτῆ ὑποσκελιθήσεται τὰ δι- *non amat.*
αβήματα αὐτῆ. & Cl. Alex. Str. 7. p. 887. Ἄψευδέιν χρη-
τὸν ἐπεικῆ καὶ μηδὲν, ὧν ὑπέχρηται, ἀκυρεῖν.

CLXXIV.

PRAVO ET PESSIMO INGENIO FIDES ALI-
ENA.

Sive ἀπιστία in Deum sive in Proximum vergat, utrinque *Pravi Fi-*
pessimi ingenii signum. Ἀπιστία erga Deum, ut a malo *dem non ha-*
Dæmone orta, mentem Satanæ ejusque operationibus *bent.*
subjicit. 2. Cor. IV. Eph. II. 2. atque æterna tandem cala-
mitate afficit. Ebr. III. 19. Ebr. XI. 31. Ἀπιστία in Proxi-
mum execrabilis Deo Ps. V. 7. L. V. 24.

CLXXV.

FIDELIS HOMO AUDIRE QUÆ OPORTET,
AMAT MAGIS, QUAM DICERE QUÆ
NON OPORTET.

Προν. XVIII. 13. Ὁς ἀποκρίνεται λόγον πρὶν ἀκοῦσαι, ἀφρο-
σύνη αὐτῷ ἐστὶ καὶ ὄνειδος. Καρδία φρονίμου κτᾶται αἰδέσθῃ,
ᾧτα δὲ σοφῶν ζητεῖ ἔννοιαν. Eccl. VII. 6. Ἀγαθὸν τὸ ἀκοῦσαι
ἐπιτίμησιν σοφοῦ ὑπὲρ ἀνδρα ἀκούοντα ᾄσμα ἀφρόνων.

CLXXVI.

VIR LIBIDINOSUS AD OMNIA INUTILIS
EST.

Dd

Quod

Quod in universam gentem libidinosam dixit Esaias Cap. XLVII. 8. ἀκούε ταῦτα τρυφερά, ἤξει ἐπὶ σὲ ἀπώλεια ἤξει ἐπὶ σὲ ταλαιπωρία ἤξει ἐπὶ σὲ ἐξαπίνης ἀπώλεια; id & in singulos quosque applicari potest. Servator itidem Luc. VIII. 14. de voluptuosis ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν πορευόμενοι συμπνίγονται, καὶ οὐ τελεσφοροῦσι. Multa hic erudita congeffit *Priceus*, quæ, cum ille sit Autor obvius, legi apud ipsum possunt. Nos instituti memores convenientiam tantum Sixti cum Scriptura S. ostendimus. Non negamus, Philosophos hujus veritatis gnaros fuisse, libidinosum nulli rei idoneum esse. Vid. *Plato* in *Phileto* circa finem, *S. Maximus* Cap. de Caritate n. XIII. οὐκ ἀθαρτός ἐστι ψυχὴ ἑμπαθῆς, λογισμῶν ἐπιθυμίας καὶ μίσους πεπληρωμένη.

CLXXVII.

IRREPREHENSIBILIS AUTEM IN VERBIS
UNITUR q) DEO.

Qui Verbo non peccat, unitur Deo. Ex Epistola D. Jacobi depromptum videtur Cap. III. v. 2. Εἴ τις ἐν λόγῳ ἑπταίει, ἕτος τέλειος ἀνὴρ, δυνατὸς χαλιναιγαγῆσαι ὅλον τὸ σῶμα. Syrac. XIV. 1. Μακάριος ἀνὴρ, ὃς ἐκ ὀλιθισεν ἐν σώματι, & Cap. XIX. 16. Ἔσιν ὀλιθισάντων καὶ ἐκ ἀπὸ ψυχῆς καὶ τίς ἐχ ἠμάρτησεν ἐν τῇ γλώσση αὐτῆς.

CLXXVIII.

PECCATA DISCENTIUM OPPROBRIA SVNT
DOCENTIVM.

Defectus discipulorum doctores imputantur, Sensus est, sanæ doctrinæ discipulos probitate vitæ, de probitate Doctoris pariter atque doctrinæ sibi creditæ, testari, atque palam facere debere, quod gratiam cœlestem non eis κενὸν acceperint: 2. Cor. VI. 3. μηδεμίαν

q) Paris. & Lugd. utitur.

μίαν ἐν μηδενὶ δίδόντες προσκοπήν, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία· ἀλλ' ἐν παντὶ συνιζῶντες ἑαυτοὺς ὡς Διακόνους τῷ Θεῷ. Neque enim Christus ita discitur, ut de eo edocti vivant ἐν ματαιότητι τῶν οὐδ' αὐτῶν. Eph. IV. 17. Unde laborandum, ut coronamenti instar sint illis, a quibus doctrinam Salubrem acceperunt. In Prologo dictum a nobis est, Ambrosiique auctoritate firmatum, S. Laurentium Martyrem hanc ipsam Sententiam Sixto Martyri, ut proprium telum, sed in bonum finem objecisse.

CLXXIX.

MORTVI SVNT APVD DEVM, PER QVOS NOMEN DEI MALEDICITVR.

De priori Sententiæ Parte jam tum alibi dictum. Posterior pars ex I. Tim. VI. v. 1. hausta censeretur: ubi Paulus ait: ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τῷ Θεῷ καὶ ἡ Διδασκαλία βλασφημηθῶσι, & ad Titum C. II. v. 5. Totius dicti vestigia 2. Petr. II. v. 2. πολλοὶ ἐξηκολέθησαν αὐτῶν ταῖς ἀπωλείαις, δι' ἧς ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας βλασφημηθήσεται. *Scandalum dantes, mortui.*

CLXXX.

SAPIENS HOMO BENEFICVS POST DEVM

CLXXXI.

SERMONES TVI VITAM TVAM COMMENDENT AUDITORIBVS.

Perpulchre Salomon Proverb. XVI. 23. 24. Καρδία σοφῆ νοήσει τὰ ἀπὸ τῆς ἰδίας σόματος· ἐπὶ δὲ χείλεσι φορέσει ἐπιγνωμοσύνην. Κηρία μέλιτος λόγοι καλοὶ· γλύκασμα δὲ αὐτῆς ἰασις ψυχῆς. Servator apud Mattheum Cap. XII. 35. ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τῆς ἀγαθῆς θησαυρῆ τῆς καρδίας ἐκβάλλει τὰ ἀγαθὰ· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τῆς πονηρῆς θησαυρῆ ἐκβάλλει. *Sermo tuus commendat vitam.*

λει κακοί. Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σε δικαιώθησιν, καὶ ἐκ τῶν λόγων σε καταδικαθήσιν.

CLXXXII.

QVOD FIERI NON DECET, NEQVE IN SV-
SPICIONEM VENIAT, QVASI ID FECE-
RIS.

*Suspicio ma-
litiæ fugien-
da.*

D. Apostolus Paulus 1. Thessal. V. ἀπὸ παντὸς εἶδους πονηρῆς ἀπέχεσθε. Et 2. Cor. IV. 2. ἀλλ' ἀπενπάμεθα τὰ κρυπτοῦ τῆς αἰχλῆς, συνιζῶντες ἑαυτὰς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Huc pertinet devitatio omnium occasionum, unde infirmiores scandalum sibi figere queant, quum non omnes αἰδητήρια γεγυμνασμένα habeant ad discernendam Innocentiam, sub aliqua umbra latentem, virtutemque crassiore cortice contactam.

CLXXXIII.

QVOD PATI NON VIS AB ALIO, NEQVE ID FACIAS.

CLXXXIV.

QVOD TIBI FACERE EST TVRPE, HOC ET ALII(r) IMPERARE FACIENDVM, TVRPISSIMVM EST.

*Mala actio
aliis non im-
peranda.*

Duplici nempe modo illi peccant, dum non modo sese mancipia affectuum libidinumque faciunt, sed alios quoque instrumenta nequitiae reddunt. Hi vero ipsi sunt, quibus Servator gravissimas poenas comminatus, melius fore praedixit, si in maris abyssum projicerentur, quam ut tolerarent poenas, isto reatu contractas.

CLXXXV.

ETIAM IN COGITATIONIBVS TVIS MVN-
DVS ESTO.

Nem-

r) Paris. & Lugd. *aliis*

Certe hominis Christiani professio non externa specie *Cogitationes*
 exhaustur, sed animi ad eandem compositione. Unde *sint munda.*
 perpetua consensio & confirmatio τῶ ἐσωτέρῳ & κρυπτῶ
 ἀνθρώπῳ & τῆς καρδίας purificatio requiritur, vid. Math.
 Cap. V. ubi illa καθαρότης maxime laudatur. S. Maxi-
 mus Confessor de Carit. Pag. 400. Num. 44. Μὴ μιᾶνεις
 τὴν ψυχὴν πονηροῖς λογισμοῖς, καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ ἐπιλεύσεται
 ἐπὶ σὲ τὴν ἀγάπην φέρουσα. Ex adverso ait: ὁ Νῆς τῆς παρ-
 ῆσιας πρὸς Θεὸν ἐκπίπτει, ὅπηνίκα πονηροῖς ἢ ῥυπαροῖς λογι-
 σμοῖς συνόμιλος γένηται. Ibid. 49. vid. & Num. 63. 69. 91.

CLXXXVI.

QUVM PRÆES HOMINIBVS, MEMENTO,
 QVOD ET TIBI PRÆEST DEVS.

Magna erat illorum temporum sævitia, quam summi pa- *Reſtoribus*
 riter ac inferiores magistratus perenni quodammodo *Hominum*
 clade exercebant. Quo magis necessarium erat, ipsos ad *præſt Deus.*
 humanitatis sensum & recordationem reddendæ ratio-
 nis flecti. Id quod efficacissima ratione, brevi licet ver-
 borum compendio, Sixtus fecit, sed Sapiencia Salomonis
 incitatus. Ecclesiast. Cap. V. v. 7. Ἐὰν συκοφαντίαν πένη-
 τος καὶ ἀρπαγὴν κρίματος καὶ δικαιοσύνης ἴδῃς ἐν χάρα, μὴ
 θαυμάσης ἐπὶ τῷ πράγματι ὅτι ὑψηλὸς ἐπάνω τοῦ ὑψηλοῦ φυ-
 λάξαι, καὶ ὑψηλοὶ ἐπ' αὐτοῖς. Porro Paulus ad Eph. VI. 9.
 οἱ Κύριοι τὰ αὐτὰ ποιεῖτε ἀνιέντες τὴν ἀπειλὴν, εἰδότες ὅτι καὶ
 ὑμῶν αὐτῶν ὁ κύριός ἐστιν ἐν ἔθρονοῖς, καὶ προσωποληψία ἐκ ἐστὶ
 παρ' αὐτῶ.

CLXXXVII

ET VINDICANS ¹⁾ HOMINES SCITO, QVIA
 ET JVDICERIS A DEO.

Hæc

¹⁾ Paris. & Lugd. Vindictam exercens.

Puniens alios, judicem habet Deum.

Hæc non dicta sunt in eam vindictam, in quam mortali-
lium pars maxima se læsam putans exardescit, sed in
eam, quam Magistratus juxta rigidas pœnarum leges
exercent, quos, ne metas transgrediantur, supremi
Vindicis memores esse jubet. Deprompta autem sunt ex
illustri & capitali loco Jerem. LI. v. 53. 56. & ad Rom.
XII. 19.

CLXXXVIII.

MAJVS EST PERICVLVM JVDICANTIS,
QVAM EJVS, QVI JVDICATVR.

Majus periculum Judicis quam Rei.

Quid excellentius aut ad persuadendum aptius poterat
dici hominibus, sua vi & auctoritate abutentibus, quam
semet ipsos in periculo versari, molemque suppliciorum
in suam devolvi cervicem, si injuste agant. Equidem
illa verba Pythagoræ apud Stobæum dantur Serm. XXIV.
Pag. 192. Κακὰ μείζονα πάχει δὴ τῶ συνειδότης ὁ ἀδικῶν βασι-
νιζόμενος, ἢ ὁ τῶ σώματι καὶ πληγαῖς μασιγέμενος. At, licet
ea a Sixto retenta concedere queamus, quis neget, eum
illa tanto fortius adstruxisse, quum eâ non Pythagoræ
solum sed Numinis auctoritate stabilita videret. Quo-
tus quisque enim est Prophetarum, qui Judicibus sævis
& improbis, capitalesque sententias evomentibus, &
omnis Misericordiæ decoctoribus, post fortunarum
stragem æterna supplicia non denunciaverit? Nos omni-
um loco Esaiæ minas producemus, quas Cap. X. versu 1.
effudit. Οὐαὶ τοῖς γράφουσιν πονηρίαν, γράφοντες γὰρ πονηρίαν
γράφουσιν &c. καὶ τί ποιήσουσιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐπισκοπῆς; ἢ
γὰρ θλίψις ὑμῶν πόρρωθεν ἦξει καὶ πρὸς τίνα καταφύξεσθε
τῶ βοηθῆσαι; καὶ πῶς καταλείψετε τὴν δόξαν ὑμῶν;

CLXXXIX.

Paul. & Luc. Nichilum excedere.

CLXXXIX.

LEVIVS EST OMNE VVLNVS QVAM VER-
BVM.

Apud S. Maximum Græce extat, Sixtoque adscribitur. *Ex stulto*
p. 647. & in MSS. Cosliniano pag. 578. Nec ratione ca- *Verbo ma-*
ret. Ac rem sui memoriam verba relinquunt. Unde di- *gna Clades.*
vina Sapiencia nihil tam pestilens ac sævum nominare
potuit, quod non pravitate Linguæ superaretur. Nec
ensis, nec arcus, nec flamma, nec venenum suffecit ad gra-
vitatem sceleris depingendam: ut novo plane Symbolo
Jacobus Apostolo utendum esset, quando linguæ rabiem
cum flamma ex Inferno succensa contulit.

CXC

POSSIBILE EST VERBO FALLERE HOMI-
NES, NON TAMEN DEVM.

Fluunt hæc ex πανδερχία & παντογνωσία Dei, aliquoties *Deus decipi*
jam asserta, comprobanturque sigillatim effato Petri ad *nequit.*
Ananiam Act. V. 4. & Ps. LXIX. 6. Rom. II. v. 16.

CXCI.

NON PVTES MALVM, SI TV, CVM VERI-
TATEM SCIAS, VINDICARIS IN VERBO.

Id vel ad excusandam Verbi simplicitatem, vel defenden- *Veritas ver-*
dam Majestatem dixit. Ex utroque enim arguebantur *bi simplici-*
Christiani, quasi vel essent ἀπλοὶ & ἀνόητοι, vel præ ni- *tatem amat.*
mia sapientia furiosi. Quorum hoc, ut D. Apostolo Pau-
lo contigit, ita prius communi dictorio Christianis im-
putatum fuit, Celso imprimis apud Origenem hoc
convitium spargente, licet nec alii ab eo vituperio ab-
stinerent. Multa hac de re collegit *Michaël Rossalius* in
Demonstratione solida, quod Epictetus non fuerit Chri-

Ee

stianus

stianus. Bene igitur Sixtus suavit, Veritatem sine anxio verborum selectu, esse proponendam, nec Philosophos aut gentium Rhetores imitandos, qui puerili quodammodo studio, verborum sectantes καλλωπίσματα, Veritatis pondus negligebant. Cum Sixto Paulus sentit: ἐκ αἰχύνουμαι τὸ Ἐυαγγέλιον Ἰησοῦ, tum quando se absque verborum phaleris ad recens vocatos accessisse significat. Ceterum Sixtus hac Sententia defendit voces quasdam, a sancto Doctorum choro in Ecclesiam introductas, quæ licet fortassis non omnibus comitæ aut satis politæ crederentur, attamen ad arceudos convincendosque veritatis adulteros, magnam sui necessitatem faciebant.

CXCII.

MALE SENTIRE DE FIDE AMOR JACTANTIÆ FACIT.

*Jactantia
ἀπιστίαν πα-
rit.*

Ut adversus omnem veritatem δοκησιοσοφία semet effert, ita & adversus veritatem divinam. Ubi enim ὑψωμα mentis, ibi contradictio κατὰ τὴν γνώσιν τοῦ Θεοῦ. Ut igitur primarius character Anti-Christi, esse ἀντικείμενον καὶ ὑπεραιρόμενον, καὶ ἐπιδεικνύοντα ἑαυτὸν εἶναι Θεὸν 2. Thess. II. 4. quæ ἐπαρσις molitionum detestabilium, & subvertendæ Veritatis origo: Ita non minus ὑπερηφάνια & ἀλαζονεία eosdem fructus parit. Neque enim quicquam boni ex typho & φουσιώσει illa provenire potest. Eandem, ad subvertendam Fidem, scalam ostendit idem gentium Doctor Ep. ad Titum Cap. I. 10. Ἐισὶ γὰρ πολλοὶ, ἀνυπότακτοι, ματαολόγοι καὶ φρεναπάται, ἧς δεῖ ἐπισομίζεω, οἱτινες ὅλης οἴκῃς ἀνατρέπῃσι, διδάσκοντες ἅ μὴ δεῖ. Hic enim primus gradus est ἀνυπόταξις, quæ facit, quominus rationem velint captivare sub obsequium Fidei. Secundus

gra-

gradus *ματαιολογία* : Tertius: *φρεναπάτη*, quum inventis suis falsis, tanquam veris, applaudunt. Quartus: *ἀνατροπή* aliorum, quos e Fundamento Fidei in præceptis agunt. Huic autem malo, ex iniqua sui elatione procrefcenti, objicienda *ὑπακοή* Fidei & *αἰχμαλωσία τῶν νοημάτων* 2. Corinth. Cap. X.

CXCIII.

FIDELIS ESSE MAGIS, QUAM VIDERI,
STUDE.

CXCIV.

COLE SAPIENTEM VIRUM t) SICUT IMAGI-
NEM DEI VIVENTIS.

Magna Sapientum existimatio apud gentes Orientales *Sapiens colendus.* fuit, five Græcos, five Barbaros, Scythas & Thraces sub hoc nomine amplectaris: Neque ipsi etiam Judei ab ea Magistrorum Veneratione alieni fuere, quippe quos *Ursinus & Basnagius*, hic in Historia Judaica, alter Tractatu de Academiis Judeorum testantur, divina prope nomina Doctoribus indidisse. Ita vero Sapientia nunquam tali lumine caruit, quo Possessoribus suis cultus & obsequium parari posset. Num igitur Sixtus ideo peccasse diceat, quando Sapientem, ut Imaginem Dei viventis, colendum voluit? Equidem arbitror, ipsum per hos Sapientes Apostolos sigillatim designasse, quemadmodum sub VERBI, SAPIENTIÆ, VERITATIS nominibus Christum Servatorem descriperat. At poterat quoque illorum Successores in hujus cultus participationem vocare, quippe quibus Magister & Sapientum nomen dedit, & tanquam ore suo loquentes suscipi voluit. v. Matth. C. XXIII. 24. Luc. X. 16. Ὁ ἀκέρων ὑμῶν,

Ee 2

t) Lugd. tanquam.

ἐμὲ ἀκέρει, καὶ ὁ ἀδελφῶν ὑμῶν, ἐμὲ ἀδελφεῖ, ὁ δὲ ἐμὲ ἀδελφῶν,
ἀδελφεῖ τὸν ἐπισηλαυντά με. Et cur non Sapientes Imago
Dei queant dici? quum universa mortalium gens ad eam
sit condita, & renovetur.

CXCIV.

SAPIENS VIR, ETIAMSI NUDUS SIT, SAPIENS
APUD TE HABEATUR.

*Sapiens et si
nudus, est
venerandus.*

Notum est, nil magis illa ætate Christianis, eorumque
Doctoribus, quam paupertatem vitio opprobrioque da-
tam esse: eaque propter Pelusiotarum, Borboritarum
convitia sibi contraxisse. CELSI impotentia tanta,
ut Judeorum pariter, ac Christianorum gentem, cum
Vermibus, Vespis, Formicis, & Vespertilionum agmine
compararet. Orig. contra Celsum Libr. IV. Pag. 175.
Πάντας παραβέβληκε νυκτερίδων ὄρμαθῶ, ἢ μύρμηξιν ἐκ καλι-
ᾶς προελθῶσιν, ἢ βατράχοις περὶ τέλμα συντρέχουσιν, ἢ σκώ-
ληξιν ἐν βορβόροις γωνία ἐκκλησιάζουσιν. Et Libro III. contra
eundem verba illius profert, quibus Christianis Docto-
ribus insultabat. Quæ quum Sixtus suo tempore adhuc
audiret, hac Sententia Christianos instruxit, pondus
doctrinæ non ex Doctorum splendore divitiisque meti-
endum esse, quippe quos Servator auro argentoque va-
cuos, purpura quoque annulisque carentes dimisit, sed
omne illorum decus in veritate quærendum esse. v. Act.
C. III. 6. & Jac. Ep. C. II. v. 2.

CXCVI.

NEMINEM PROPTER EA^{u)} HONORES, QUI-
A MULTAS HABEAT PECUNIAS.

Vult

^{u)} Paris. & Lugd. magni æstimes, quod pecunia, divitiisque abun-
det.

Vult Sixtus non ideo divitibus honorem impertiendum, quod censu aliis praestent, pietatis autem proventu careant: Sed iisdem pios, quantumvis pauperes, ante habendos esse. Ac pari modo Davides Ps. XV. 4. & ejus Interpretres: Εἰ δὲ τις τὸν παράνομον ἔλοιτο βίον, καὶν ἐξ ἐρίων φέρηται τὴν ἀκρὰν ἔχων εὐημερίαν τῆτον ἠγείθω τρισάθλιον. Τὸς δὲ περὶ τὸ Θεῖον ποιημένους, σέβειν ὅσιον, καὶ πάσης ἀξιῶν αἰδῆς καὶ τιμῆς. Et Theodorus Heracl. Ἀκρὰς δικαιοσύνης ἐξεδενῶν μὲν πονηρίαν, καὶν πλέτῳ καὶ εὐγενείᾳ κομᾶται μακαρίζειν δὲ τὸς φοβούμενους τὸν κύριον.

Dives propter solas opes non honorandus.

CXCVII

DIFFICILE EST, DIVITEM SALVARI.

Joannes Maria Brasichellensis hanc inter cavendas sententias retulit. Rationem non dedit, nec potuit. Christi verba sunt Math. XIX. 23. Ἀμὴν λέγω ἡμῖν, ὅτι δύσκολως πλέστιος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν ἔθρων. Ita Marci Capite X. π. eadem Thesis cum interrogatione & admirationis significatu sistitur, ut & apud Lucam Cap. XVIII. 24. Fuere sane, qui verba illa, ut jacent, primum acceperunt, quoad accederent, qui eadem, Interpretatione justa cumque Servatoris animo conveniente, interpretarentur. Quod fecit Clemens Alexandrinus Tractatu: Τὸς ὁ σωζόμενος πλέστιος. quem Origeni alias subditum, Combefisius, Ittigius & Potterus Clementi vindicarunt. Nec tamen defuere post Clementem, qui verba Servatoris absque moderatione vellent accipi, inter quos primus Autor Libri de Divitiis Sixto III. adscripti, graviter disputans, ineptasque illorum Interpretationes censens, qui per allegorias hæc verba mitigare studuerunt. Mihi satis est, meum Gnomographum Christi ore defendi, cujus si verba sunt ἱερὰ καὶ ἀσυλά, cur non

Difficile divitem salvare.

Ee 3

Sixti,

Sixti? qui nihil adjecit iis, nisi adstruatur, librum de Divitiis ad ipsum pertinere, quod hæctenus ambiguum mansit. Cur igitur eum notat *Palatii magister*? Ideo, quia hanc *Thesin Palatii Dominis* adversam vidit, omnem Paupertatis amorem olim in *Pauperibus de Lugduno*, ac *Fraticellis*, condemnantibus. Vid. *Oder. Raynald. A. MCC. XCVII. Baluz. T. I. Miscell. p. 276. Graveson H. Eccl. T. VII. p. 158. Alphonsus de Castro*, qui cum Apostolicos nominasset, Fraticellos, ordinis sui surculum, silentio transmisit.

CXCVIII.

DEROGARE VIRO SAPIENTI, ET DEO, ÆQUALE DUCITO PECCATUM.

*Sapientem
spernere, &
Deum, idem
peccatum.*

Eandem inter sententias cavendas Brasichellensis retulit, quasi Sixtus æqualitatem peccatorum statuisset. Nos ad Sententiam CXCIV. diximus sub Sapientum nomine Apostolos designatos videri. At si in ipsos solos respexerit nec ne, non sine divinæ veritatis suffragio id dixit, affirmantis, injurias iisdem illatas in ipsum referri Deum. *1. Chron. XVII. v. 22. Μὴ ἀψήητε τῶν χειρῶν μῶν, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μῶν μὴ πονηρέυετε, & Zach. II. v. 7. Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ ὁ ἀπτόμενος ἡμῶν, ὡς ὁ ἀπτόμενος τῆς κόρης τῆς ὀφθαλμῶν αὐτῆς.* Anne vero Servator contemptum, suis Præconibus illatum, tanquam sibi met ipsi dedecorum statuit? *Luc. Cap. X. 16. Ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ. ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποσείλαντά με.* Quæ verba pulcherrima ratione sua fecit Paulus *1. Thessal IV. 8. ὁ ἀθετῶν ἐκ ἀνθρώπων ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεόν.* Philo ætate par aut suppar: *Ἄ γὰρ ἂν πρέσβεις ὑπομένασιν ἐπὶ τῆς πέμψαντας τὴν ἀναφορὰν λαμβάνει.* Apud Plutarchum Thraſybuli filius, a Periandro inferiore loco

loco positus, inquit: ἐν ἐμοὶ τὸν πέμψαντα προσπηλακίσαι
βεβλόμενος δῆλός ἐστι. vid. Sim. Episcop. ad Mathæi Cap. X.
v. 40. Cur itaque male hanc sententiam tulit Brasichel-
lensis? Ideo, quod si his κατ' ἐξοχὴν Sapientibus dero-
gandum non est, patet eorum injuria in Deum, qui iis-
dem impudentissime derogaverunt.

CXCIX.

VERBUM DE DEO LOQUENS, DEPOSITUM
TE PUTATO ACCEPISSE ANIMAS AU-
DITORUM.

Non aliud mihi innuere videtur, nisi verbum Dei trans- *Verbum Dei*
plantaturo videndum, ut dignos præparatosque ad re- *obnæ animæ*
ceptionem reperiat, qui que se quasi γεώργιον τῷ Θεῷ Deo *credendum.*
offerant 1. Cor. III. 9. habeantque saltem ex proposito
intra se γῆν καλὴν καὶ ἀγαθὴν sive pinguem & fertilem
Luc. VIII. 8. unde & ista Sixti Gnome totum illud caput
explicat. Alias ipsummet VERBUM παρακαταθήκη di-
citur, etiam apud profanos, ut apud Anaxandridem:
ὅσις λόγος παρακαταθήκην λαβὼν ἐξείπεν, ἀδίκος. Vid. S. Max.
Tom. II. p. 597. in primis tamen apud Scriptores sacros,
& apud D. Apostolum 1. Tim. I. 12. 14. Clemens Ale-
xandr. Strom. VI. & VII. ἡ κατὰ τὴν τῷ κυρίου διδασκαλίαν
σύνεσις παρακαταθήκη. Iterum ἡ γνῶσις ἐκ παραδόσεως διαδε-
δομένη τοῖς ἀξίως σφᾶς παρεχομένοις, οἷον παρακαταθήκη ἐγ-
χειρίζεται. Aliquando tamen animus recipiens hoc vo-
cabulo denotatus fuit. Prior significatus frequens fuit
S. Ignatio, Antiocheno Præfuli. Vid. Pric. ad 1. Timoth.
Cap. VI. v. 20. Derivatur hæc Gnome ex Mandato Ser-
vatoris Math. VII. v. 6. Μὴ δότε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί, μηδὲ
βάλητε τὰς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. μήποτε
καταπατήσωσιν αὐτὰς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ στραφέντες ῥή-
ζωσιν

ζωσιν ὑμᾶς. Labor enim irritus & nullius effectus, offerre lumen cæco, Sermonem furdo, Sapientiam bruto. vid. Pric. ad h. l. & ad Act. XIII. v. 46. Lectu digna est Epistola Photii ad Fr. Sergium Num. LIV. Quæ incipit ἁγία καὶ μαργαρίταις, cujus decursu ait: κύνες χεῖτικοὶ καὶ ἄπιστοι. χοῖροι δὲ οἱ τῶ βορβόρω τῶν παιδῶν ἐγκαλινδόμενοι, οἷς ἄπασιν ὁ Θεὸς ἀποθεσπίζει χρησμὸς, μὴ προτιθένοισι τὰ Θεῖα μυστήρια.

CC.

QUOD BONUM EST, HOC SOLUM TE DICERE PUTATO.

Quod bonum est, solum est faciendum. Sic omnes impressi libri legunt, & tamen puto DECERE substituendum esse. Sola enim bona quæ honesta. Antonin. L. XII. 17.

Εἰ μὴ καθήκη μὴ πράξις.

Videtur idem Antoninus ante Sixtum suetam lectionem probasse, quum mox addit: εἰ μὴ ἀληθὲς ἐστὶ μὴ εἴπης. Et Libro III. v. 6. ἀπλῶς καὶ ἐλευθερίως ἐλθὲ τὸ κρεῖσσον, καὶ τέττε ἀντέχε, κρεῖττόντε τὸ συμφέρον. Et Pythag. ἐλθὲ βίον ἀριστον. Nec tamen putes, Sixtum solos Philosophos consultuisse. Paulus enim ait I. Thessal. V. 21. Πάντα δοκιμάζοντες τὸ καλὸν κατέχετε. v. Rom. II. 18. & ad Philip. I. v. 10.

CCI.

AGE MAGNA, NON MAGNA POLLICERE.

Quod dicis, facias. Creberrima omnium Sapientum, sive ad profana sive sanctiora castra abieris, sententia, pulchre imprimis apud Epictetum expressa: Σὺ τοίνυν μὴ τὰ θεωρήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε, ἀλλ' αὐτῶν πεφθέντων τὰ ἔργα. C. LXIX.

CCII.

TU NON ERIS SAPIENS, SI TE REPUTAVERIS SAPIENTEM.

Ea

Ea aliquoties inter oracula divina reperitur. Rom. XII. 16. *Μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς.* 1. Cor. VIII. 2. *Ἐἰ δέ τις δοκεῖ εἰδέναι τι, εἰδὲπω εἰδὲν ἔγνωκε, καθὼς δεῖ γινῶναι.* In-primis huc pertinet illustris Locus 2. Cor. X. 12. *εἰ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρίναι ἢ συγκρίναι ἑαυτὸς τισι τῶν ἑαυτὸς συνισα- νόντων, ἀλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτὸς μετρεῖντες καὶ συγκρίνοντες, ἑαυτὸς ἑαυτοῖς εἰ συνιᾶσιν &c.* V. 2. Cor. XII. 1. Gal. VI. 3.

Sapiens se non reputat Sapientem.

CCIII.

NON POTEST BENE VIVERE, QUI NON INTEGRÉ CREDIT.

Quæro quando Pythagoras aut quivis Philosophorum alius talia præscripserit? Horum si scripta vel pistillo tundas, talem Sententiam non extundes. Adeo plane est Evangelica & Apostolica. Per Fidem vita Joh. XX. 31. Stephanus Fide plenus signa facit. Act. VI. 5. Fides purificat animos Act. XV. 9. Fides sanctificat Act. XXVI. 18. Rom. I. v. 17. Ex Fide, tanquam abundantissimo the- sauro, provenit virtutum omnium exhibitio. 2. Petr. I. 5. Quum ex adverso omne, quod non ex Fide, peccatum sit Rom. XIV. 23.

Qui male credit, male vivit.

CCIV.

IN TRIBULATIONIBUS, QUI SIT FIDELIS, AGNOSCITUR.

Vid. Tob. XII. 13. Jac. I. 12. 1. Petr. I. 6.

CCV.

FINEM VITÆ EXISTIMA, VIVERE SECUN- DUM DEUM.

Novus homo κατὰ Θεὸν κτιοθεῖς ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας Eph IV. 24. non aliam regulam habet, jux- ta quam ambulet, nisi ut omnes actus ad Deum dirigat,

Vita secun- dum Deum ducenda.

Ff

Gal.

Gal. VI. 16. & quæcunque facit, ad Dei gloriam faciat, I. Cor. X. 31. solique Deo vivat Rom. VI. 10. II. fructusque ferat Rom. VII. 4. Unde & eundem Deum *δοξάζει ἐν τῷ σώματι καὶ ἐν τῷ πνεύματι.* I. Cor. VI. 20. Huc vero omnis Theologia Joannea, Epistolis aureis expressa, spectat. Huic Sixtinæ Sententiæ plane opposita videtur Philosophorum regula, qua omnia *κατὰ φύσιν & κατὰ λόγον* geri volebant. vid. Hierocles Commentario in Sent. Pythagoræ.

CCVI.

NIHIL PUTES MALUM, QUOD NON SIT
TURPE.

*Nil malum,
quod non
turpe.*

Non putandum est, Sixtum discrimen honestatis & turpitudinis e doctrina morali gentium tradere voluisse, quippe quæ in perpetua titubatione & fluctuatione versatur, cujus publicam Confessionem Sextus Empyricus fecit, ubi Ethicam a Sapientibus traditam sistit. Sed illud e sacris literis hauriri voluit. Significanter illud Syracides exhibuit Cap. IV. XXII. & XLI. docens quæ ea sint, unde veræ turpitudinis maculæ contrahantur, ac vicissim, quæ ex opinione tantum vulgi inter turpia referantur, e quorum patratione vera turpitudinis nota non inuratur. Cum quo paria facit D. Apostolus Paulus egregie ostendens, quibus de rebus erubescendum non sit, etiamsi easdem variæ calamitates sequantur: erubescendum vero de Mendacio, veritati opposito, de Ventris obsequio, de cupiditatibus pravis Rom. I. 26. sive delectent illæ, sive noceant: de *αἰσχροκερδία* ad Titum I. de Furto, calumnia aliisque, quorum commissione divina lex conculcatur.

CCVII.

CCVII.

MALI FINIS INJURIA, INJURIAE AUTEM
PERDITIO.

Philosophia Pythagorica eundem mali finem statuisse
videtur. Ἀεὶ μὲν γὰρ κακοδαίμονεσιν ἀνάγκη τὸν κακὸν. Ar-
chytas Pythagoreus de Doctrina Morali, & Solon apud
Stobaeum Sermone IX. p. 102. postquam ὕβριν descripsisset,
pergit: ταχέως δ' ἀναμίσγεται αὐτῇ. Excellens omnino est
Hieracis Dissertatio de Injuria, qua firmissimis rationi-
bus ostendit, virum injustum sibimet ipsi injuriam in-
ferre: Πᾶς ἀδίκος τῆς ἀδικίας πρῶτον γέυεται, πρὶν εἰς ἄλλους
ἀφιέναι. Stob. Serm. X. p. 133. Idem integro capite Syra-
cides executus est, nempe XXI. & Paulus Gal. VI. 8.
1. Thessal. V. 3. 2. Thessal. I. v. 9.

*Injuria Fi-
nis perditio.*

CCVIII.

NON ASCENDIT PASSIO IN COR FIDELIS. x)

Palatii Magister inter cavendas hanc Sententiam retu-
lit, quasi Sixtus ea *Impeccantiam* in Perfectis asseruerit,
quod tamen ipsi ex Ignorantia linguæ vocisque Græcæ
τῆ ἀναβαίνεν contigit. Habet enim illa diversum signifi-
catum, quem varia Lectio probe indicavit, quando do-
minandi vocabulum adhibuit. Non itaque Sixtus volu-
it, in mente Fidelis πάθος aliquod omnino oriri non
posse; id enim toto confitetur libro, quo antidota ad-
versus illos motus porrigit: sed hoc tantum innuit, Fi-
delem Passionibus non permittere DOMINATUM,
neque concedere, ut Dictatoris more imperium exer-
ceant. Hanc vero esse vocis τῆ ἀναβαίνεν Emphasin, ex
Profanis quoque Scriptoribus constat, Xenophonte im-
primis

*Passio non
dominatur
in Fideli.*

Ff 2

primis

x) Par. & Lugd. Dominatur mala affectio in mente.

primis, quando expeditionem Cyri τῆς ἀναβάσεως nomine inscripsit, ut alios taceam, qui navim, plenis incendentem velis, hac voce descripserunt. Neque etiam S. Scriptores istud vocabuli pondus ignorarunt. Sic apud Math. XIII. 17. ἀνέβησαν αἱ ἀκάνθαι, καὶ ἀνέπνιξαν αὐτὰ. Ubi τὸ ἀναβαίνειν a Marco Evangelista per τὸ εἰσπρέυεσθαι, βλασάνειν, μηκύνειν exprimitur. Ac iterum, quum Granum Synapi describitur, ait: ἀναβαίνει καὶ γίνεται πάντων τῶν λαχάνων μείζον, καὶ ποιεῖ κλάδους μεγάλας, ὥστε δύνασθαι ὑπὸ τὴν σκιάν αὐτῆ τὰ πετεινὰ τῆ ἔρανθ κατασκηνῆν. Ita apud Paulum Eph. IV. Ἀναβὰς εἰς ὕψος ἀίχμαλώτευσεν ἀίχμαλωσίαν. Hæc Sixtus, gente Græcus, bene cognita habuit, neque negavit, posse τὸ πάθος sive Passionem aliquam aut ὄρεξιν oriri: at Fidelem censuit talem sui curam gerere, ut non permittat τὸ βλασάνειν, μηκύνειν, κλάδους μεγάλας ποιεῖν, κατασκηνῆν, & ἀίχμαλωτεύειν.

CCIX.

OMNIS PASSIO ANIMI γ) RATIONI z) EJUS EST INIMICA.

Omnis Passio rationi Inimica. Apostolorum Corypheus I. P. II. v. II. παρακαλῶ ὑμᾶς ἐπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτινες σφατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς. Paulus ad Gal. V. 17. de pugna Passionum adversus Spiritum: ἀντίκειται ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ἂν θέληται ποιῆτε. Significanter Philosophi vim, ab Affectibus homini illatam, describunt, quum animam cum νευροσπάσεισ conferunt, quæ per se ἀκίνητα verticillis moventur. vid. Gatakerus ad Antonin. L. VII. C. III. unde & iidem affectibus vim βιασικὴν adscribunt L. VIII. 14.

CCX.

γ) Par. & Lugd. mala affectio z) deest.

CCX.

QUICQUID FECERIS a) DUM IN PASSIONE
EST ANIMA, POENITEBIS.

Bonum profecto consilium, non ad celerem cujusvis desiderii executionem abeundum, sed potius aliquid temporis meditationi aut defervescentiae dandum esse. Sic

Antiphon: πολλὰ κίς ὁ διὰ μέσθ χρόνος ἀπέσρεψε τὸν νῦν τῶν θελημάτων. Σωφροσύνην δ' ἀνδρὸς ἐκ ἀν' ἄλλος ὀρθότερόν τις κρίνειεν, ἢ ὅσις ἐμφράσσει αὐτὸς ἑαυτὸν κρατεῖν τε καὶ νικᾶν ἠδυνήθη αὐτὸς ἑαυτὸν ὡς δὲ θέλει· χαρίσασθαι τῷ θυμῷ παραχρηῖμα θέλει τὰ κακίῳ ἀντὶ τῶν ἀμεινόνων. Stobaeus Serm. XX. p. 175. Neophron ibid. p. 172.

*Quicquid in
Passione fe-
ceris, de eo
dolebis.*

Τί δράσεις θυμὸς; βέλευσαι καλῶς

πρὶν ἢ ἁμαρτεῖν.

Κάτιχθε λῆμα καὶ θένος θεοσυγές.

Inter S. Scriptores Paulus idem suasisse putandus est, quum iræ locum dandum censuit Rom. XII. 19. Quod enim Dei nomen additum legimus, id a Scholiaste factum; rectius siquidem homini dicitur, quod locum det, sive spatium concedat iræ suæ. χρῆ μὲν ἐν τῷ ὄρμῳ τῶν φαντασιῶν περιίτασθαι τὸ κακὸν ἡδὲ Syr. Cap. VII. v. 40. Ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις μιμνήσκου τὰ ἔχαστά σε, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἔχ' ἁμαρτήσεις. Debet in omni conatu valere consilium γνώθι πρότερον τίς αὐτῆ χρεία.

CCXI.

PASSIONES ÆGRITUDINUM INITIA.

Primas igitur Passiones vult extinguere, ac νεκρωθῆναι Passiones Galat. III. 5. quia exinde ægrotudines, sive παθήματα. Ægrotudinis Initia. Morum quippe Doctores hic differentiam statuunt, ut πάθος fit primum veluti granum, quod in animo spargitur,

Ff 3

tur,

a) Par. & Lugd. animo male affecto.

tur, πείθημαι vero id, quod tanquam βλάσημαι haberi possit.

CCXII.

MALITIA EST ÆGRITUDO ANIMÆ.

Ita sane Philosophi de vitiosa mentis dispositione locuti sunt. Sed ante ipsos divini Scriptores: Es. I. 5. Ps. CIII. v. 3. Ps. XXXVIII. v. 4. Es. LIII. v. 4.

CCXIII.

ANIMÆ AUTEM MORS INJUSTITIA ET IMPIETAS.

Peccatum anima mors. Mortis enim, corpus destruentis, quædam similitudo misero peccatori incumbit, eaque morte corporali peior, quum & eandem pœnæ sempiternæ excipiant. Πονηρᾶς βιοτῆς πονηρόν ἐστὶ τὸ τέλος. Convenit igitur Sixto cum Paulo Rom. VI. v. 16. Jac. I. 15. Col. II. 13. Eph. II. 15. Atque hæc est vetustissima hominum Θεοπνεύσεων Theologia. Salomon justitiæ tribuens, quod a morte liberet, injustitiæ contrarium adscribit. Prov. XIV. 9. Τὰ τελευταία ἔρχεται εἰς πυθμένα ἁδου. Prov. XI. 19. Ὅσοι δικαίων εἰς ζωὴν, διαγμὸς δ' ἀσεβοῦς εἰς θάνατον. Prov. XIII. ὁ ἄνους ὑπὸ παγίδος θανεῖται. ὁδοὶ καταφρονούντων ἐν ἀπωλείᾳ. Eundem Apostoli quoque secuti sunt, vid. Paulus I. Tim. V. 6. De hac animæ morte graviter locutus est Robertus Bodius Ep. ad Eph. II. 5.

CCXIV.

TUNC TE PUTATO FIDELIEM, CUM PASSIONIBUS ANIMÆ CARUERIS.

Fidelis anima passiones fugit. Brasichellensis hanc quoque sententiam inter damnatas retulit, quasi ἀνοσμερησίαν statuerit. Quæ calumnia perperam Sixto imponitur, & si Sententiarum nexum respici-

spi-

spicias, facile ab eo removetur. Possentque multo illud
 luculentius demonstrari, si textus Græcus adesset; Quo
 licet destituti simus, ne sic tamen causa cadet. Nempe
 Sent. CCVIII. fidelem describit, quod licet surgant passi-
 ones, illas tamen dominari non permittat, ideo quod
 juxta Sent. CCIX. CCX. rationi adversentur, & juxta
 Sent. CCX. quicquid illis impellentibus fiat, dolorem
 animæ inferat. Unde ex Sent. CCXI. nisi passiones in
 herba supprimantur, gignant παθήματα & νόσους, & ex
 Sent. CCXII. κακίαν, ἀδικίαν, ἀσέβειαν, & Sent. CCXIII.
 mortem animæ. Ex quo Fideli, nisi frustra & temere
 hoc elogio censeretur velit, studendum, ut hisce παθήμασι,
 quæ ex primis motibus surgunt, magna providentia oc-
 currat. Eccur vero non laboret, ut primos quosque
 insultus supprimat? cum ipsi θεόπνευστοι sæpe talia flagi-
 tarint, præstarique voluerint, etsi in assidua imbecilli-
 tate, hominum assecla, perfecte præstari nequeant. Nisi
 igitur id admittamus, vel ipsemet Paulus erroris postu-
 lari posset, quum inter Christum ejusque membra com-
 parationem instituit: ὁ δὲ ζῆ, ζῆ Θεῶ· ἔγω καὶ ὑμεῖς λογί-
 ζεσθε ἑαυτοὺς νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἀμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ,
 ἐν χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

CCXV.

OMNIBUS HOMINIBUS ITA UTERE, QUASI
 COMMUNIS OMNIUM POST DEUM b)
 PROVISOR.

Egregium Jobi exemplum extat Cap. XXXI. 18. ἐκ νεότη- *Hominiibus*
 τός μου ἐξέτρεφον ὡς πατήρ, καὶ ἐκ γαστρὸς μητρὸς μου ὠδήγη- *bene uten-*
 σα. Sir. IV. 10. Γίνου ὀρφανοῖς ὡς πατήρ, καὶ ἀντὶ ἀνδρὸς τῆ *dum.*
 μητρὸς αὐτῶν, καὶ ἔσῃ ὡς υἱὸς ὑψίστου, καὶ ἀγαπήσει σε μάλ-
 λον

b) Lugd. curator.

λον ἢ μήτης σου. Huc pertinent, quæ Servator sub Oeconomi parabola exhibuit Luc. XII. 14. XVI. 1. & Petrus I. Ep. IV. 10. πρὸ πάντων δὲ τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες &c. ὡς καλοὶ οἰκονομοὶ ποικίλης χάριτος τῷ Θεῷ. Vid. Clemens Alex. Pædagog. Lib. III. p. 296. Οὐδὲ μὲν κατὰ περ ὑποζυγίοις τοῖς οἰκέταις χρησέον ὑγιαίνοντι; & ibidem p. 307. Οἰκέταις μὲν χρησέον ὡς ἑαυτοῖς· ἀνθρώποι γὰρ εἰσιν ὡς ἡμεῖς, ὁ γὰρ Θεὸς πᾶσιν ἴσος.

CCXVI.

QUI HOMINIBUS MALE UTITUR, SE IPSO MALE UTITUR.

Abutens homine, semet ipso abutitur.

Fluit Sententia ex nostro conjunctionis vinculo sub Capite Christo, quo nihil frequentius ab Apostolis demonstratum. Rom. XII. 4. 5. I. Cor. XII. Eph. IV. 6. Unde omnino sequitur, quod si quis suum lædit membrum, lædat seipsum, eaque propter non nisi Tyranni nomen obtinere queat. Grave est Oraculum Servatoris Math. XXIV. 48. 49. Ἐὰν εἴπη δέσλος ὁ κακὸς &c. ἄρξεται τύπτειν τὰς συνδέλφους &c. ἥξει ὁ Κύριος, καὶ διχοτομήσει αὐτόν. Et Paulus Gal. V. 15. εἰ ἀλλήλους δάκνεται, καὶ κατεδίετε, βλέπετε μὴ ὑπὸ ἀλλήλων ἀναλωθῆται. Hanc ἑαυτοντιμωρίαν Paulus significanter describit Rom. I. 27. dicitque tales justum prævitiæ suæ præmium accipere: τὴν ἀντιμιδίαν, ἣν ἔδει τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. Addam unicum Hieracis de talibus iudicium lib. de Justitia ap. Stob. p. 106. Τί οὖν ἂν τις τέτων εἴπη; πρῶτον μὲν τοῖς οἰκέταις καὶ ταῖς θεραπανίσι χρῆσθαι κακῶς, τοὺς μὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον κολάζοντα, ταῖς δὲ συγγεγόμενον ἀναίδην, ἢ τύραννον καὶ βίαιον. Vid. Antoninus lib. II. §. 16.

CCXVII.

QUI NIHIL MALI VULT, FIDELIS EST.

De

De eo loquitur, qui voluntatem & desideria divinæ voluntati subigit: adeoque suadet, omni ratione infringendam esse cupiditatem malam, neque ullius imperio obtemperandum. Sir. XVIII. 30. Ὅπισω τῶν ἐπιθυμιῶν σου μὴ πορεύου, καὶ ἀπὸ τῶν ὀρέξεών σου κώλυου. Vicissim nihil desiderandum, nisi quod bonum. Neque tamen id ipsum absque gratia fieri posse putavit: *Voluntas enim sine gratia non movetur ad bonum.* Augustinus Tom. X. p. 390. *nec sine gratia sufficit ad vitanda peccata.* ibid. p. 93. Sed adjuvari gratia divina omnino eam censuit Sixtus, quod ex reliquis Sententiis abunde probatur.

Fidelis nil
mali vult.

CCXVIII.

OPTA, UT POSSIS BENEFACERE INIMICIS.

Cur vero optandum? nisi ut Deus animum indat, id faciendi, a quo omnis humana, sibi que relicta ratio abhorret, quæ ut belluas ferro, sic inimicos impune tolli suadet. Vid. *Democritus* apud *Stobæum* Serm. CCLXXIX. Quod aliter fieri jubet Deus, cujus mandato dilectio in hostes est imperata, etiamsi mirabile, fermeque durum atque amarum præceptum dici queat. *Augustinus* edit. Antverp. Tom. IV. 254. & 968. & 973. & Tom V. 63. Hinc inimicorum dilectio inter Dei dona ab eodem Præsule Hipponensi refertur Tom. V. 884. nec nisi precibus, & continua exempli divini contemplatione, impetratur.

Ex θεοφι-
λίας precibus
expetenda.

CCXIX.

SINE DEO NON POTERIS VIVERE DEO.

Fatemur Philosophos implorationem Divinitatis non ignorasse, hosque imprimis, qui morum præcepta tradiderunt. *Antoninus* unicuique, boni quidpiam pa-

Nil sine
Deo.

Gg

tra-

traturο, συναναφορὰν ἐπὶ τὰ θεῖα suavit, idemque μελοῖβασιν
 εἰς πράξεις κανωνικὰς ΣΥΝΘΕΩ institui vult, lib. VI. Poterat
 vero ille jam tum libros sacros legere, quos Sixtus famili-
 ares habuit, qui & Christi apophthegmata plane deglu-
 tivit. Joh. XV. 5. χωρὶς ἐμῆ ἐδύναθε ποιεῖν ἔδεν. Inde
 magno suffragio ipsum omnes Magistri morum sequun-
 tur. Gregor. Naz. Τάξις ἀρίστη παντὸς πράγματος ἐκ Θεοῦ
 τε ἀρχεσθαι, καὶ εἰς Θεὸν ἀναπέμπεσθαι. Cum quo Marcus
 Eremita convenit: Καταρχέτω παντὸς ἀγαθοῦ ὁ κατάρ-
 χων παντὸς ἀγαθοῦ. Vid. Gatakerus ad Antonin. lib. VI.
 §. 23.

CCXX.

MALIS INEPTUS VIDE TUR VIR SAPIENS.

*Sapiens Ma-
 lis Insiens.* Et si plerumque id Fatum Sapientibus incumbat, ut fatui
 habeantur: ἔτος ἦν, ὃν ἔχομεν ποτε εἰς γέλωτα καὶ εἰς πα-
 ραβολὴν ὄνειδισμῶ, & apud Jobum: δίκαιος ἀνὴρ καὶ ἀμεμ-
 πτος ἐγεννήθη εἰς χλεύασμα. attamen de Christianis id
 potissimum intelligi voluit Sixtus, quibus tum apud
 profanos nihil contemptius habebatur, quasi ad inertiam,
 socordiam, stupiditatem, stultitiam vocati essent. Egre-
 gie de hoc Christianorum opprobrio differuit Mich.
 Rossalius, ubi Epicteti Christianismum ex eo quoque Ca-
 pite refutavit, quo ipse Christianis μαρτίαν & ἀνοσίαν ob-
 jecit. p. 78. ubi magno numero refert eos, qui hoc con-
 vitio usi fuere. Quales sunt Cæcilius Natalis apud
 Minut. Felic. C. XI. Plinius lib. X. Ep. 97. Julianus Apo-
 stata ad Alexandrinos Epist. XXVI. XXXI. XLIII. Lucia-
 nus de morte Peregrini. Quibus adductis tandem ait:
 Vix mihi tempero, quin in hanc cogitationem incedam, fuisse
 hoc Vocabulum ἀπονοίας quasi ex formula, a Græcis conti-
 nuo per hæc secula representatum, cum Christianorum men-
 tio

tio

tio fieret. Debuisset omnino addere *Celsum*, qui juxta *Orig.* l. I. contra *Cels.* p. 9. hoc Christianorum ἀξίωμα fuisse credidit: Κακή ἢ ἐν τῷ κόσμῳ σοφία, ἀγαθὸν ἢ μωρία. Et sane injuria non fuisset facta, si reapse Christiani ita sensissent: Verum *Origenes* pererudite hac iniqua ipsos exprobratione liberavit p. II. & 12. & *Clemens Alexand.* quando copiosissime ostendit, Christianum non esse stupidum, & a sapientia alienum, sed plane γνωσικὸν & sapientiae studiis omni nisu consecratum. Non inutilis erit hic lectio *Kortholdi* de Convitiis, in Christianos sparsis, tum quae *Haseus* variis locis disseruit, quaeque *Alexander Zacagnius* de Ἀπλαρίοις, quaeque nos de *Salis* & *Moris* propter Christum olim exhibuimus.

CCXXI.

OMNIA SUFFER e) PRO EO, UT SECUNDUM DEUM VIVAS.

Convenit haec Sententia cum Pf. XLIV. 23. Rom. VIII. 36. In Obsequio Dei omnia ferenda. I. Cor. IV. 9. 2. Cor. IV. II. Phil. II. 17. 2. Cor. XII. 15. Bene Chrysoft. καθάπερ τὰ πρόβατα τοῖς μαγείροις ἐκδίδοται, ἔτω καὶ ἡμεῖς ἑαυτοὺς ἐξεδώκαμεν τοῖς σφάζουσιν, ἵνα μή τι παρατηρήσωμεν τῶν πάλαικῶν παραληρήσεων. Τοῦτο γὰρ οἰκετῶν εὐγνωμόνων τὸ κακῶς πάχονταίς μένειν τὸν δεσπότην θεραπεύονταίς. Gravissima sane haec ad martyrium exhortatio, ne vitam amarent usque ad mortem. Apoc. XII. II. sed certo sibi persuaderent, se eandem inventuros esse Joh. XII. 25. Mat. X. 31. Propter hanc igitur Sixti cum Christi verbo convenientiam omnes, qui ad martyrium alias cohortati sunt, *Tertalianus*, *Origenes*, *Cyprianus* hanc Sententiam suam fecerunt.

Gg 2

CCXXII.

e) Paris. & Lugd. sufferto.

CCXXII.

ORATIONEM DEUS NON EXAUDIT HOMINIS, QUI NON EGNUM EXAUDIT.

Durum Deus non audit. Ipsa pene sunt Salomonis verba Prov. XXI. 13. Ὅς φράσσει τὰ ὦτα αὐτοῦ τὴ μὴ ἐπακῆσαι ἀδελφοῦς, καὶ αὐτὸς ἐπικαλέσεται, καὶ ἐκῆσαι ὁ ἔσακούων. I. Joan. III. 17. Ef. I. 15. Jac. II. 13. Κρίσις ἀνίλεως τῶ μὴ ποιήσαντι ἔλεος. Non opus est addi multa, quum innumeri sint, qui de hoc hominis Christiani officio scripserunt, etsi non omnes validas ad persuadendum rationes adduxerint.

CCXXIII.

SAPIENTIA SAPIENTI DONUM A DEO.

Sapientia donum divinum. Quid magis Scripturæ Sacræ Oraculis conveniens dicere potuisset? quæ, quocunque loco de Sapientia loquuntur, eam tanquam cœleste donum celebrant. Si qui egregii quippiam præstiterunt, tanquam divina luce perfusi sistuntur. Exod. XXIX. 13. Deut. XXXIV. 9. I. Reg. IV. 29. Job. XI. 6. Prov. II. 6. Κύριος δίδωσι σοφίαν, καὶ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ γνῶσις καὶ σύνεσις. Sir. I. πᾶσα σοφία παρὰ Κυρίου, καὶ μετ' αὐτοῦ ἐστὶν εἰς τὸν αἰῶνα. Sir. XXXIX. 6. Ἐὰν Κύριος ὁ μέγας θελήσῃ, πνεύματι συνέσεως ἐμπληθήσεται αὐτὸς ἀνομβρήσει ἔχηματα σοφίας αὐτοῦ. Novi autem Fœderis Scriptores clarissima hujus cœlestis doni suffragia suppeditant. Vid. I. Cor. I. 2. Eph. I. 8. Col. V. 9. Jac. I. 5. & quæ *Chryso-stomus* ad citata Pauli loca scripsit.

CCXXIV.

HONORANS SAPIENTEM TEIPSUM HONORABIS.

Sapientem honorans se honorat. Non plura dixit, quam quæ apud Salomonem invenerat, qui quoties aut Sapientem aut Sapientiam amplectendam

dam

dam fuafit, idem voluit, quod Sixtus. Prov. XIII. 20. συμπορευόμενος σοφοῖς σοφὸς ἔσῃ ὁ δὲ συμπορευόμενος ἄφροσι, γνωθήσεται; & Prov. XXII. 17. λόγοις σοφῶν παράβαλε σὸν οὖς, καὶ ἀκούε ἐμὸν λόγον, ὅτι καλοὶ εἰσι, καὶ ἐὰν ἐμβάλῃς αὐτοὺς εἰς τὴν καρδίαν σου, ἐυφρανῶσί σε ἅμα ἐπὶ σοῖς χεῖλεσιν. Possunt huc trahi, quæ Siracides habet C. III. εἰ γὰρ ἐστὶ σοὶ δόξα πατρὸς ἀτιμία. ἢ γὰρ δόξα ἀνθρώπου ἐκ τιμῆς πατρὸς αὐτοῦ. Nec alia suasere Apostoli Phil. II. 29. I. Tim. V. 17. Imo multo sapientius est simplex illud Sixti præceptum, quam quo constitutionum Apostolicarum Auctores usi sunt, qui exemplo declaraturi, quatenus ille honor esset exhibendus, ad miserandas ineptias abierunt.

CCXXV.

FIDELIEM TE ESSE NOSCE.

Eandem adhortationem, iisdemque conceptam verbis, *Te Christianum recordare.* Apostoli piis obtulerunt, quotiescunque Fidelium titulo illos cohonestarunt, quem audiendo recordari debebant τῆς τιμίας πίσεως I. Pet. I. quam acceperant, studendo, ut eadem vera & germana reperiat, ἵνα τὸ δόκιμον τῆς πίσεως πολλῶν τιμιώτερον χρυσίου εὐρηθῆ εἰς ἔπαινον καὶ δόξαν ἐν τῇ ἀποκαλύψει Ἰησοῦ. Unde non amplius abeundum ad infidelium societatem. Huc pertinet *Clementis Alex. Sent. Pædag. lib. III. Cap. XI. μὴ μόνον χρῆσθαι εἶναι πιστὸς, ἀλλὰ καὶ ἀξιοπίστους φανῆναι.*

CCXXVI.

CUM FILIUM TE QUIS DEI DICIT, MEMENTO, CUJUS TE FILIUM DICAT.

Quis non videt, hæc verba ad imitationem Christi & *Te Filium Apostolorum* plane composita? Salvator identidem *il-esse Dei memento.*

Iud memorare iussit, quod simus Filii Patris cœlestis Mat. V. 9. Filii regni Mat. XIII. 36. Filii altissimi Luc. VI. 36. Lucis XII. 36. viventis Dei Rom. I. 26. fœderis Act. III. 25. promissionis Joh. IX. resurrectionis Luc. XX. Eaque propter hujus dignitatis ἀξίως vivendum, ne filii τῆς ἀπιστίας Luc. III. 6. tenebrarum Joh. I. perditionis 2. Theß. II. spurii Ebr. XII. diaboli 1. Joh. III. μωμητὰ Deut. XXXII. 5. σπέρμα μοιχῶν Es. LVII. 3. evadamus.

CCXXVII.

DEUM PATREM INVOCANS IN ACTIBUS
TUIS d) HOC MEMORARE.

*Deum Pa-
trem esse tu-
um recorda-
re.*

Divum expressit Apostolorum Principem 1. Pet. I. 17. Εἰ πατέρα ἐπικαλεῖθε τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα κατὰ τὸ ἐκάστου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας χρόνον ὑμῶν ἀναστρέφετε. Petrus vero exhibuit Christum, qui hoc paternitatis titulo Judæos ad filialem observantiam reducere voluit. Joh. VIII. 42. & ante Christum Malachias I. 6. Ὑιὸς δοξάζει τὸν πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν κύριον καὶ εἰ πατὴρ εἰμι ἐγὼ, πᾶς ἔστιν ἡ δόξα μου. v. Sent. 230.

CCXXVIII.

VERBA TUA SEMPER PIETATE PLENA
SINT.

*Verba sint
pia.*

Davidem hic audis Ps LXXI. πληρωθήτω τὸ στόμα μου αἰνεσεως, ὅπως ὑμνήσω τὴν δόξαν σου ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν μεγαλοπρέπειαν σου. Ad quæ verba Interpres: πλήρωσόν με διηγημάτων, ὧν ἔτυχον παρὰ σοῦ καλῶν. Quinimo hoc Oraculum omnia linguæ defæcatæ præcepta continet, quæ apud Sanctiores morum Magistros reperiuntur, Salomonem Prov. VIII. 8. XVI. 21. XXII. 11. Sir. XL. 21. & apud Pau-

d) In Lugd. & Paris. deest *tuis*.

Paulum Col. IV. 6. Qua si pietate animus fuerit plenus, roris instar & pluviae se diffundet Deut. XXXII. 2. Luc. VI. 42. Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας προφέρει τὸ ἀγαθόν.

CCXXIX.

IN ACTIBUS TUIS ANTE OCULOS TUOS PONE DEUM.

Depromta videntur ex Tob. C. IV. πᾶσας τὰς παιδείας Deum ubi Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μνημόνευε, καὶ μὴ θελήσης ἀμαρτάνειν, καὶ παραβῆσαι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Nec ignoravit, quæ David de nostra in conspectu divino collocatione dixit Ps. XLI. 13. XXXIV. 17. XXXIII. 18. LXVI. 7. & Salomon Prov. XV. 13. & Jerem. XVI. 17. οἱ ὀφθαλμοί μου ἐπὶ πᾶσας τὰς ὁδοὺς αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐκρύβη τὰ ἀδικήματα αὐτῶν ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν. *que ante oculos habet.*

CCXXX.

NEFAS EST DEUM PATREM INVOCARE, ET ALIQUID INHONESTUM AGERE.

Hæc ad imitationem Servatoris dicta sunt Joh. VIII. 49. Τιμῶ τὸν πατέρα μου; ac sine dubio hunc Dei honorandi modum præscripsit, quem Christus Joh. XV. 7. 8. 9. unde hac ipsa præcedentique Sententia CCXXVII. nil aliud egit, nisi ut ad Christum compelleret, cujus fidei cognitione & glorificatione honoratur Pater. *Cui Pater Deus, nil in honesti agit.*

CCXXXI.

QUI NON DILIGIT SAPIENTEM, NEC SE-IPSUM DILIGIT.

Ratio proclivis & antecedenti Sententia CCXXIV. invenianda; recedendo enim a Sapiente, recedis a Sapia. Ut enim qui a flumine retro cedit, caret aqua, & *Sapientem spernens se spernit.* qui

qui

qui a Solis radio, caret calore; sic qui a Sapiente fugit, fugit Sapientiam.

CCXXXII.

NULLA PROPRIA POSSESSIO PUTETUR
PHILOSOPHI. e)

*Philosopho
nil propri-
um.*

Philosophum Christianum instruit, qui nihil ita suum esse reputat, ut solus eo frui debeat. Id ipsum vero ex Philosophia revelata fuit. I. Tim. VI. 7. εἰδὲν αἰτενεγκάμεν εἰς τὸν κόσμον δῆλον ὅτι εἰδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα. Unde & Corinthiis, perque ipsos aliis Paulus imperat, ita ipsis vivendum ὡς μηδὲν ἔχουσι, καὶ πάντα κατέχουσι. Et si vero Philosophi gentiles pares habuerint Sententias, ineptum nihilominus fuerit statuere, ipsum, qui omnia alia ex Sacro Codice depromsit, isthæc e Lacunis τῶν δοκασισόφων hausisse.

CCXXXIII.

QUORUM COMMVNIS EST DEVS, IDEM-
QVE PATER, HORVM NISI ET COM-
MVNIS POSSESSIO COMMVNIS SIT,
IMPII SVNT f)

*Quibus com-
munis Deus,
iis commu-
nis possessio.*

Ista Lectionis diversitas bene notanda, quum mentem Sixti probam temperatamque ostendat. Non enim existimavit, quod Hieronymus multoties inepte statuit, Sapienti ab omni prorsus opum possessione digredendum, sed tantum ab invido, & ad φιλαυτίαν converso earundem usu. Nisi enim possessionem admisisset, quomodo Eleemosynam & benignitatem suasisset, quæ frustra a nihil possidente flagitatur. Hoc itaque temperamento admissio, optima plane ac justissima est sententia

e) Par. & Lugd. Sapientis.

f) Paris. & Lugd. Hi nisi auxilia & opem in commune conferant

tia, five primam five secundam partem spectes. Prior probatur a Paulo Eph. IV. 6. ὁ Θεὸς πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσι. Nec minus altera 2. Cor. VIII. 4. quo loco laudat Macedones, quod ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι εἰς τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τὰς ἀγίας fuerint. Quin & ipse alibi multoties id commendavit, nunquam postulans, ut plane se facultate benefaciendi Fidelis exuat, sed animum partis opibus bene utendi fervet. v. Martin. Ruar. Epist. Cent. I. Ep. 72. & seqq.

CCXXXIV.

DEO INGRATUS EST, QUI NON MAGNI DUCIT PHILOSOPHUM.

Sententia justa: quum enim Sapiens æque ac Sapiencia a Deo dentur Sent. CCXXIII. non potest non ἀχαρισ εἶναι in Deum, qui donum illud contemnit. Qui vero tales sunt, minis Christi plus quam veracibus percelluntur Math. XXIII. ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ἔρημος. *Ingratus in Philosophum, ingratus Deo.*

CCXXXV.

CONJUGIUM TIBI REFUTARE CONCESSUM EST, IDCIRCO UT VIVAS INDESINENTER ADHÆRENS DEO.

Hic certe divum gentium Doctorem sequitur 1. Cor. VII. *Conjugio ca-*
38 ὁ ἐγγαμίζων καλῶς ποιῆι, ὁ δὲ μὴ ἐγγαμίζων κρεῖσσον ποιῆι. *rere licet.*
& v. 32; ἀγαμος μεριμνᾷ τὰ τῆς κυρίας, πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ.
Jo. Chrysoft. Τὸ μὲν γὰρ γαμεῖν, ἢ μὴ γαμεῖν ἐφ' ἡμῖν. De
Virgin. Cap. 41.

CCXXXVI.

NUBERE ET FILIOS PROCREARE PESSIMUM SCIAS UTRUMQUE.

Hh

Fa-

Nubere difficile. Fateor hanc Sententiam, ut Rufinus vertit, difficillime excusari posse. Quo factum, ut in Parisina & Lugdunensi Editione omnino non reperiatur. Fortassis ab Hieronymo ejusque sectatoribus inserta, ut eandem, quam sibi matrimonii odio invidiam fecerant, Sixto pariter conciliarent. Non enim video, qua ratione asserere poterit, PESSIMUM esse nubere, quum in antecedenti, sequentique Sententia Paulum Apostolum sequatur. Unde sic arbitror, Rufinum, pessimum Sixti aliorumque Interpretem, vocem a nostro Philosopho adhibitam, data opera detorsisse, cumque ille in Græco τὸ ΧΑΛΕΠΟΝ, aut τὸ δυσχερὲς collocasset, id per PESSIMUM malitiose prorsus interpretatum. Id enim vero nemo diffitebitur, qui illum statum γλυκύπικρον degustavit, vel felicissimo matrimonio suas ærumnas esse, teste Paulo I. Cor. VII. 28. Ἡλιψιν τε τῆ σαρκὶ ἔχουσιν, quippe quod ante Apostolum, tanquam rem expertissimam, omnes omnino testati sunt. Democritus conjugium spernit διὰ τὰς πολλὰς ἐξ αὐτῶν ἀηδίας τε καὶ ἀφολλκὰς ἀπὸ τῶν ἀναγκαιοτέρων, apud Clem. Alex. p. 503. Alii etiam adhuc severius: ut Anaxandrides, cui ἀθάνατον κακὸν, ταλαιπῶρος βίος, χαλεπὸν φορτίον. Qualiscunque demum fuerit Sixti Phrasis, tam mala tamen non fuit, quin magis dura Hieronymus dixerit, ut, si ob hanc Sententiam Sixtus notari debeat, Stridonensis non triplicem pœnam fuerit promeritus, qui omnia repagula rupit. Chrysostomus, multo hercle Hieronymo moderatior, non mitiora tamen de conjugio in libro suo de Virginitate dixit, ac Sixtus vocabulo ambiguo expressit. Nunquam enim non illud ἡδεῖαν ἄλυσιν, ὄγκον, φορτίον λυπηρὸν, ἐπαχθὲς, βαρύτερον appellavit, quod sæpe cogat τὰς γεγαμηκότας ἀμαρτάνειν καὶ πλημμελεῖν.

CCXXXVII.

SI AUTEM TANQUAM PROELIUM SCIENS,
TAMEN PUGNARE VIS, ET UXOREM
DUC, ET FILIOS PROCREA.

Hæc Sententia lucem veluti profert ad cognoscendum, cur Sixtus sibi tantam difficultatem in matrimonio con-
finxerit, nempe quia cum agone contulit. Videtur *An-
riphontis* verba legisse, quæ apud *Stobæum* extant Serm.
LXVI. p. 421. μέγας ἀγὼν γάμος ἀνθρώπων, quem dein-
ceps *Chrysofostomus* imitatus libro de Virginitate, quan-
do ἄθλησιν dixit: εἰδὲ πρὸς τὸν ἀθλητὴν εἶποι τις ἂν μετὰ
τὸ ῥίψαι τὸ ἱμάτιον καὶ ἀλείψασθαι, καὶ εἰς τὸ σάδιον εἰσελθεῖν,
καὶ καταποιήσασθαι τὴν κόνιν, ἀπόσηθι, καὶ φεῦγε τὸν ἀγωνιστὴν.
ἀλλ' ἀνάγκη λοιπὸν δυοῖν θάτερον, εἰ σεφανωθέντα ἢ πετόντα καὶ
καταιχυθέντα ἀπελθεῖν, ἀλλ' ὁ ἀγωνοθέτης παρεῖ καὶ ὁιθεότα
κάθηνται, ἢ εἰτάγεται ὁ ἀνταγωνιστὴς, καὶ ἀντιπαρατάσσεται
τὴν ἐξουσίαν αὐτῶν τῶν ἀγῶνων &c. Iterum, ἐπαχθέσερον
ἀγῶνα dicit §. 44. 45.

*Nubere idem
est, ac certa-
men inire.*

CCXXXVIII.

ADULTER g) ETIAM PROPRIÆ UXORIS
EST IMPUDICUS b) OMNIS, VEL AMA-
TOR ARDENTIOR.

Placuit hæc Sententia *Hieronymo*, ideoque laudavit; pla-
cuissent & reliquæ, si absque livore aut absque *Rufini*
recordatione intueri voluisset. Eandem ante Sixtum
Athenagoras habuit, Legatione pro Christianis p. 36.
Γυναῖκα μὲν ἕκαστος ἡμῶν ἡγαγέτω μέχρι τὸ παιδοποιεῖσθαι. Ὡς
γὰρ ὁ γεωργὸς καταβάλλων εἰς γῆν τὰ σπέρματα ἀμητον πε-
ριμένει, ἐκ ἐπισπείρων καὶ ἡμῖν μέτρον ἐπιθυμίας ἢ παιδοποιΐας.
Vid. Clem. Alex. Pædag. II. C. X. quæ ex *Athenogora*
Hh 2 hau-

*In propria
uxore a-
dulterium
committi
potest.*

g) Par. & Lugd. est in suam uxorem b) deest.

haurire poterat. S. *Maximus* eandem uberius paulo verbis exhibuit C. de Charitate Cent. II. T. I. p. 411. *Clementis* autem *Alexandr.* totum Caput X. libri II. *Pædag.* ad illustrationem nostræ *Sententiæ* pertinet, & mirifice eam explanat. Cum enim *Sixtus* maritos duplici nomine vellet castigare, tum quod contra naturam & *Pisistrateo* amore scæminis infiderent, tum quod frequentius amoris habenas laxarent: *Clemens* de utroque vitio graviter dixit, *Sixtus* autem omnia illius brevi *Oraculo* complexus est. Alicubi hæc *Sententia* Græce legitur: Μοιχέυει τὸν ἑαυτῶ γάμον ὁ ἑτερίζομενος αὐτόν.

CCXXXIX.

NIHIL PROPTER SOLAM LIBIDINEM FACIAS.

Nil ex Libidine facien- dum.

Hæc ipsa *Sententia* nos magis magisque convincit, *Clementis Alex.* dicta per *Sixtum* in compendium redacta; Ita enim ille lib. II. *Pædag.* p. 225. ψιλὴ γὰρ ἡδονὴ καὶ ἐν γάμῳ παραληφθεῖ παρὰ νόμους ἐστὶ καὶ ἀδίκος καὶ ἀλογος; & paulo post: ἡ Θέμις ἐργαζομένην ἤδη τὴν φύσιν ἐνοχλεῖν περιττεύοντας ἤδη εἰς ὕβριν. Addantur & quæ *Strom.* lib. II. p. 505. & 538. extant. Hanc temperantiam recentiores morum *Magistri* ludibrio habuerunt, statuendo opus conjugii, ob solam voluptatem exercitum, omni penitus carere culpa. Quos voluptatum *Patronos* damnavit *Innocentius XI.* Decreto XI. Marti. Anno 1679. V. *Henr.* a *S. Ignatio* *Ethica* amoris T. I. p. 102.

CCXL.

SCITO TE ADULTERUM ESSE, ETIAM SI COGITES DE ADULTERIO 1)

Ser-

1) *Parif. & Lugd.* hanc cum sequente *Sententia* conjungit.

Servatoris verba sunt Mat. V. 28. πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτήν ἐν τῇ καρδίᾳ. Ad *De Adulterio cogitans est adulter.*
 quæ multa & erudita e profanis Auctoꝛibus Pricæus attulit. Quomodo hæc Christi verba quidam Gnosticus eludere voluerit, vid. Clemens Alex. Strom. IV. p. 615. 616.

CCXLI.

SED ET DE OMNI PECCATO EADEM TIBI SIT, RATIO.

Nempe quod vel sola cupiditas, conspicuo licet opere patrata non sit, intra tamen animum jam sit completa.

CCXLII.

FIDELIEM TE ESSE PROFESSUS, SPOPONDISTI PARITER NON PECCARE DEO.

Id vero manifestum Christianæ Sodalitatis indicium: *Fidelis juxta Sponsionem non peccat.*
 Gentilis enim de renunciatione, in S. Baptismo facta, dicere non poterat. Fuit vero ille antiquissimus & Apostolicus ritus, cujus non poterat non Sixtus meminisse, de quo legi possunt, quæ *Josephus Vicecomes* de ritibus Baptismi l. II. C. XVI. erudite scripsit. Hæc vero ipsa sententia R. P. *Michaëlem Lequienium* in notis ad *Parallela S. Damasceni* commovit, ut fateretur, Sixtum hunc, quem tantopere *Hieronimus* oderat, quemque tam ini- que suaferat conculcandum, sibi omnino Christianum videri, cujus sicut integritatem probamus, ita vero optarem, uberioribus verbis veritatem, de qua adeo certus erat, demonstratam fuisse.

CCXLIII.

FIDELI MULIERI ORNATVI DVCATVR PV-
 DICITIA.

Hh 3

Hanc

Hanc Gnomem haufit e Proverb. Sal. C. XXXI. 25. 30.
& ex Clementis Pædag. p. 235. 236. 237.

CCXLIV.

VIR, QUI VXOREM DIMITTIT, PROFITE-
TVR SE NEC MVLIEREM GERERE.

*Qui uxorem
dimisit, alia-
rum confor-
tio careat.*

Et hic *Rufinus* non optimi Interpretis officio functus est, quia posteriorem Sententiæ partem tam ambigue aut obscure reddidit, ut, quid sibi voluerit, agre divina- re queas. Colligo tamen Sixtum adversus illud Caco- êthes, quod Ecclesiam paulo post gravius affixit, dixisse, quo conjuges, dimisso matrimonio cœlibes *παρρησάκτες* habebant mulieres vel viros. Etenim constat Clemen- tis Alexandrini ætate, duabus potissimum hæresibus invalescentibus, Pios in diversas partes fuisse tractos, quarum altera *τὴν ἐγκράτειαν* conjugio substituit, altera vero *τὴν ἡδονὴν* pessima Oraculorum divinorum contor- sione defendit. Continentiæ Sectatores matrimonio nuntium dabant, sed justarum conjugum loco alias in sinu fovebant mulieres, quas sororum loco a se habe- ri dicebant, Pauli verbis abusi, easque *παρρησάκτους, ἐπι- συνεισάκτους & ἀδελφοζῶας* dicebant. Neque objiciat ali- quis Sixti ætatem, ad medium Seculi III. referendam; eo ipso enim jam tum inanissima persuasio viguit, De- um ista abstinentia summopere delectari, unde virgini- tatem certo modo laudandam ineptissimis argumentis, & inauditis Scripturæ S. detorsionibus evehebant. *Cypria- nus, Sixti σύγχρονος*, testis est, ætate sua multos virginitatis larva turpiter abufos esse. Vid. Epist. LXII. qua scribit plures Virgines, quæ semel statum suum continenter & firmiter tenere decreverant, detectas postea in eodem lecto mansisse cum masculis. Ex quo loco M. Anton.

Mu-

Muratorius plura, quam par est, probare voluit, nempe Virgines jam tum fuisse consecratas, & Diaconos Virginitatis Præsides seu Custodes fuisse. Quod cum falsum sit, hoc tamen certum est, homines, Virginitatem sponte professos, conjugii casti osores ad cœlibatum lutulentum confugisse. Vid. ejus Diss. de Agapetinis in Anecdotis Græcis ad *Manfauconium* p. 218. & *Henr. Doduvelus* Diss. Cyprian. III. Adversus hos igitur *Sixtus* hanc Sententiam protulit, Successoribus incommodam, quorum haud pauci Mechtildas, Marozzias, Olympias habuerunt, non aliter atque vetusti Philosophorum Principes, qui matrimonii defectum orbitatemque, foedis concubinarum amplexibus solabantur.

CCXLV.

MVLIER PVDICA GLORIA VIRI EST.

Paulus I. Cor. VII. γυναῖξ δὲ δόξα ἀνδρός ἐστίν. Salomon Prov. XII. 6. γυναῖξ ἀνδρείας σεφάνους τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, ubi quidem *Symmachus* ἀνδρείας loco εὐπορίας, *Theodotion* ἰσχὺν posuit. Lingua Sancta utrumque corripit, cum ita dicit: ἦν τῷ ψῆξ quæ vertit *Pagninus*, mulier virtutis: quæ ut omne animæ decus, ita & castitatem & pudicitiam continet, ab ἀνδρείας custodiendam.

Casta Mulieris Pretium.

CCXLVI.

REVERENTIAM HABENS VXORI, HABEBIS EAM REVERENTEM.

D. Apostolus Petrus I. Ep. III. 7. οἱ ἀνδρῆς ὁμοίως συνοικῆτε κατὰ γνώσιν ὡς ἀδελφεσέρω σκέυει τῷ γυναικίῳ ἀπονέμοντες τιμὴν, ὡς καὶ συγκληρονόμοις χάριτος; & Paulus I. Thess. IV. τὸ θέλημα Θεοῦ ὁ ἀγιασμός ὑμῶν ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πορνείας εἰδέναι ἕκαστον τὸ ἑαυτῷ σκεῦος κτῆσθαι ἐν ἀγιασμῷ καὶ τιμῇ

Uxor reverenter habenda.

τιμῆ; & ad Hebr. XIII. 4. Τίμιος ὁ γάμος ἐν παῶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. Ubi divini Interpretes omnino notant, honorem corporibus illarum & animis deferendum. Quos ut *Sixtus* ante oculos habuit, ita & suum *Clementem*, copiose exponentem, quanta illa reverentia esse debeat. Sic enim inquit: εἰ γὰρ σεμνότητα ἀσκητέον, ὥσπερ οὖν πολὺ πλεόν τῆ γυναικὶ τῆ ἑαυτοῦ ἐπιδεικτέον. Vid. *Pædag.* lib. II. p. 228.

CCXLVII.

FIDELIVM CONJVGIVM CERTAMEN HABEAT CONTINENTIÆ.

Continentia Conjugii decus. Paulum respicit τὴν ἀποσέρεσιν ἐκ συμφώνου & πρόσκαιρον suadentem, & χολασμὸν ἐν τῇ νηστείᾳ καὶ προσευχῇ. Quod cum difficulter ab utraque parte impetretur, ideo ἀγῶνα dixit. Et summam præterea prudentiam in hac ἀποσερήσει requiri, *Chrysostomus* excellentissimo libro de Virginitate copiosius ostendit, & ante ipsum *Clemens*, quem *Sixtus* presso pede sequitur.

CCXLVIII.

PROVT VENTREM CONTINUERIS, SIC ET VENEREOS MOTUS.

Ventri Imperandum. Poterat *Sixtus* illud absque doctrina revelata nosse, quum profani morum Magistri nil frequentius dixerint.

Palladas apud *Stobæum* pulcherrime:

Νηδὺν ἀναίχυντον σιβαροῖς ἤσχυνα λόγον

Σωφροσύνη κολάσας ἔντερον ἀργαλέον

Ἐὶ γὰρ ἔχω τὸν νοῦν ἐπικείμενον ὑψώθη γαστρός,

Πῶς μὴ νικήσω τὴν ὑποτασσομένην;

Quæ nescio cur *Henr. Stephano* tantopere displicuerint, quum *Petrus Victorius* egregie hunc vatem laudaverit,

rit,

rit, hoc ipso Epigrammate satis ingenii sui elegantiam vindicante. Cum *Pallada* alii idem dixerunt, quos inter *Chares*:

χειρὸς δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν,
 Ὅσοι δὲ φιλοσοφῶντες ἐκμοχθῶσιν τι
 Ἐνταῦθ' ὑπάρχει τῷ βίῳ γαστρὸς κρατεῖν.

Stobæus p. 156. At prudenter etiam Paulus, ubi ventri victum suppeditandum suadet, mox tamen addit: τὸ δὲ σῶμα ἐ τῆ πορνείᾳ ἀλλὰ Κυρίῳ, & Rom. XIII. 14. Τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιῆσθε εἰς ἐπιθυμίας, & Eph. V. 18. μὴ μεθύσκεσθε ὀίνῳ, ἐν ᾧ ἀσωτία. Omnino enim illud verum, si olla, id est ventri, carnes non immittantur, eum non posse despumare in Venerem.

CCXLIX.

DEVITA INFIDELIUM LAUDES.

Laudes per se irretiendorum animorum vim habent, quod *Socrates* censuit: *Θηρέουσι τοῖς μὲν κυσὶ τὰς λαγῶδς ἢ κυνηγοῖ τοῖς δὲ ἐπαίνοις τὰς ἀνοήτους πολλοί.* Unde & optimi quique laudem fugiunt. Ἀινούμενοι γὰρ οἱ ἀγαθοὶ τρόπον τινα μισῶσι τὰς αἰνῆντας, εἰάν αἰνῶσιν ἀγαν. Maxime tamen laus a viro improbo data fugienda, ne improbitatis assecla habearis. Hiob. XX. 5. Apud Sirac. C. I. ex opposito promittitur Sipienti, ipsum ore fidelium decantatum iri: ἕως καιροῦ κρύψει τὰς λόγους αὐτοῦ, καὶ χεῖλη πιστῶν ἐκδιηγῆσεται σύνεσιν αὐτοῦ.

Laus Impiorum non petenda.

CCL.

QUÆ GRATIS ACCIPIS A DEO, PRÆSTA GRATIS.

Servatoris verba sunt Math. X. 8. δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε, & Autor Sipientiæ C. VII. 13. ἀλόλως ἔμαθον, ἀφθό-
 Ii vas

Gratis accepta gratis danda.

νας τε μεταδίδωμι, τὸν πλεον αὐτῆς οὐκ ἀποκρύπτομαι. *Irenaeus*: Ἡ Ἐκκλησία ἀπέραντον ἀριθμὸν τῶν χαρισμάτων λαβῆσα, ἐπ' εὐεργεσίαι τῶν ἐθνῶν ἐπιτελεῖ, μηδὲ ἐξαπατῶσά τινες, μηδὲ ἐξαργυριζομένη. *Clemens Alex. Strom. I.* Δεῖ δὲ τὸν Κύριον μιμεῖσθαι ἔτος δ' ἂν εἴ ὁ τῷ θελήματι Θεῶ ἐπεξυπηρετῶν δωρεάν λαβῶν, δωρεάν διδῶς μισθὸν ἀξιόλογον ἀπολαμβάνων. *Discrimen illud magnum, quod divinæ Veritatis & Sapientia profanæ Magistros intercedit; illi ἄμιαθοι, ἀνάργυροι sunt, hi pretio accepto Protagoram sectantur.*

CCLI.

MULTITUDINEM FIDELIUM NON INVENIES.

Pauci Fideles.

Vix ulla Sententia magis in sacris litteris stabilita, eo- que sollicitius memoria mandanda *Math. VII. 14. XX. 16. Luc. XIII. 23. XII. 32.* Μὴ φοβῆ τὸ μικρὸν ποιμνίον. Decantatum præterea *Joh. Chrysostomi Oraculum*, quod sæpe cum audientium terrore protulit, ex tot myriadibus hominum vix unum salvum fore. Vid. *Clem. Alex. Strom. I. p. 372.* Πολλοὶ κλητοὶ, ὀλίγοι δ' ἐκλεκτοί. Thyrsigeri multi, pauci Bacchi. Vid. *Ethica amoris Tom. I. p. 55. & 58.*

CCLII.

RARUM EST ENIM OMNE, QUOD BONUM EST. k)

Bonum est rarum.

Nota sunt etiam profanorum Scriptorum proverbialia: *Rari quippe boni.* Et apud Græcos: ἔρρει τὰ καλὰ apud *Xenophontem* in *Paralipom. L. I.* & apud *Thucydidem*: παυροὶ τῶν πολλῶν πιστὸν ἔχουσι νόον. *Diogenes* nusquam se viros reperisse dixit. *Laertius l. VI. p. 329.* idque quando lucerna accensa, clamavit, ἀνθρώπων ζητῶ *Sextus Empyricus Edit.*

k) In *Parif. & Lugd.* jungitur cum Antecedente.

Edit. Fabric. p. 288. Μηδείς εύρίσκειται σοφός, ἢ σπανίως εύρίσκειται. Quidni vero ad frequentissimas Prophetarum querelas respexerit, de eadem bonorum raritate conquerentes? Pl. XIV. i. bisrepetitur: ἔκ ἑσσι ποιῶν χρηστότητα, ἔκ ἑσσι ἕως ἑνός, & apud Hof. C. IV. i. ἔκ ἑσιν ἀλήθεια ἔδὲ ἔλεος, ἔδὲ ἐπίγνωσις Θεῶ ἐπὶ γῆς· ἀρὰ καὶ φόνοσ καὶ κλεπτή καὶ μοιχεία κέχυται. Quinimo etiam videtur actus ille Schematicus *Diogenis* dudum antea exhibitus esse apud *Zephan. I. 12.* καὶ ἔσαι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξερευνήσω Ἱερουσαλήμ μετὰ λύχνου, nempe an bonus queat reperiri, qui cladem precibus antevertat. Quo non invento, inquit, ἐκδικήσω ἐπὶ τῆσ ἀνδρασ τῆσ καταφρονῶντασ ἐπὶ τὰ φυλάγματα αὐτῶν. Quæ verba *Lucifer Calaritanus* lib. I. pro *Athanasio* sic reddit: Scrutinabo Jerusalem cum lucerna; & *Chromatius* Conc. I. de octo Beatitudinibus Tom. V. Biblioth. Patr. *Remigius Autisiodorensis* explicuit de Romanis, qui cloacas perscrutabantur, Tomo XVI. Bibl. Patr. Rectius *Petrus Blaesensis* Epist. XLV. & Tractatu de peregrinatione Hierosolymitana acceleranda p. 1168. & *Humbertus de Romanis* T. XXV. Biblioth. p. 540. ubi non de pœna, sed antecedente indagazione piorum explicuit.

CCLIII.

SAPIENTEM HONORA POST DEUM.

Salomon. Prov. III. 35. δόξαν κληρονομήσασι σοφοί· Prov. *Sapiens honorandus.* XII. 8. XIV. 24. Eccl. VII. 20. Ἡ σοφία βοηθήσει τῷ σοφῷ ὑπὲρ δέκα ἐξουσιάζοντασ τῆσ ὄντασ ἐν τῇ πόλει, & IX. 15. Λόγοι σοφῶν ἐν ἀναπαύσει ἀκρόνται ὑπὲρ κραυγῆν ἐξουσιάζόντων ἐν ἀφροσύνασ. Sir. XXV. 12. Ὡσ μέγασ ὁ εὐρῶν σοφίαν. Paulus i. Tim. V. 17. Διπλῆσ τιμῆσ ἀξιάθωσαν, μάλισα δὲ κοπιῶντασ ἐν λόγῳ καὶ διδατκαλία. Prudenter Sixtus extra

metas Apostoli non processit, quas transfilerunt alii, qui hunc honorem nimis extenderunt, quod Auctores Constitutionum Apost. fecerunt, quum de Episcopis ita scribunt: Ὑμεῖς τῆς μερίτας ἡμῶν τῆ λόγῃ προφήτας εἶναι νομίσετε, καὶ ὡς Θεὸς σεβασθήσετε & lib. II. C. XXX. ὑμῖν ὁ ἐπίσκοπος εἰς Θεὸν τετιμῆσθω, καὶ ὁ διάκονος ὡς προφήτης αὐτοῦ. Ὡς γὰρ ὁ Χριστὸς ἄνευ τῆ πατρὸς ἑδὲν ποιεῖ, ἕτως ἑδὲ ὁ διάκονος ἄνευ τῆ ἐπισκόπου. Præterea alia, ubi cum Spiritu S. inepte conferuntur. Nec minus nugas egere, quum τιμὴν διπλὴν in duplicata victus largitione quaesiverunt, quos jure Tertulianus Cap. ult. contra Psychicos perstrinxit. Vid. & *Priceus* I. Tim. V. 17. & *Senti. Sixti* CCXXV. CCXXXI.

CCLIV.

CUM ARGUERIS SAPIENTEM, DILIGET TE.

*Sapientia cor-
rectio gratia.* Prov. IX. 15. Ἐλεγχε σοφὸν, καὶ ἀγαπήσει σε. Pulcherrimum & manifestissimum indicium, non nisi Sanctorum Oraculorum verba a Sixto decerpta esse, & hæc Hieronymus conculcanda suadet. Addatur Prov. XXV. 12. Reputabit enim doctrinam & castigationem tuam, ut pulcherrimum animæ ornamentum. Λόγος σοφὸς εἰς ἐνήκοον ἔσῃ ὡς ἐνώπιον χρυσῆν, καὶ σάργδιον πολυτελὲς δέδετα.

CCLV.

CVM ARGUERIS, UT SAPIENS FIAS, HABE GRATIAM ARGUENTIBUS.

*Arguenti
gratia ha-
bende.* Hic iterum unam Salomonis Sententiarum audis, sicut *Isidorus Hispalensis*, eruditissimus Præful, rectissime judicavit. Vid. Prov. XII. 1. XIII. 18. XV. 12. XIX. 25. Ἐπ' ἐλέγχοντας ἤξει εὐλογία· χεῖλη δὲ φιλήσασιν ἀποκρινόμενα λό-

λόγους ἀγαθὸς, & Cap. XXVIII. v. 23. ὁ ἐλέγχων ἀνθρώπου
ὁδὸς, χάριτας ἔξει μᾶλλον τῆ γλωσσοχαριτῶντος.

CCLVI.

QUI SAPIENTI NON OBTEMPERAT, NEC
DEO OBTEMPERABIT. 1)

Non temerarium illud Sixti iudicium puto, quippe quod *Sapientibus ob-*
eodem modo constructum, atque illud Johannis Ep. V. *temperan-*
20. Ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ὃν ἐώρακε, τὸν Θεὸν, ὃν *dum.*
ἔχ ἐώρακε, πῶς δύναται ἀγαπῆσαι; quasi diceret: Si non au-
dit Sapientem, quem videt, quomodo obtemperabit,
moremque geret ei, quem non videt. Vid. quæ erudi-
te ad hæc Johannis verba *Sim. Episcopus* dixit.

CCLVII.

FIDELIS VOLENS ESSE, PRÆCIPUE QUI-
DEM HOC NITERE, NE PECCES, QUOD
ETIAMSI FORTE ACCIDERIT, SALTEM
CAVE, NE ITERETUR ID IPSUM.

Non modo nihil in hac Sententia est, quod reprehensi- *Ab iterato*
onem meretur, sed multum etiam, quod commeretur *peccato ca-*
laudem. Convenit enim plane cum Oraculis divinis, per- *vendum.*
fectam a quovis malo cessationem imperantibus. Por-
ro omnem a Sixto assertæ ἀναμαρτησίας labem avertit,
quum agnoscat a fideli errari posse, eaque propter reci-
divam tanto sollicitius cavendam esse. Secutus autem
est, ut ubique alias, *Clementem Alex.* qui *Pædag.* lib. I.
C. II. iisdem fere verbis usus est; Ille, quum de Servato-
re dixisset, quod ἀπόλυτος εἰς τὸ παντελὲς ἀνθρώπων πα-
θῶν, καὶ διὰ τῆτο κριτῆς, ὅτι ἌΝΑΜΑΡΤΗΤΟΣ ΜΟ-
ΝΟΣ. mox addit: ἡμεῖς δὲ ὅση δύναμις, ὡς ὅτι ἐλάχισα

Ii 3

ἀμαρ-

1) Par. & Lugd. obtemperaverit.

ἀμαρτάνειν πειρώμεθα· κατεπέγχι γὰρ τοσῶτον ἔδεν ὡς ἡ τῶν παθῶν καὶ νοσημάτων ἀπαλλαγὴ πρῶτον ἔπειτα δὲ ἡ κάλυσις τῆς εἰς τὴν συνήθειαν τῶν ἀμαρτημάτων εὐεμπτωσίας. **Ac iterum:** ἄριστον μὲν ἔν τὸ μὴδ' ὅλως ἐξαμαρτάνειν κατὰ μηδένα τρόπον, ὅτι φαμὲν εἶναι Θεοῦ· δεύτερον δὲ μηδενὸς τῶν κατὰ γνώμην, ἐφάψασθαι ποτε τῶν ἀδικημάτων. **Jam cum Clementis pene verbis fuerit usus, quidni habuerit ejusdem mentem, idemque cum ipso statuerit, Θεὸν μόνον εἶναι ἀναμάρτητον?** imo mihi asserere liceat, *Sixtum Clemente* cautius locutum esse, quippe qui peccata post veritatis cognitionem inexpiabilia censuerit, quod illi ex ψευδεργαμηνείᾳ dicti Paulini Ebr. II. 26. 27. & cæco in *Herman* obsequio contigit, quum alias, quando ex se loquitur, prudentius agat.

CCLVIII.

DOCTRINAM, QUÆ NON EST DEO DIGNA, NE DICAS.

Doctrinam falsam ne dicas.

Sequitur Paulum Rom. XV. 18. ἔ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι, ὧν ἔ κατεργάσατο χριστὸς δι' ἐμῆ εἰς ὑπακοὴν ἔθνῶν λόγῳ καὶ ἔργῳ. Nec tamen hæc ipsa Sententia exclusit τὰ τῆς πίστεως ἀνόλογα, nec ad illum ostracismum abiit, quo recentior quidam apud Batavos omnia, præter hagiographorum Scripta, exterminanda censuit. Is *Theodoricus Cornbert* Harlemensis Reip. Secretarius fuit, sibimet-ipsi tamen adversus, quum tribus Voluminibus editis, Scripturæ Interpretem egerit, malo consilio ab *Arnoldo* laudatus, Hist. Eccl. Tom. III.

CCLIX.

MULTA VELLE SCIRE, CURIOSITAS ANIMI PUTANDA.

D.

D. Gentium Apostolus I. Cor. VIII. I. ἡ γνῶσις φυσιοῦ *Polyhistoria*
 Act. XXVI. Τὰ πολλὰ συγγράμματά εἰς μαῖνίαν περιττεύει, *curiositas.*
 inquit Antoninus, Πολυμαθία νόον ἔχειν, & διδάσκει. *Cle-*
mens Alex. sed ex *Platonis Demodoco*, (quem tamen cor-
 rexit *Potterus* ostendens, non ex *Demodoco*, sed *Ἐρά-*
στου verba deprompta esse,) *Strom.* lib. I. p. 373. μὴ ἡγῆτὸ
 φιλοσοφεῖν λέγειν περὶ τὰς τέχνας κυπτάζοντας ζῆν ἐδὲ πολυ-
 μαθεῖντα ἐπεὶ ἔγωγε ὄμην καὶ ὄνειδος εἶναι. Vid & *Menagi-*
us ad Heraclitum, *Diogenis* illud dictum *Timoni Syll-*
ographo adscribens, & *Athenæus* sub fine libri XIII. *Julia-*
nus Orat. VI. & *Adamus Rechenberg* de *Curiositate*.

CCLX.

QUI COGNOSCIT, QUÆ DEO DIGNA SUNT,
 ILLE EST SAPIENS.

E sacris morum Doctoribus hæc depromsit. Vid. *Sir.* I. *Sapiens est,*
 24. seq. Attamen simul *Clementis* verba in nodum con- *qui scit, quæ*
 traxit, qui *Pædag.* lib. I. C. VI. ita de *Cognitione* scripsit: *Deo placent.*
 ἡ μὲν γνῶσις ἐν τῷ φωτισμῷ φωτισμὸς ἄρα ἡ γνῶσις, ὁ ἐξ ἀφανίζων
 τὴν ἀγνοίαν, καὶ τὸ διορατικὸν ἐντιθεῖς, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν χειρόνων
 ἀποβολὴ τῶν κρείττωνων ἐστὶν ἀποκάλυψις. Ἄ γὰρ ἡ ἀγνοία
 συνέδησεν κακῶς, ταῦτα διὰ τῆς ἐπιγνώσεως διαλύεται καλῶς
 pauloque post μίαν χάριν αὕτη τῆς φωτίσματος, τὸ μὴ αὐτὸν
 εἶναι τὸ πρὶν ἢ λέσαιθαι τὸν τρόπον ὅτε δὲ ἡ γνῶσις συναναί-
 τέλλει τῷ φωτισματι, περιεστράπτει τὸν νῦν, καὶ εὐθέως ἀκούο-
 μεν μαθητὰς οἱ ἀμαθεῖς. Quæ postrema verba quam ma-
 xime cum *Sixtinis* conveniunt, hoc uno discrimine ob-
 vio, quod loco σοφῆ *Clemens* μαθητὴν dixerit.

CCLXI.

DOCTRINAM, EX QUA PROFICERE POTES
 IN AMORE DEI, ILLAM SPECIALITER
 ET NECESSARIO EXPETE.

Non

Doctrinam, quæ ad Amorem Dei ducit, expetas.

Non displicere potest hæc Sententia, nisi his, quibus displicet magnum præceptum illud de amando Deo, aut qui recentioribus morum Magistris adstipulantur, amorem omnem, Deo exhibendum, inter minime necessaria referentibus, quos jam pridem *Innocentius XI.* Anno 1679. damnavit. Horrendæ sunt illorum hominum de amando Deo Sententiæ, quibus universam adhærere sodalitatem, nuperus *Hexaplorum* in Constitutionem *Clementis XI.* Autor, Tom. I. p. 156. ingenti adducta testimoniorum nube ostendit.

CCLXII.

SAPIENS VIR PARCIT, NE PERDAT TEMPUS.

Sapiens parcit tempori.

Certum est, apud Gentiles morum Magistros hoc Oraculum frequentissimum fuisse. Vid. *Clemens Strom. V. Sect. 238. p. 429.* χρόνου φείδου· ἦτοι ἐπεὶ ὁ βίος βραχύς, καὶ ἔχρη τὸν χρόνον τῆτον εἰς μάτην καταναλωῶσαι, ἢ κατ' ἐναντιότητα φείτασθαι τῶν ἀναλωμάτων τῶν ἰδιωτικῶν. Vid. quæ *Potterus ex Gilberto Cognato, Erasmi Roterodami Adagiis, Laertio & Stobæo* attulit, aut saltem indicavit. Exstat apud eundem *Stobæum* p. 200. *Hipponactis* illud: χρόνος δὲ φευγέτω σε μηδὲ εἰς ἀργὸς, sed manifesta est Paulina imitatio a Sixto suscepta ex *Eph. V. 16.* βλέπετε ἕν πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε, μὴ ὡς ἄσοφοι ἀλλὰ σοφοί, ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραὶ εἰσι. Qua adhortatione iterum usus *Col. IV. 5.* ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς τὰς ἕξω, τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι. Ea certe Sententia tanti visâ est Apostolo, ut eandem per visionem nocturnam *Paulo, Eumelii Diacono* inculcaret. Vid. *Palladius Vita Chryso-
sti* p. 33.

CC-

CCLXIII.

FIDUCIAM CUM VERECUNDIA HABETO.

De παρρησία locutus mihi videtur, de qua Paulus *Parrhisia sit*
 I. Theff. II. ἐπαρρησιασοµεθα ἐν τῷ Θεῷ ἡµῶν, λαλήσοµε πρὸς *casta.*
 ὑµᾶς τὸ εὐαγγέλιον. Eaque in ipso Servatore laudata fuit.
 Marc. VIII. 32. Joh. X. 24. XI. 14. XVI. 29. A Græcis
 τῆς ἐλευθεροσοµίας Vocabulo exprimitur, describiturque,
 quod sit actio libere loquendi, & fiducia animi, ex qua
 illa fuit, atque etiam loquendi evidentia. Cæterum
 multos in hujus parrhisiæ exercitio, vel in rigorem ni-
 mium, vel impudentiam, aut scurrilitatem prolapsos
 esse, ostendit Sixti castigatio, quum eidem verecundiam
 veluti Sociam adjungendam suadet, ut Servator, qui omne
 verbum Sale condiendum voluit. Non enim παρρησία ef-
 frenatam locutionem notat, ut Cicero eam interpretatur,
 castigante ipsum Scaligero de re Poëtica, sed potius ge-
 nerosam voluntatis pronunciationem, præsertim quum
 de castigandis animi vitiis Sermo habendus est. Apud Sex-
 tum *Empyricum* alia prorsus ratione fingitur Rhetor:
 Τῆς αἰδέας ὀλίγην ποιῆσαι φειδῶ, ἵνα μὴ εὐκαταφρόνητος εἶναι
 δοκῆ τοῖς πανουργότεροις. Φρασέως δὲ λέγειν, καὶ τόλµαν ὡσπερ
 ὄπλον προβεβλήσασθαι, ἵνα φοβερός ᾖ τοῖς ἀντιδίκοις. Παρρησία,
 quomodo in maximum crimen abeat, apud *Dorotheum*
 Abbatem habes inter *Orthodoxographos* Tom. I. p. 236.
 & in *Apophthegm. Patr.* apud *Cotelerium* Tom. I. p. 373.
 ubi *Agatho* Abbas inquit: ἐκ ἑστίν ἕτερον πάθος χαλεπώτε-
 ρον τῆς παρρησίας· γεννήτειρα γάρ ἐστι πάντων τῶν παθῶν· πρέ-
 πει δὲ τῷ ἐργάτῃ μὴ παρρησιάζεσθαι. *Clemens Alex.* nostram
 Sententiam pulchre expressit *Strom.* I. p. 346. ὁ λόγος
 διττῶν δέεται ἀρετῶν, τόλµης καὶ σοφίας, quod alibi ita expri-
 mit: παρρησιάζεσθαι μετ' εὐλαβείας. Vid. idem p. 155.

CCLXIV.

EXCRUCIENT TE LIBERI MALE VIVENTES MAGIS, QUAM MORIENTES.

De malis liberis prospiciendum.

Existimo *Sixtum* piam sobolis educationem hac Sententia inculcare voluisse I. Tim. III. 4. 12. ubi etiam a futuro Episcopo poscitur, ut habeat τέκνα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος; quod & de Diaconis flagitatur Tit. I. 6. ubi additur, ut sint πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας ἢ ἀνυπότακτα. Vid. Damasc. Parall. S. Lequienii Tom. II. p. 492.

CCLXV.

VIVERE QUIDEM *m)* NON EST IN NOBIS, RECTE AUTEM VIVERE IN NOBIS EST.*Recte vivere in nobis est.*

Opponit invicem vitam naturalem & spiritualem, ubi prioris potestatem negat, alterius nobis esse facultatem concedit. Id magno Doctorum illius Seculi consensu assertum fuit, maxime tamen a *Clemente Alex.* qui totus est in illius libertatis defensione, ideo quod cogi non posse Sapientem putarit. Vid. *Isidorus Pelus.* Puto *Sixtum* respexisse ad hominem, divino auxilio instructum; hoc enim destituto omnia negat. Vid. *Clemens* p. 633.

CCLXVI.

FILII INFIDELES NEC FILII

Qui pro Filiis habendi.

Divinam justitiam sequitur, qua cum ὁμοθεσία abjudicetur his, qui non ut Filii Patris cœlestis ambulant, Deut. XXXIII. 3. non poterat aliter de Liberis Christianorum infidelibus judicare.

CC.

m) In Paris. & Lugd. hæc Sententia post duas sequentes collocatur. Negativa tamen deest, sed per vitium Calligraphi.

CCLXVII.

FIDELIS VIR NON ÆGRE FERT ABJECTI-
ONEM LIBERORUM.

Malorum intellige, qui divino humanoque Jure pro- *Fidelis Libe-*
scribi & abdicari poterant. Deutr. XXI. 21. quemad- *rorum Ja-*
modum & Romani Parentibus, liberum supplicii sumen- *cturam tole-*
di Jus, aliquandiu concesserunt. Cui Brutus & Manlius *rat.*
Torquatus, & Sp. Cassius infistentes, suos abjecerunt,
quoad tandem Filiorum reorum causa ad cognitionem
publicam deducta fuit. Posset tamen hic quæri, quid
sub ἀπιστίας vocabulo sit intelligendum, an sola Fidei
denegatio, an vero alia crimina, ἀπίθεια, ἐρεθισμός, συμ-
βόλων εἰσφορὰ, μέθη quæ Philo Libro de Temulentia ut
taliam refert, quæ τὴν ἀποβολὴν etiam Legalem causari
queant. Si solum Religionis veræ fastidium affuerit, du-
bito an illud abdicacionem admittat, quandoquidem
Paulus ex Religionis diversitate ne matrimonium qui-
dem solvi voluerit. Pontificii aliter statuunt, apud
quos ex Hæreseos crimine omnis mutuæ parentelæ re-
spectus cessat. Vid. Cæsar Carena Tract. de Off. S. Inqui-
sitionis p. 147. Limborch. Hist. Inquis. Libr. III. c. 2. Cæ-
terum puto hac disquisitione nos carere potuisse, si
Rufinus τῆς ἀποβολῆς vocabulum rectius fuisset interpre-
tatus, quo Sixtus quamcunque liberorum jacturam nobis
indicasse videtur. Quemadmodum & aliis Morum Docto-
ribus hanc vocis virtutem fuisse, ex Antonino discimus.
vid. L. I. §. VIII. ubi dum refert, quid ab Apollonio di-
dicisset, ait: παρὰ Ἀπολλωνίῳ τὸ ἐλεύθερον, καὶ τὸ ἀεὶ ὁμοιον
ἐν ἀλγηδόσιν ὀξείαις, ἐν ἀποβολῇ τέκνῳ, ut idem semper es-
sem in doloribus acerrimis, in LIBERORUM AMIS-
SIONE.

Kk 2

CC-

CCLXVIII.

NON JUDICES ESSE PHILOSOPHUM, CUI
NON DE OMNIBUS CREDIS.

*Philosopho
in omni re
credendum.*

Obscuritatem aliquam hæc sententia præ se ferre videtur. Conjicio tamen hanc esse mentem: eum, cui institutionis tuæ curam committis, ita comparatum esse debere, ac ita instructum internis externisque dotibus moribusque, ut nihil omnino in ipso sit, quod suspicionem aliquam occulti Criminis excitet. Sum sit enim Sixtus Philosophi nomen tam eminenti significatu, ut plane divinum hominem & ἀνεπίληπτον delinearet. Quam Interpretationem tanto magis tueor, quanto magis Oraculum sequens eam confirmat. Scopus autem erat monere Ecclesiam, ut non nisi quam maxime DIGNOS sacris dignitatibus honoraret. Quam arduum enim illud Ecclesiæ gubernandæ munus sit, Chrysostomus aureis de Sacerdotio libris ostendit, unde non nisi deliberatione diuturna prævia, aut imponendum aut suscipiendum fuit.

CCLXIX.

CRIMINATIONES ADVERSUS PHILOSOPHUM (n) NOLI RECIPERE.

*Philosophus
ne accusetur.*

Paulinam Regulam audis i. Tim. V. 19. κατὰ πρεσβυτέρων κατηγόριαν μὴ παραδέχεσθαι, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων. Presbyteri loco Sixtus Philosophi nomen substituit; Variæ autem Læctionis auctor inepte: *Sapientie studiosum*; qua satis innuit, se Sixti Scopum non penetrasse. Eandem Sententiam defendit Hieronymus *Epistola ad Rusticum*, quin imo omnis Ecclesia suo illam suffragio approbavit, quando indignationis suæ vela in falsos Sacerdotum accusa-

n) Lugd. *Sapientie Studiosum*.

cusatores expandit, per Auctorem Constitutionum Apostol. L. II. Cap. XLIII. vid. & Beveregius in Can. Apostol. LXXV. & Patr. Apostol. T. I. p. 474. ubi observatur, hanc Sententiam Gratiani Decreto inditam esse.

CCLXX.

STUDE COMMUNITER OMNIBUS BENEFACERE.

Paulus ad Gal. VI. 20. Ἔργαζόμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας.

CCLXXI.

EXECRABILE TIBI ETIAM SIT, JUSTE ALIQUID PUNIRE.

Notandum est, Sixtum in his Sententiis formare hominem, ad Statum Perfectionis tendentem, ut Clemens Alexandrinus, qui inter Ἐκλεκτῶς & Ἐκλεκτοτέρῶς discrimen faciebat. Cum igitur τοῖς πολλοῖς sive credentium vulgo Lege agere, magistratusque gerere non denegaret; attamen τοῖς Ἐκλεκτοτέροις regulas, ad majorem tranquillitatem & ἀταραξίαν facientes, præscribebat, quibus eosdem a pœnarum ac suppliciorum irrogatione procul esse volebat. Unde in hac sententia τὸ τιμωρεῖν de pœna corporis afflictiva sine dubio sumendum. Nec vero mireris, Sixtum ita sensisse, sed recorderis æqualium innocentia, qua ne bellare quidem sibi licitum existimabant, etiamsi justo bello decertandum esset, qua de re Dodwellus in Dissertationibus Cyprianicis egit. Ac forte Sixtus nimium verbo exemploque Servatoris inhæsit, quorum illo gladium repressit, hoc vero Mulieris adulteræ damnationi intercessit.

Pœnas destructivas ne facile inferas.

CCLXXII.

SI VIS CUM LÆTITIA ANIMI VIVERE, NOLI MULTA AGERE. o)

Kk 3

Vo-

o) Paris. & Lugd. cum hac sequentem Sentent. conjungunt.

πολυπραγ-
μοσύνη fugi-
enda.

Voluit hac Sententia Sixtus τὴν πολυπραγμοσύνην everte-
re, quæ apud omnes Morum magistros male audiit.
Alexander Aphrod. L. II. Top. p. 84. Ὁ σπεδαῖος ἐκ ἑστὶ
πολυπράγμων, quæ apud Svidam citantur. Opponit au-
tem τὴν πολυπραγμοσύνην alteri φιλοπραγμοσύνης vocabu-
lo. De priori ait, quod non habeat φανεράν ἀμαρτίαν,
quum contingere queat, aliquem πολλοῖς κυλιθῆναι πρᾶγ-
μασι, idque ἀπὸ τύχης: cum ex adverso φιλοπράγμων τὴν
διάθεσιν habeat. Inde ἀνήρ σπεδαῖος ἔ φιλοπράγμων. Vir
solers & accuratus, qui mentis aciem intentam habet,
sicut arcum, non est πολυπράγμων. Plutarchi extat libel-
lus de πολυπραγμοσύνη T. II. Op. p. 515. seqq. Ubi sub
isthac voce intelligit curiositatem, alterius mala riman-
tem. Clemens Alexandrinus bono aliquoties significa-
tu adhibuit, atque ipsi etiam Sapientiæ divinæ no-
stræ Salutis πολυπραγμοσύνην tribuit. In Cohortatione ad
Græcos Sect. XXXI. p. 86. de Sapientum studiis, quibus
in Philosophiam profanam trahuntur, postquam venit
λόγος, inquit, μὴ χρῆναι ἡμᾶς ἰέναι ἐπὶ Ἀθῆνας πολυπραγ-
μονῶντας. Scriptores S. plerumque de περιεργίᾳ. Syraci-
des Cap. III. 23. Ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν ἔργων σὲ μὴ περιερ-
γάζῃ· πλείονα γὰρ συνέσεως ἀνθρώπων ὑπεδείχθη σοι.

CCLXXIII.

IN MULTIS ENIM ACTIONIBUS MINOR
ERIS.

*Illam enim de-
bilitat.*

Aristotelem ante oculos habere poterat, qui eandem
rationem vitandæ τῆς πολυπραγμοσύνης protulit. De Re-
publ. L. IV. c. XV. Tom. III. p. 510. βέλτιον ἕκαστον ἔργον
τυγχάνει τῆς ἐπιμελείας μονοπραγματέσης, ἢ πολυπραγμα-
τέσης. Præstat unicuique rei & actioni curationem ob-
tingere, in uno negotio positam, atque occupatam, quam mul-

mul-

multis districtam. Omnibus enim intentus minor est ad singula sensus.

CCLXXIV.

QUÆ NON POSUISTI, NON TOLLAS, SED SUFFICIENT TIBI, QUÆ TUA SUNT.

Respexit ad Apostrophen illam apud Mathæum Cap. *Aliena ne* XXV. 25. ἔγνων σε, ὅτι σκληρὸς ἄνθρωπος, διερίζων ὄψα καὶ ἀρπῆτας. ἔσπειρας, καὶ συνάγων, ὅθεν ἐδυσκόρησας. vid. & Mich. Cap. II. v. 2. Scopus erat τῆς πλεονεξίας καὶ ἀρπαγῆς profligatio.

CCLXXV.

DERELINQUENS, QUÆ POSSIDES, SEQUERE VERBUM DEI.

Sub Verbi Titulo iterum Servatorem descripsit, quem *Terrena* sub illa notione, & antiqui & novi Fœderis Scriptoribus *mittens, sequere Deum.* designatum, in Prologo copiose demonstravimus. v. *Math. XIX. Luc. XVIII. 28. 29.*

CCLXXVI.

LIBER ENIM ERIS AB OMNIBUS, CUM DEO SERVIERIS.

Christum audis Joannis Cap. VIII. 36. Galat. IV. 26. Rom. *Dei Servus* VI. Ante Sixtum Clemens, perpetuus Sixti Magister ait *est liber.* Strom. VII. Θεράποντες ἄρα καὶ θεραπεύται τῷ Θεῷ οἱ ἐλευθερωτάτην καὶ βασιλικωτάτην θεραπείαν προσάγοντες τὴν διὰ τῆς θεοσεβῆς γνώμης καὶ γνώσεως.

CCLXXVII.

CESSA A CIBO. p)

Servator eodem modo. Luc. XXI. 34. Rom. XIII. 1. Petr. *Cibo parcendum.* IV. 3. Syr. Cap. XXXVII. 3. Clemens Alex. Pædag. L. II. c. 1. Damascenus S. Parallel. p. 418. Stobæus Serm. XVII.

CC-

p) Par. & Lugd. Ede citra satietatem.

CCLXXVIII.

OMNI HOMINI IMPERTITO.

Vid. Sent. CCLXX.

CCLXXIX.

PRO REFICIENDO PAUPERE ETIAM JEJUNARE BONUM.

Jejuna ut aliis beneficias.

Si vitam pro Fratribus tradere jubemur, cur non victum? Jobus Cap. XXXI. 17. Ἐὶ δὲ τὸν ψωμόν με ἔφαγον μόνος, καὶ ἐχὶ ὀρφανῶ μετέδωκα; Si vestis exuenda, ut nudus vestiatur, cur non ventri aliquandiu inedia indicenda, ut faturetur famelicus? Rom. XVI. 4. Philip. II. 30. 1. Theff. II. 8. 1. Jo. III. 16. Rara, sed significantissima voce, quamque vix alibi quam apud Xenophontem & Synesium reperias, Clemens Sixto prævit Stromat. VII. p. 878. quando Christianum verum & beneficum sic describit: αὐτὸς ἑαυτὸν μειονεκτεῖ πρὸς τὸ μὴ ὑπεριδεῖν τὸν ἐν θλίψει γινόμενον ἀδελφόν.

CCLXXX.

OMNE POCULUM TIBI SUAVE SIT, QUOD SITIM EXTINGUAT.

A Potu sumtuoso abstinere.

Diffuadet vinum generosius, omnemque potum, inebriandi vim habiturum. Quo Scriptores Sacros sequitur: Levit. X. 9. Num. VI. 3. Deutr. XXIX. 6. Jud. XIII. 4. 2. Sam. I. 15. Prov. XX. 1. & XXXI. 4. Es. XXVIII. 7. Pulchre Clemens: ἔ πολυπραγμονητέον τοῖνον τὸν οἶνον τὸν χῆρον, ἀν ἀπῆ· ἐδὲ τὸν Ἀριέσιον, ὅταν μὴ παρῆ· δίψα γὰρ ἐπιζητεῖ βοήθημα, ἔ τετυφωμένον ποτόν. Pædag. L. II. c. 2. p. 185. Stob. Serm. XVII. p. 161. ποτόν δὲ πᾶν ἡδὺ ἦν αὐτῶ διατὸ μὴ πίνειν, εἰ μὴ διψώη.

CCLXXXI.

EBRIETATEM QUASI INSANIAM FUGE.

Ha-

Habemus Philosophos, qui hoc de Ebrietate iudicium *Ebrietas In-*
 tulerunt. Pythagoras ἔλεγε τὴν μέθην μανίας εἶναι μελέτην *sania.*
 Et Chrysippus Μικρόν φασὶ μανίαν εἶναι τὴν μέθην. Cum
 quibus Antiphanes sensit, qui etsi tria pocula sumi con-
 cessisset, tertio tamen μανίας conciliationem adscripsit.
 Debet de hoc vitio fugiendo legi *FR. FORNERIUS,*
Episcopus Hebronis Chorepiscopus Pabebergenfis, Libris
IV. de Temulentia malo Anno 1627. quos quum ob vi-
tii dominatum Amicus edi dissuasisset, eidem Fornerius
respondit, institutumque laudabile defendit. A cujus
 gravitate & Zelo multum discessit seculi nostri *Scriptor*
Gallus, qui Ebrietatem laudavit, conatu ludicro, sed il-
laudabili ac infelici, quum vitium illud non accedente
suasore, neque suspensa hedera invalescat. Ait equidem
Auctor, se oblectationis tantum gratia illam operam sus-
cepisse; sed memor esse debebat, in nulla re jucundita-
tem esse quaerendam, qua alteri damno cedat. Nec juvat
ipsum, quod P. TABERNÆ patrocinio utatur; con-
stat enim eam, cui is adhæret, societatem, omnem
morum sanctitatem jam pridem profligasse. Divus Apo-
stolus Paulus τὴν μέθην, ἀτωτίαν dixit, quod satis erat,
Clemens Alexandrinus Pædag. L. II. p. 183. cum Eratosthe-
ne Φρεναπάτην, cujus postremi versum Potterus vindica-
 vit.

CCLXXXII.

HOMO, QUI A VENTRE VINCITUR, BEL-
 LUÆ q) FIDELIS EST.

Cum indomita bellua & voragine insatiabili venter con- *Ventri, Bel-*
 fertur. Chares apud Stobeum. *lua non obse-*

Γαστρός δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν

Μόνη γὰρ ὧν πέπονθεν ἔχει χάσιν,

LI

quendum.

q)) Paris. *Similis.*

Ἄει γὰρ τῷ δέοντος ἐνδέεται πλέον

Ἄοσι δὲ μὴ γαστρὸς κρατεῖν ἐπίσταται

Ἄουτος τὰ πλείω τῶν κακῶν ἔχει κακά.

Paulus Epistola ad Titum ex Epimenide γαστέρας ἀργαῖς καὶ
θηρία κακά composuit. Et Plutarchus in Tr. de Discrimi-
mine Adulatoris & Amici, ventris belluinam naturam
describit.

Γαστήρ ὅλον τὸ σῶμα πανταχῇ βλέπων

Ὄφθαλμὸν ἔρπει τοῖς ὀδῶσι θηρίων.

Aristoteles L. de Animalibus, quum γαστριμαργίαν descri-
bit, ostendit, μαργίαν esse insaniam, quod certum nec
longa comprobatione dignum. Accurate & gravi ora-
tione de hac insania locutus est, *Cassianus* Libr. Instit.
V. C. III. cum quo jungantur *Isidorus Pelusiota* L. I. p. 148.
& *Damascenus Parallel. S. T. II. p. 417. 418.* Clemens
non modo ventri insaniam tribuit belluinam, sed ipsum
hominem, hac insania tactum, in belluam verti censet.
Paradag. L. II. unde & ipsos cum igne confert: Πάμφα-
γοι καθάπερ τὸ πῦρ τῆς ὕλης ἐξεχόμενοι, & iterum θηρία ἀν-
δρείκελαι κατ' εἰκόνα τῶν πατρὸς τῶν λίχνος θηρίων. & it. p. 171.
In hanc belluam dominium vult exerceri Sixtus, ut
Clemens: βασιλεύειν ἐτάχθημεν καὶ κατακυριεύειν ἐχὶ δαλέυ-
ειν τοῖς βρώμασιν. vid. & *Jo. Clim. Scala Gradu IV.*

CCLXXXIII.

EX CARNE NIHIL ORITUR BONUM.

Ex carne nil Bonum. Ita Paulus Rom. VII. 18. Gal. V. 13. Phil. I. 22. 1 Jo. II.
16. Insignes nugas egit Brasichellensis, quum Sententiam
hanc plane divinam proseripfit. Non enim locutus est
Sixtus de Substantia Carnis, quam alibi bonam agno-
scit, sed de voluntate Carnis & desideriiis pravis, ut
Cassianus de Carne Collat. IV. c. X. Concupiscentia carnis
præ-

præcipitanter fertur ad vitia, deliciis gaudet, libidine ac desideriiis delectatur.

CCLXXXIV.

TURPISSIMÆ LIBIDINIS EA QUIDEM, QUÆ
SUAVIA SUNT, CITO TRANSEUNT,
PROBRA VERO PERPETUO MANENT.

Duo sunt voluptuosus merito observanda: Primum vo-
luptatis brevitatis, unde & ὀλιγοχροτία ἡδονῆ dicitur An-
tistheni apud Stobæum pag. 165. & S. Literis, quod ἐν σιγ-
μῇ χρόνος prætereat. Alterum quod probra earundem
perpetuo maneant, nempe intra animum & conscientiam,
quæ nunquam satis illam maculam eluunt, ut non
recordatio turpitudinis restet. 1. Tim. IV. 2. Hinc συν-
είδησις κεκαυτηριασμένη. Habuere autem Philosophi Chri-
stiani peculiarem de Peccatis commissis opinionem,
quam Dorotheus Abbas exhibet Doctrina XII. Ἐμπα-
θῆς ψυχῆ πάντοτε κολάζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας κακοεξίας ἔχε-
ται αἰεὶ τὴν πικρὰν μνήμην καὶ τὴν ὑπώδυνον ἀδολεχίαν τῶν
παθῶν καίωντων αἰεὶ καταφλεγόντων αὐτήν. &c.

Libidines
fluxæ pro-
bra relin-
quunt.

CCLXXXV.

SOLENT HOMINES ABSCINDERE ALIQUA
MEMBRORUM SUORUM PRO SANITATE
RELIQUORUM, QUANTO ID PRÆSTAN-
TIUS PRO PUDICITIA FIET.

Origenes Commentario in Matheum hanc Sixti Gno-
men servavit, T. I. Edit. Huet. p. 368. Ἀνθρώπου ἰδοὺς ὅν
ὑπὲρ τὸ λοιπὸν τῆς σώματος ἔχειν ἐρῶμένον ἀποκόπτοντας
αὐτῶν καὶ ῥίπτοντας μέρη πῶσω βέλτιον ὑπὲρ τῆς σωφρονεῖν.
Atque idem Origenes addit, quosdam ex Sixti verbis
errandi ansam sumfisse, reque ipsa ferro sibi partes ge-

Ob Castita-
tem omnia
toleranda.

nitales abscidisse. Jam nolim negare, verba isthæc reipsa ad Sixtum pertinere, quippe ad cuius librum Origenes provocat; at vero illud nego, ἀπόδοσιν hujus Sententiæ a Sixto secundum literam acceptam esse. Etenim ejus verba πῶσῳ βέλτιον innuunt, ipsum multo meliorem modum, quam qui fiebat ferro, suasisse, quasi diceret: si sanitatis corporeæ tuendæ gratia, partes aliquas aut membra resêcas ferro, quanto meliore ac prudentiore modo tale quippiam excogitandum est, castitatis tuendæ gratia, quippe cuius prosternendæ insultus non in membris genitalibus tantummodo latent, sed profundiores latebras in animo habent, quæ βελτίονι τρόπῳ quam ferro resêcandæ erunt. vid. Sixti Sent. XI. & CL. pag. 422.

CCLXXXVI.

GRANDEM POENAM PUTATO, QUUM IN
DESIDERIIS OBTINUERIS.

Consequi desideria, damnatum est.

Si cupiditas sola peccati reatum habet, certo tanto major erit peccati gliscentis culpa, si ad usque ἀκμὴν votorum consecutione pervenerit. Jac. Cap. I. v. 15. Cl. Alex. Protrept. ad Gent. p. 85. πῶσῳ γὲν ἀμεινον τοῖς ἀνθρώποις τῆ τυγχάνειν τῶν ἐπιθυμιῶν, τὸ τὴν ἀρχὴν μηδὲ ἐπιθυμῆν εἶθέλειν, ὧν μὴ δεῖ. Vid. & Strom. VII. p. 857. τοῖς μοχθηροῖς τῶν ἀνθρώπων ἡ εὐχὴ βλαβερωτάτη. Ἐι γὲν καὶ ἂ φασὶν εὐτυχήματα αἰτησάμενοι λάβοιεν, βλάπτει λαβόντας αὐτὲς ἀνεπισήμονας τῆς χρήσεως αὐτῶν ὑπάρχοντας. Sceleratorum hominum desideria perniciosissima. Siquidem, etiamsi ea, quæ fausta & prospera dicunt, postquam petierint, acceperint, ipsa hæc lædunt eos, qui acceperunt, ut qui sint usus eorum nescii. Scopus Sixti hac Sententia fuit declarare, Impios, sive bona sive mala desideraverint, votorum compotes lædi, quum adeptis uti nesciant.

CC-

CCLXXXVII.

NUNQUAM ENIM *r)* COMPESCIT DESIDERIUM POSSESSIO *s)* DESIDERATORUM.

Nihil frequentius in quovis cupiditatum genere Sacri Scriptores denotarunt, quam τὴν ἀπλησίαν Prov. XXVII 22. Hiobus XIX. 22. Eccl. V. 7. cumque his alii. Quid mirum, Philosophis idem illud notum fuisse, quod ex sua quisque conscientia, aliorumque praeterea factis nosse poterant. Prov. XIII. 25. Δίκαιος ἐοδίωσιν ἐμπιπλάτῃ τὴν ψυχὴν αὐτῆς, ψυχὰς δὲ ἀσεβῶν ἐνδεδεῖς. Esth. V. 13. vid. & S. Maximus Confessor in Sermonibus, & Jo. Damascenus S. Parallel. περὶ ἀπλησίας T. II. p. 378. & S. Bern. T. I. p. 489.

*Cupiditas
Inexplebilis*

CCLXXXVIII.

NON EST SAPIENTER FACTUM, IN QUO LIBERTAS AUFERTUR.

De voluptatibus loquitur, ac Peccatis, quae animum in Servitutem redigunt. Jo. VIII. 34. I. Cor. VII. 23. Gal. V. I. Rom. VI. 22. Cum S. Scriptoribus locuti Philosophi: vid. Eusebius apud Stobaeum. Xenophon de dictis & factis Socratis, ejus ad Euthydemum Sermonem profert: Ὅστις ἀρχεται ὑπὸ τῶν τῆς σώματος ἡδονῶν, νομίζει τῆτον ἐλεύθερον εἶναι; ἠκιστα ἔφη. vid. Stob. p. 161.

*Quod captivat, aver-
sandum.*

CCLXXXIX.

LIBIDINEM NECESSARIAM TANQUAM NON NECESSARIAM DVCITO.

De appetitu & desideriiis naturalibus loquitur, quae insolenti & duro vocabulo Rufinus expressit. Sapientiae auctor τὰ ἀναγκαῖα dixit Sap. XVI. 3. Et gentium Doctor τὰ φυσικά Rom. I. 26. Clemens Alex. Paedag. II. pag. 196.

*Cupiditates
necessariae
continenda.*

Ll 3

Ὅτι

r) Par. & Lugd. *sedat.* *s)* *adeptio.*

Ὅποσα φυσικὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ, ταῦτα ἐκ ἀναγκῆς ἐξ αὐ-
τῶν δεῖ μᾶλλον δὲ μέτρον αὐτοῖς καὶ καιρὸν ἐπιτιθέσθαι πρέπον-
τα, id quod deinde exemplo usus uberius explicat. Ut
enim, licet risus sit homini naturalis, non tamen ideo
semper ridendum, ita & aliis, quæ naturalia, non sem-
per utendum. Idem adstruit *Cassianus* non *Scythia*, sed
Scetita Collat. IV. c. II. quum de Concupiscentia Spiri-
tus ageret: Hæc, inquit, ita desiderat tota Spirituali-
bus studiis inhærere, ut etiam NECESSARIOS car-
nis usus optet excludere, sic illis jugiter occupari cu-
piens, ut nullam penitus fragilitati ejus curam cupiat
impertiri. Caro Luxuriis ac libidine delectatur, Spiri-
tus ne ipsis quidem naturalibus desideriis acquiescit.
Illa concupiscit fatiari somno, repleti cibo: Hic vigiliis
& jejuniis ita saginatur, ut ne ad ipsum quidem neces-
sarium vitæ usum, somnum cibumque velit admittere.
Ille cupit exuberare copiis universis: hic ne ipsius qui-
dem exigui panis quotidianam habere substantiam con-
tentus est. Plane igitur Sixtus hic dixisse videtur, quod
Paulus I. Cor. VII. 29. ἔχοντες γυναῖκα, ὡς μὴ ἔχοντες, οἱ
χαίροντες, ὡς μὴ χαίροντες, καὶ οἱ ἀγοράζοντες, ὡς μὴ κατέχον-
τες, καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τέτρω, ὡς μὴ καταχρώμενοι,
quo eodem modo Diogenem Cynicum esse locutum, La-
ërtius in Vita ipsius testatur.

CCXC.

BONVM QUIDEM HABERE OMNES OPTANT,
OBTINENT AVTEM, QVI SEMETIPSOS
EX INTEGRO VERBO DEI MANCIPA-
RVNT.

*A Logo
omnia Bona
impetran-
tur.*

Duplex assertio, quarum prior Bonum ab omnibus
optari, altera Bonum illud ab his obtineri confirmat,
qui

qui Christo Verbo se manciparunt. Prior ab omnibus Philosophis Christianis suscipitur, statuentibus, a malis etiam voluptuosisque malum equidem, sed sub opinione & expectatione Boni expeti. Clemens Al. Str. I. p. 368. Ὁυ γὰρ αἰρεῖται τις κακὸν ἢ κακὸν τῆ δὲ περὶ αὐτῶ ἡδονῆ συναπαγόμενος, ἀγαθὸν ὑπολαβὼν, ληπτὸν ἡγεῖται. Nemo malum eligit quatenus malum, sed abductus ab ea, quæ inest in ipso, voluptate, id bonum ratus, suscipiendum existimat. Altera Bonum istud in Christo VERBO reperiri confirmat, quem Clementis more Λόγον constanter nominat. Atque de eo Scriptura docet, quod & πᾶν πλήρωμα in ipso fit, & detur: vid. Joannes Cap. X. 10. 2. Cor. IX. 8.

CCXCI.

PHILOSOPHVS ET HONESTVS SIS, NON
OBTRECTATOR.

Respexit ad Gentium Doctoris verba 1. Tim. III. 3. quo *Obtrectatio* loco vult Episcopum εἶναι ἐπιεικῆ, ἀμαχον & 1. Tim. VI. *fugienda*.

4. μὴ νοσῶντα περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας· ἐξ ὧν γίνεται φθόνος, ἔρις, βλασφημία, ὑπόνοια πονηρᾷ, παραδιατριβᾷ πονηρῶν ἀνθρώπων διεφθαρμένων καὶ ἀπεσερημένων τῆς ἀληθείας.

CCXCII.

RARA SIT OBTRACTATIO TVA, SED OPOR-
TVNA. s)

Parisinam Lectionem meliorem puto & veram, cujus *Obtrectatio* loco Textus Græcus, ἐπιτίμησιν aut ἔλεγχον fortassis ha- *rara & o-*
buit. σπανία ἢ ἐπιτίμησις ἀλλ' εὐκαιρος. Complexus est hac *portuna.*
Sententia, quicquid Clemens Pædag. L. I. Cap. VIII. & IX. magna ubertate insignique discrimine adhibito differuit. Docet nempe Objurgationem esse utilem: ἀναγκαῖον
βοή-

s) Par. & Lugd. *Objurgatio*.

βοήθημα ἢ τῶν ἀυσηροτέρων παραγγελμάτων πρόσταξις: sed eam non sine artificio exercendam: verum sicut Orationi suadenti necitur monitio, & Laudationi Virtutis, vituperatio vitii oppositi. Τὸ δὲ εἶδος τῆτο τέχνη ἐστὶ ψευτικὴ. Et iterum de Pædagogō suo παιδαγωγὸς ἄτε ἀγαθὸς ἐν τέχνῳ σφόδρα καὶ διὰ τῆς λοιδορίας ὑποδύεται τὸν ψόγον p. 137. Iterum; ἡ Ἐπίπληξις ἔχει σκοπὸν τὴν σωτηρίαν μεταρροζομένη μισικῶς τῶ λόγῳ κατὰ τὰς οἰκείας ἐκείων τρέπας. Præstat autem hoc loco addere varias objurgationum species, quas idem Clemens L. I. Pæd. C. IX. exhibet. Primum vero locum obtinet admonitio.

- 1) Νεφέτησις μὲν ἐν ἑσὶ ψόγος κηδεμονικὸς Νῶ ἐμποητικὸς.
- 2) Ἐπιτήμησις ἐστὶ ψόγος ἐπὶ αἰχροῖς πρὸς τὰ καλὰ.
- 3) Μέμψις δὲ ἐστὶ ψόγος ὡς ὀλιγωρέντων ἢ ἀμελέντων.
- 4) Ἐπίπληξις δὲ ἐστὶν ἐπιτίμησις ἐπιπληκτικὴ, ἢ ψόγος πληκτικὸς.
- 5) Ἐλεγχοσ δὲ ἐστὶν προφορὰ, ἀμαρτίαν εἰς τὸ μέσον φέρουσα.
- 6) Φρένωσις δὲ ἐστὶ ψόγος φρενῶν ἐμποητικὸς.
- 7) Λοιδορία δὲ ἐστὶ λόγος ἐπιτεταμένος
- 8) Ἐπισκοπὴ δὲ ἐστὶν ἐπίπληξις σφόδρα.
- 9) Μεμψιμοιρία δὲ ἐστὶ λάθριος ψόγος τεχνικῆ βοιθεία.
- 10) Διάσυρσις δὲ ἐστὶ ψόγος Διασυρτικὸς.
- 11) Κατανεμέσησις δὲ ἐστὶν ἐπιτίμησις νόμιμος.

Possunt ista, etsi multiplicata videantur, suum habere usum in occurso earum vocum, quas Scriptores S. antiqui novique Fœderis in increpationibus suis adhibuerunt.

CCXCII.

NIMIVS RISVS EST INDICIVM ANIMÆ t)
NEGLIGENTIS.

Syra-

t) Parif. Animi. Sequens etiam Sent. huic jungitur.

Syracidis verba audio Cap. XXI. 20. Μωρός ἐν γέλωτι *Risus Nimi-*
 ἀνυψοῖ φωνὴν αὐτῆ· ἀνήρ δὲ πανῆργος μόγις ἡσυχῆ μειδιάσει. *us.*
 Clemens Alexandrinus L. II. Pædag. toto Cap. V. leges
 risum coërcentes exposuit, ad cujus lectionem cupidos
 harum rerum dimittimus. Plato τὸν φιλογέλωτα carpsit.
 vid. Stobæus Serm. V. p. 73. γέλωσ μὴ πολὺς ἔσω, μήδ' ἐπὶ
 πολλοῖς. Dio in Oeconomico: γέλωσ συνεχῆς καὶ μέγας
 θυμῆ κακίων, ἀκμάζων μάλιτα ἐν ἐταίροις. Stob. Serm. 82.
 vid. & S. Maxim. T. II. Cap. LXIV. p. 677. Erudite de
 gravitate veterum in Risu coërcendo disseruit *Franc.*
Vavassorius Libro de Ludicra Dictione Sect. IV. & V.
 v. Opera p. 52. & seqq. Sanctos, inquit, Patres vi-
 demus tristes morum Censores. Ibi ubi sacrorum veritas cum
 æterna salute cujusque ageretur, quid esse potuit, nisi grave
 & continens & austerum, aut quis relictus locus inanibus
 cavillis & jocationi? Ignatius, Justinus, Ireneus, Tertul-
 lianus, Cyprianus, Clemens Alexandrinus, ceterique ΔΓΕ-
 ΛΑΣΤΟΙ, quibus incredibilem quandam non tam natura
 ipsa quam Iesu Christi disciplina tribuit gravitatem.

CCXCIV.

NON ERGO TIBI IPSE INDULGEAS u) DIF-
 FUNDI, TAM SUBVIDERE, QUAM RE-
 SOLVI.

Apud Syracidem Cap. XXI. v. 20. Bene distinguit Sixtus *Risus coër-*
 inter risum decentem & indecentem, moderatum & effu- *cendus.*
 sum. Sic enim a Clemente didicerat, ubi risum distin-
 guit in eum. 1) Qui honestis viris non insolens, κόσμιος
 ἀνεσις, & remissio & μειδίαμα dicitur, & 2) Κιχλισ-
 μόν, qui in mulieribus cachinni vocabulo exprimitur.
 Confusa tamen nobis videntur Clementis verba, nec
 M m per

u) Lugd. nego tantum ut risu diffluas.

per interpunctiones hæcenus satis composita, aut a doctissimo *Pottero* satis in ordinem redacta. vid. Chrysoft. T. VI. N. Test. p. 495. oratione ὅτι μὴ δεῖ τὸν Ἀσκητὴν εὐτραπελίζειν. & *Isidorus Pelusiota* sæpissime in id vitium invecus. Nuperrime *Josephus Trappe Anglicus* in *Praelectionibus Poëticis* p. 326. de risu ingeniose & docte disseruit.

CCXCV.

CASTORUM VITA SIT TIBI ADHONESTATIS EXEMPLUM.

Casti ad Exemplum sumendi.

Adhonestatis vocabulum dividendum puto: ut sensus sit, vita castorum Tibi sit, & cedat ad exemplum Honestatis. Vix enim puto, vocem illam in Compositione reperiri: ceterum nulla frequentior in sacris literis adhortatio, quam ut ad παράδειγμα piorum sapiamus. Syr. II. II. Jo. XIII. 15. Philip. III. 17. 1. Thessal. I. 7. seq. Possunt huc accommodari, quæ *Quintilianus* de Romanis L. XII. c. 2. Quæ sunt tradita antiquitus Dicta & Facta, spectare & nosse, & animo semper agitare convenit, quæ profecto nusquam plura quam in Civitatis nostræ monumentis reperiuntur. An Fortitudinem, Fidem, Justitiam, Continentiam, Frugalitatem, Contemptum doloris ac mortis melius alii docebunt, quam *Fabricii*, *Curii*, *Decii*, *Reguli*, *Manlius*, alique innumerabiles. Quantum *Græci* Præceptis valent, tantum *Romani*, quod est majus Exemplis. Præivit *Sixtus Clemens Alex. Strom. I. p. 318.* Ἐπεσθαι ἐτέροις τοῖς δοκιμαθεῖσιν, καὶ κατωρθώσιν ἄριστον πρὸς τε τῆς ἀληθείας τὴν νόησιν καὶ τὴν κατὰ πρᾶξιν τῶν ἐντολῶν.

CC-

CCXCVI.

OPTIMUM QUIDEM EST NON PECCARE,
PECCANTEM VERO AGNOSCERE QUAM
IGNORARE MELIUS EST.

Suspicio nascitur mendum quoddam esse, & peccatum
substitui debere. Iterum nobis Clementem expressisse
videtur. Pædag. l. I. p. 146. Καλὸν μὲν γὰρ τὸ μὴ αἰμαρτεῖν,
ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸν αἰμαρτάνοντα μετανοεῖν ὡσπερ ἄριστον τὸ
ὕγιαίνειν αἰεὶ, καλὸν δὲ καὶ τὸ ἀνασφῆλαι τῆς νόσθ. *Pulchrum
enim quidem certe est non peccare, bonum est etiam, ut
qui peccat, ducatur pœnitentia: quemadmodum optimum
quidem est semper esse sanum: bonum autem est etiam a
morbo convalescere.* *A Peccato
cito redeun-
dum.*

CCCXVII.

JACTANS NON EST PHILOSOPHUS.

Ὁ γαυριῶν ἀλαζῶν ἐκ ἔστιν φιλόσοφος. Paulus ad Rom. I. 12. *Jactantia
φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν. Job. XI. 12. ἄνθρωπος
ἀλλως νήχεται λόγοις. Quo pertinent, quæ de δοκησισοφίᾳ
dicuntur. Gal. VI. 3. εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναι τι, μηδὲν ὦν, ἑαυ-
τὸν φρεναπατᾷ. Clemens Alex. Strom. lib. I. p. 318. σκο-
πεῖσθαι ἀκόλυστον, ἄρα τῶν τὴν ὠφέλειαν τῶν πλησίον ἐπανηρη-
μένων, εἰ μὴ θρασέως καὶ τισιν ἀντιζηλέμενος, ἐπεπήδησεν τῇ δι-
δασκαλίᾳ: εἰ μὴ φιλόδοξος ἢ κοινωνία τῶν λόγων: εἰ τῶτον μόνον
καρπῆται τὸν μισθὸν, τὴν σωτηρίαν τῶν ἐπαϊόντων, τότε μὴ πρὸς
χάριν ὁμιλεῖν. Consequens est, ut qui ut proximis proffit,
curam suscipit, consideret, num quid audacter ac temere
aliqua æmulatione ad docendum profiluerit, num gloriam
ex eo aucupetur, quod doctrinam suam communicat: num
hanc solam respiciat mercedem, eorum, qui audiunt, salu-
tem, & quod nihil ad gratiam loquatur.* *fugienda.*

Mm 2

CC-

CCXCVIII.

MAGNAM SCITO ESSE SAPIENTIAM, PER
QUAM FERRE POTES INERUDITO-
RUM INSIPIENTIAM.

*Inspientes
tolerandi.*

Gentium Doctor 2. Cor. XI. 19. ἡδέως ἀνέχεσθε τῶν ἀφρό-
νων, φρόνιμοι ὄντες. *Libenter suffertis insipientes, cum sitis
ipsi sapientes.*

CCXCIX.

TURPE DUCITO PROPRIO ORE LAUDARI.

*Propria
laus fugien-
da.*

Prov. XXVII. 2. ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα,
ἀλλότριος καὶ μὴ τὰ σὰ χεῖλη. Vid. & quæ Paulus habet
II. Cor. III. 1. V. 12. II. Cor. X. 12. 18. ἃ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνι-
σῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίσησιν. Nec mi-
rum Philosophos de eodem vitio convictos fuisse, ut in
proverbium propriæ laudis insania abierit. Exemplum
hujus stultitiæ dedit *Astydamas*, quod extat apud *Zeno-*
dotum, vid. *Erasinus* Adag. p. 554.

Ἐἶθ' ἐγὼ ἐν κείνοις γενόμην, ἢ κείνοι ἀμ' ἡμῖν

Οἱ γλώσσης τερπνῆς πρῶτα δοκῶσι φέρεσθαι.

Ὡς ἐπ' ἀληθείης ἐκρίθην ἀφειδὲς παρὰ μίλλος

Νῦν δὲ χρόνω παρέχουσ' ὅτις φθόνος ἔχ' ἔπειτα.

Vertit doctissimus *Goclenius* ita:

Vixissent utinam mecum illi, aut inter ego illos.

Quos penes est linguæ suaviloquentis honos

Premia prima equidem citra certamen haberem

Nunc adimunt in quos nil habet invidia.

Quatenus autem aliquando propria laude uti liceat, id
non ignobilis inter nostros *Hector Godofr. Masius*, &
inter Anglos *Richardus Baxter* Lib. de Abnegatione egre-
gie ostenderunt. Prudenter *Themistius* de propria laude
philosophatus est: Quum enim duplex mendacii genus
esse

esse diceret, unum quo minora de se, alterum quo plura & veritate majora dicuntur: hoc postremum ad propriam laudem retulit, libro de *Mediocritate*, unde & ἀλαζονείαν appellavit. Βαρὺ δὲ καὶ ἐπαυχθεὶς καὶ εὐδὲν ἔτως ἀκροσμοῦ φορτικὸν ὡς ὁ καὶ αὐτῆς ἔπαινος. Βάρος τι καὶ τόδ' ἔστιν ἀνείσθασι λίαν. *Euripides in Oreste. Stobæus Serm. XII. p. 141.*

CCC.

SAPIENTIUM ANIMÆ INSATIABILES IN AMORE DEI.

Apud *Mathæum* ipsius Servatoris oraculo beati censentur, qui esuriunt & sitiunt justitiam. *Math. V. 6.* Confirmatur autem exemplo *Davidis Ps. XLII. 3. LXIII. 2.* Hæc enim insatiabilitas nec denegationem nec defectum boni significat, sed tantam Boni impertiti suavitatem dulcedinemque, quæ ad perpetuam sui fruitionem hominem trahit. *Es. LX. 16. LXVI. 11.* Estque nil aliud, nisi perennis & indissolubilis ad Deum adhæsiō *Ps. LXII. 8.* ἐκολληθή η̄ ψυχὴ μὲ ὀπίσω σου, ἐμὲ ἀντελάβετο ἡ δεξιὰ σου. *I. Cor. VI. 17.* Quid igitur hic Philosophici? nisi eum Philosophum intelligas, qui ad solas verosque Gnosticos pertinet.

Amans Deum insatiabilis.

CCCI.

EXORDIUM IN AGENDO A DEO SUME, QUÆ AGIS.

Quo magis hæc Sententia communi Philosophorum suffragio recepta est, eo magis divina, quandoquidem veritas illa ita omnes convicit, ut non nisi a Deo tradita queat existimari. *Augustinus* breviter, sed non sine pondere dixit: *Sibi fieri atque esse Principium, perversa celsitudo est.* *Tom. VII. Antwerp.*

Omnia incipias cum Deo.

Mm 3

CCCII.

CCCII.

ORE AUTEM PRIUS DEUM HABETO, ET
MENTE QUAM RESPIRES.

Nil agas sine Deo. Davidem expressit Ps. LXII. 6. Ἐμνημόνευόν σε ἐπὶ τῆς
ξρωμνῆς μὲ, ἐν τοῖς ὄρθροις ἐμελέτων εἰς σε. *Clemens Alex.*
p. 273. Ἔτως μόνον ἀπλῶς τις διαμένει, εἰ πάντοτε αὐτῷ συμ-
παρεῖναι νομίζει τὸν Θεόν. *Hac solum ratione fit, ut quis
nunquam labatur, si Deum sibi ipsi semper adesse existimat.*
*Ipsa Sixti verba servavit S. Maximus Confessor: συνεχέ-
σερον νόει τὸν Θεὸν ἢ ἀνάπνει.*

CCCIII.

EA, QUÆ OPORTET DISCERE ET ITA FA-
CERE, NON CONERIS FACERE, ANTE-
QUAM DISCAS.

*Discas ante-
quam opere-
ris.* Sententia manifesto ex Scriptura S. deprompta fuit; ad-
dit vero rationem *Clemens Alex. Strom. lib. I. p. 336.* ἔ-
γὰρ φύσει μαθήσει τε οἱ καλοὶ καὶ γαθοὶ γίνονται, καὶ θόπερ
ιατροὶ καὶ κυβερνήται; & paulo post: ἐκ τῆς ἐντολῆς ἀναζω-
πυρεῖσθαι τὸ τῆς δημιουργίας ἀγαθόν. νοητέον μαθήσει παιδευ-
θείσης τῆς ψυχῆς ἐθέλειν ἀρεῖσθαι τὸ κάλλιστον· τὰ μὲν γὰρ
εὐλεγόμενα προσίεσθαι, τὰ δὲ ἀλλότρια μὴ προσίεσθαι, ἔχ-
ἀπλῶς ἢ πίσις, ἀλλ' ἢ περὶ τὴν μάθησιν πίσις ἐμποιεῖ. *Non
natura, sed doctrina viri boni & honesti fiunt, quemadmo-
dum Medici & gubernatores. Bonum enim vi præcepti sus-
citari intelligendum est, quum ex doctrina didicerit anima
velle quod optimum est, eligere. Quæ enim bene dicuntur
admittere, aliena autem non admittere, non simplex fides,
sed ea demum quæ cum doctrina junctæ est, efficit.*

CCCIV.

CARNEM NOLI AMARE.

Vid. Sent. CCCLXXIX.

CCC-

CCCV.

ANIMAM BONAM POST DEUM DILIGE.

Per animam bonam vel absolute indicavit quoscunque *Anima bona*
doctrinae divinae amatores, ut *Clemens Alex. Strom. diligenda.*
p. 423. qui tales *διανοίας ἀγαθῆς* praeditos, & *εὐγνώμονας*
p. 426. dixit: vel Philosophos Christianos, id est Doctores,
ubi ait: *ψυχὰς ἀγαθὰς ὑπολιπέσας τὸν ὑπερθεόνιον*
τόπον ὑπομῆναι ἐλθεῖν εἰς τὸν τέταρτον καὶ σῶμα ἀναλαβέ-
σας. Vid. *Clemens* p. 355. 423. 629.

CCCVI.

DOMESTICORUM INDIGNATIONES FERRE SAPIENTIS EST.

Paulus ad Eph. VI. 9. Col. IV. I. Siracides C. IV. 20. *μη* *Domestico-*
ἴδι ὡς λέων ἐν τῷ οἴκῳ σου, καὶ φαντασιοκοπῶν ἐν τοῖς οἰκέταις *rum errores*
σου. Τὸ φαντασιοκοπεῖν *Eustathius* interpretari conatus est *ferendi.*
in historia *Tantali* apud *Homerum*, dicens; φαντασικό-
πος ἐστὶν ἐλπίσι κεναῖς, ἐφ' αἷς ἔχρη, βοσκόμενος, quem se-
quuntur *Budæus* & *Stephanus*. Nobis vero Praeful *The-*
salonicensis vocem exhaustisse non videtur, quum poti-
us ea indicet, homines inquietos, turbulentos, suspi-
cionibus agitados, atque ex diffidentia non nisi poenas &
verbera minitantes, quos *Apostolus Petrus* I. Ep. II. 18.
σκολιῆς dixit, & *Mathæus* *σκληρῆς* C. XXV. 24. *Comici se-*
vos, acres, vehementes, in coercendis delictis immodicos, immi-
tes, implacabiles, & *Terentius* *tristes & truculentos,* in
Adelphis. *Clemens Alex.* οἰκέταις μὲν χρηστέον ὡς ἑαυτοῖς.
Vid. *Stobæus* Serm. IX. Pulcherrime *Antoninus Impera-*
tor dicit, se τὸ πατρονομεῖν didicisse, id est, ut erga ser-
vulos se tanquam Patrem exhiberet. Vid. lib. I. §. IX. quam
Im-

Imperatoris vocem ineptissime *Xylander* interpretatus, quasi ad Patrias leges familiam rexisset, quum potius amor paternus denotetur.

Λαῶν οἷσιν ἀνάσσει πατὴρ δ' ὡς ἡπίος ἦεν.

His, quos rexit, mitis erat populis, patris instar.

CCCVII.

SAPIENTVM DIVITIÆ CONTINENTIA.

*Continentia
Sapientis
Thesaurus.*

Rectissime continentiam inter Sapientis divitias retulit, quippe quæ inter τὰς καρπὸς τῆς πνεύματος refertur Gal. V. 22. Eph. V. 8. & apud Petrum inter τὰ ὑπάρχοντα, quæ veluti pretiosa spolia in triumphali pompa ostentari possunt. Non nego, Philosophos easdem continentia laudes tribuisse, unde inter *Pythagoræ* Oracula refertur: Ῥώμην μεγίστην καὶ πλεῖστον τὴν ἐγκράτειαν κτῆσαι. *Xenophon* eandem ἀρετῆς κρηπίδα dixit, & ἀρχὴν καὶ ὑποβολὴν τῆς σωφρονεῖν, quippe quæ sola vitam ἀσασίαςον, εὐδίων, καὶ εἰρηνοῦσι conciliet.

CCCVIII.

SI QUID PROPRIUM ALII TRADIDERIS,
ET IPSE NON HABEBIS, NON IUDICES
BONVM.

*Quod cum
Amissione
alii tradi-
tur, bonum
non est.*

Obscuriora verba ita illustranda existimo: Non iudices id verum esse bonum, quod alteri, dum communicatur, tuum non manet. Eaque propter nullius rei te iacturam fecisse putes, quum omne quod auferri potest, verum bonum non sit. Ista autem Interpretatio fluit, e frequenti Sapientum antiquorum doctrina de vero Bono, quod inter humana & divina Bona distinxerunt. *Clemens Alex.* qui omnem morum doctrinam majoribus solennem exposuit, bene in hunc locum ait: ἀγαθὰ ὄντως, ἀ ἕτερος ἔσ
ἡκ8-

ἤκιστον, ἔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνέβη ποτὲ περὶ τὸν ὄντως ὄντα βασι-
λέα τὰ ὄντως ὄντα, ἀγαθὰ ὄντα καὶ ἀναμένοντα ἡμᾶς. Πα-
dag. lib. III. p. 303. 304.

CCCIX.

NIHIL BONVM, QVOD NON POTEST ESSE
COMMVNE. x)

Parifina lectio nobis inepta videtur, ostenditque quan- *Nihil bonum*
tum alibi in Sententiis Sixtinis mutatum fit. Neque *quod non*
enim hac Sententia de communione bonorum ἀνθρώπι- *commune.*
νων locutus est, sed de bonis cœlestibus; reddiditque adeo
rationem Sententiæ antecedentis. Bona autem terrena
alteri ea cedendo communia esse desinunt, & in propri-
etatem transeunt; quum bona cœlestia & omnibus
communia, & uniuscujusque propria sint reputanda,
eaque propter veri boni nomine mactanda.

CCCX.

NON DICAS ALIQVOD ALIO PECCATO
LEVIVS.

Nugantur, qui Sixtum peccatorum discrimen sustulisse *Peccatum*
putant: quod ut nunquam ipsi in mentem venit, ita *quodvis non*
nunquam id asseruit; ut potius, quando diversos pec- *parvi faci-*
catorum fructus sive eventus describit, idoneum satis *endum.*
sui Interpretem agat. Aliquando enim peccatum vel
opprobrii tantum, aliquando blasphemix nomine desi-
gnat. Quum itaque non vult, aliquod peccatum alio le-
vius dici, hoc tantum cupit, e peccatorum differentia pro-
clivitatem peccandi introducendam non esse, siquidem
ex tenui progressu ad ingens præcipitium abiri soleat.
Debet propterea hic conferri Sententia, qua etiam mi-
nima cavenda suavit, num. VIII. Huic vero similis est

N n

Sen-

x) Parif. *justa communio servanda.*

Sententia, quam apud *Marcum Antoninum Gatakerus* lib. III. reperit: πᾶν καὶ τὸ μικρότατον σὺν τῇ ἐπὶ τὰ θεῖα ἀναφορᾷ πρακτέον. Ad quæ *Gatakerus*: Monitum hoc auro, non aurichalco contrahabendum, ut in minimis etiam levissimisque summa providentia adhibeatur. Sed quid Antoninum cito? quum is, qui proprio cognomento Theologus habitus dictusque fuit, eandem Sententiam suam fecerit Tom. II. Carm. III. p. 60. num. 272.

Μὴ μικρὸν ἐν κακίῃ θεῖς ποτὲ μηδὲ τὸ μικρὸν
Τυτθοῖς ἀντιόωσα, χερείσιν ἔ ποτε κύρσοις.

Nec vero in vitiis quicquam parvique levisque Ponderis esse putes. Qui parvis obvius ibit, Is nunquam præceps scelera in graviora feretur.

CCCXI.

SICUT IN BONIS ACTIBVS LAVDARI VIS,
ITA IN DELICTIS PATIENTER ACCIPE,
SI CVLPERIS.

Correctio in delictis ferenda.

Totus in hac Sententia defendenda quum Princeps Sapientiæ communicatæ Salomon occupetur, non opus est, ut aliquid addatur Prov. X. 17. παιδεία ἀνεξέλεγκτος πλανᾷται. Prov. XV. ἄφρων μυκτηρίζει παιδείαν. Iterum: ὁ τηρῶν ἐλέγχους, ἀγαπᾷ ψυχὴν αὐτῆς. Πληγαὶ καὶ ἔλεγχοι δίδωσι σοφίαν. Addatur monitum *Euripidis*: φίλους δὲ τῆς μὲν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις κέκτησο. *Stobæus* Serm. XIV. p. 149. χαῖρε τοῖς ἐλέγχουσι μάλλον ἢ τοῖς κολακέουσιν.

CCCXII.

QVORVM LAVDES CONTEMNIS, NEQVE
DEROGATIONES MAGNI PENDAS.

Vituperium indignorum flocci facias.

Gentium Doctor. I. Cor. IV. 3. ἐμοὶ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ἡμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρώπινης ἡμέρας. Non decet equi-

equidem famæ prodigium esse, nec tamen decet, laudes imprudentium captare, quæ veræ non sunt, sed ad adulationem vergunt. Ex adverso nec vituperium illorum nocet, qui verum virtutis & vitii discrimen nesciunt. *Clemens Alex. de Gnostico Strom. VII. p. 838. ἔτε μέμψεως ἔτε κακοδοξίας τῆς ἐκ τῶν πολλῶν ἀντιλαμβάνεται ὁ Γνωστικός. οὔτε δόξαις ἔτε κολακείαις ὑποβέβληται. Nec reprehensione, nec vulgi mala fama afficitur Gnosticus, neque opinionibus subjicitur, neque assentationibus.*

CCCXII.

THESAVRVM QUIDEM DEFODERE INHV-
MANVM EST. INVENTVM AVFERRE
NON EST PHILOSOPHI.

Opes non frustra aut sine benigna dispensatione possidendæ. Pars prima confirmatur a Siracide XX. 30. σοφία κεκρυμμένη καὶ θησαυρὸς ἀφανὴς, τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις; Sir. XXIX. 10. ἀπόλεσον ἀργύριον δι' ἀδελφὸν καὶ φίλον, καὶ μὴ ἰωθήτω ὑπὸ τὸν λίθον εἰς ἀπώλειαν. Θὲς τὸν θησαυρόν σε κατ' ἐντολαίς ὑψίστου, καὶ λυσitteλήσει σοι μάλλον ἢ τὸ χρυσίον. Vid. & Mat. XXV. 18. 24. &c. Altera Sententiæ pars agit de opibus non partis, sed acquirendis, in qua re tantam ἀυτάρκειαν commendat, ut ne thesaurum quidem sponte se offerentem, sapiens auferre debeat. Duplex nempe inventori periculum cavendum erat: alterum ex inquietudine quæstionis vel fiscalis calumniæ, vid. lex *Constantini M.* anno 315. Cod. Theodos. Tom. III. p. 284. quæ tamen sub *Theodosio* sublata anno 390. alterum ex semetipso, quum raro opes inventæ modeste habeantur. Suadet igitur *Sixtus*, ab opibus etiam sponte inventis abstinendum. Obedientiæ exemplum dedit *Antonius M.* cujus vita ad *Athanasium* referri solet:

*Thesaurus
nec defodi-
endus nec
quaerendus.*

ἀληθινὸν χρυσίον ἐρρυθμένον ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐώρακεν ἀπερχόμενος, εἴτε τὸ ἐχθρὸν δείξαντος εἴτε τινὸς κρείττονος δυνάμεως γυμναζέσης τὸν ἀθλητὴν καὶ δεικνύσης τῷ διαβόλῳ, ὅτι μηδὲ τῶν ἀληθῶς φροντίζει χρημάτων· ἔτω αὐτὸς ἀπήγγειλεν, ἕτε ἡμεῖς ἔγνωμεν πλὴν ὅτι χρυσίον ἦν ὁ φαινόμενος. Mox addit Auctor *Antonium* hanc *Theauri* copiam admiratum, tanquam super flammam transfiliisse. τὸ μὲν πλῆθος ἐθαύμασεν ὡς δὲ πῦρ ὑπερβάς, ἔτως αὐτὸς παρεῆλθε ὡς μηδὲν στραφῆναι. Nos veritatem Historicam Critice non examinamus, certe inter phantasmata abituram; hoc tantum inde colligimus, spontaneam opum profligationem jam tum perfectioribus Christianis inculcatam esse.

CCCXIV.

QUANTVM AVTEM γ) LABORAS z) PRO CORPORE, SI TANTVM LABORAS PRO ANIMA, SAPIENS ERIS.

Anima tanta cura, quanta corpori impendenda.

Paulum ante oculos habuit Rom. VI. 19. ὡςπερ παρασησατε τὰ μέλη ὑμῶν δεῖλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν· ἔτω νῦν παρασησατε τὰ μέλη ὑμῶν δεῖλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἀγιασμόν. & *Clementem Alex.* τῆς μὲν τῶ σώματος ὑγιείας ἕνεκα καὶ τομᾶς καὶ καύσεις καὶ φαρμακοποσίας ὑφιστάμεθα· τῆς δὲ ψυχῆς ἕνεκα ἔχ ὁμοίως ὑποσησόμεθα. *Strom. lib. I. p. 422.* Addatur *Matt. XVI. 26.* Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, εἰὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ· τὴν δὲ ψυχὴν αὐτὸς ζημιωθῆ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτῆ;

CCCXV.

SAPIENS NON EST, QUI NOCET.

Sapiens non nocet.

A Salomone multoties confirmatur, qui quum κακὰς ἀνδρας appellet, τὰς ψεύδη μελετῶντας καὶ πόνους λαλῶντας, quomodo illis sapientiam adscripserit? vid. *Prov. XXIV. 1.*

Hinc

γ) *Parif. autem* deest. z) *labores.*

Hinc amici Dei ut innocentes describuntur Ps. XV. 3.

Clemens Alex. Γνωστικός μισοπονηρότατος τελείαν έχει ἀπο-
 στροφὴν κακότητος πάσης. Strom. p. 839. & 883. Sapien-
 tem describit ut ἀμνησικακόν, de quo porro ait: εἰ καὶ
 ἰχθῆς τὸς παραζηλῶντας κέκτησθαι δοκεῖ, ἀλλ' ἐκ γε διεχθρεύ-
 εταί τινι.

CCCXVI.

AD OMNIA, QUÆ AGIS, DEUM INVOCA
 TESTEM.

Pulcherrimum exemplum Davides dedit in precibus,
 omni probitatis Cultori commendandis, & Paulus, qui
 frequenter ad illud Dei testimonium in actibus suis pro-
 vocavit. 2. Cor. I. Hic igitur inspector & agonotheta
 & censor veluti advocandus est, ut ejus divina præsen-
 tia ab omni perversitate hominem coërceat. *Clemens*
Alex. p. 273. ἔτως μόνον ἀπτῶς τις διαμένει, εἰ πάντοτε αὐ-
 τῷ συμπαρεῖναι νομίζοι τὸν Θεόν. *Hac solum ratione fit, ut*
quis nunquam labatur, si Deum sibi ipsi semper adesse existi-
mat. Tob. IV. 5. Pertinent huc omnia dicta, quæ sub
 Oculorum Symbolo præsentiam Numinis inculcant.

*Deus omni-
 um facto-
 rum testis.*

CCCXVII.

DEUS BONOS ACTUS HOMINUM CONFIR-
 MAT.

Hocine Paulinum potius & Apostolicum, quam Pela-
 gianum? Phil. I. 6. Phil. II. 13. 1. Pet. V. 10. Ef. XL. 31.
 Debet vero conjungi cum Sent. CCCI. ex qua con-
 stat, totum hominis restituendi ad Sanctitatem negoti-
 um, tantum divinæ gratiæ operationi adscriptum esse.

*Deus Bonos
 Actus con-
 firmat.*

CCCXVIII.

MALORUM ACTUUM MALUS DÆMON
 DUX EST.

№ 3

Nihil

*Dæmon acti-
onum mala-
rum Auctor.*

Nihil Scripturæ Sacræ convenientius Math. XIX. 13. Joh. VIII. 44. XIII. 2. Act. XIII. 10. I. Jo. III. 8. Ut ante dixerat Sixtus, in anima bona Deum agere choros, sic in anima prava diabolum idem actitare statuit. Attamen ne hominem cogi ad prava dixisse crederetur, ἀρχὴν tantummodo pravorum actuum dæmoni adscribit. *Clemens Strom. VII. p. 871. εἰ γὰρ εἰ δὲ ἀφροσύνην τι συνίσταται καὶ διαβολῆς ἐνέργειαν, μᾶλλον δὲ συνέργειαν, τῆς εὐθέως διάβολος ἢ ἀφροσύνη.* Non enim si quid ex imprudentia & diaboli operatione vel potius cooperatione consistit, hoc protinus imprudentia erat aut diabolus. & Strom. IV. p. 601. ubi licet tentationem, ejusque causas referat, impium tamen censet eum, qui ideo diabolum Deum dicere velit: πῶς ἐν ἁθέως θειάζων τὸν διάβολον. Non satis mihi se explicasse visus est *Clemens* de diabolo, sed *Platonis* opinionem amplexus, qui diabolum nil aliud esse dixit, quam κακίεργον ψυχὴν. Strom. p. 701. 702. Cæterum etsi fateatur id a dæmone agi, & a diabolo φαυλὴν διάθεσιν veluti generari, non tamen illum ἀνίκητον statuit, κυβερνᾶται γὰρ ἀπὸ τῆς κατὰ φύσιν προνοίας. Vid. Sent. LX. CIV. CXV.

CCCXIX.

NON POTERIT SAPIENS COMPELLI FACERE, QUOD NON VIDET, SICUT NEC DEUS. a)

*Sapiens nil
improvidè
agit.*

Etsi diabolus ad φαυλὴν διάθεσιν hominem urgeat, attamen Sapientem vi impellere, & ad patrandum facinus cogere non potest. Ratio quod compelli nequeat, in videndi vocabulo expressa est. Sapiens enim nihil sine θεωρίᾳ facit, nihil ἀθεώρητον patrat, cujus non exploraverit

a) Deest in Lugd. Paris. & Gal.

verit causas & finem, ex qua contemplatione prudens illa sui œconomia fuit. Ita vero *Clemens Strom. VII. p. 877.* Γνωσικὸς ἔμμονον τὴν τῶν Θεωρητῶν ἐπισημὴν κέκτηται. Unde nulla ejus fit actio sine γνώσει. Πάντα ποιεῖ δὲ ὧν λαβεῖν δύναται γνῶσιν. p. 867. Omne desiderium ejus in hac inquisitione veri illigatur, & ἄξιος τῆς θεωρίας γίνεται. Εὖ γὰρ εἶδεν τὰ ποιητέα καὶ μὴ, ἐγνωκὸς κατὰ Κράτος τότε τῶ ὄντι δευῶ καὶ τὰ μὴ, ἐπισημόνως ὑφίσταται ἃ δεῖ, καὶ προσήκειν αὐτῷ ὁ λόγος ὑπαγορεύει, διαμένων ἐπισημόνως τῶ ὄντι τὰ θαρραλέα τετέσι τὰ ἀγαθὰ ὑπὸ τῶν φαινομένων Vid. idem. p. 883. & p. 877. ἐπισημονικῶς θεωρήματος κατὰλήψιν ἔλαβε.

CCCXX.

SAPIENS VIR DEUM HOMINIBUS COMMENDAT.

Ipsam hanc Gnomem praxis piorum satis confirmat, maxime Davidis, qui de Numinis bonitate ad alios eo magis dixit, quo magis ipse eam persenserat Ps. LI. 22. 23. XXII. 33; conjungi tamen potest cum antecedente Sententia: qua cum dixisset, Sapientis esse nil facere sine θεωρίᾳ, ita hac præsentī docet id Sapientis esse, ut alios quoque de Summo Bono instruat. Sic *Clemens Alex. Strom. VII. p. 830.* Τρία ἐστὶ τῆς γνωσικῆς δυνάμεως ἀποτελέσματα, τὸ γινώσκεν τὰ πράγματα δεύτερον τὸ ἐπιλέγειν ὅτι ἂν ὁ λόγος ὑπαγορεύῃ καὶ τρίτον τὸ παραδιδόναι δύνασθαι θεοπρεπῶς τὰ παρὰ τῆ ἀληθείᾳ ἐπικερυμμένα. *Tria sunt effecta Gnosticæ potestatis: primo res nosse: secundo, id efficere, quodcunque Logos dicaverit: tertio, ea quæ occulta sunt apud veritatem, prout Deo dignum est, tradere posse.* Atque id porro explicat p. 836. γνωσικὸς ἑαυτὸν κτίζει καὶ δημιουργεῖ πρὸς δὲ ἑαυτῷ ἐπιόντως κοσμεῖ, & iterum

Sapiens Deum homini commendat.

runi

rum p. 837. πρῶτον ἑαυτῷ ἐπιμελούμενος, ἔπειτα τῶν πλησίων ἢ ὡς ἄριστοι γενώμεθα.

CCCXXI.

DEUS INTER OPERA SUA OMNIA PLUS
SUPER SAPIENTEM GLORIATUR.

*Deus Sapi-
entem ma-
xime diligit.*

Huc referenda sunt omnia illa, quæ ad dignitatem Gnostici evehendam attulit *Clemens Alex.* p. 837. ἀγαλμα θεῖον καὶ Θεῷ προσεμφερὲς ἀνθρώπου δικαίη ψυχὴ, ἐν ἣ διατῆς τῶν παραγγελμάτων ὑπακοῆς τεμενίζεται, καὶ ἐνιδρύεται ὁ πάντων ἡγεμὼν θνητῶν καὶ ἀθανάτων βασιλεὺς. ἔτος ὁ τῶ ὄντι μονογενὴς ὁ τῆς τῆ παμβασιλείως πατρὸς δόξης χαρακτηρ ἑναποσφραγιζόμενος τῷ γνωσικῷ τὴν τελείαν θεωρίαν κατ' εἰκόνα τὴν ἑαυτῷ, ὡς εἶναι τρίτην αὐτῷ τὴν θεϊαν εἰκόνα. *Imago valde divina & Deo similis est Viri justī anima, in qua per præceptorum obedientiam ædificatur, & collocatur dux mortalium & immortalium omnium. Hic est revera unigenitus & omnipotentis Patris gloriæ figura, quæ Gnostico imprimat perfectam contemplationem ad sui imaginem, ut sit jam tertia divina imago; & iterum: ὁ Θεὸς πολὺ πλέον ἀγαπήσει τῶν ἄλλων τὸν ἀνθρώπον τὸ κάλλιον τῶν ὑπ' αὐτῷ.*

CCCXXII.

NIHIL TALE POST DEUM VERUM SICUT
SAPIENS.

*Nil majus
Sapiente a-
pud Deum.*

Et hæc ut omnia fere ex *Clemente Alex.* depromsit *Strom.* VII. p. 831. Κρατίστον μὲν ἐν γῆ ἄνθρωπος ὁ θεοσεβέστατος· κρατίστον δὲ ἐν ἔρανῳ ἄγγελος, τὸ πλησιαιότερον κατὰ τόπον, καὶ ἤδη καθαρώτερον τῆς αἰωνίης ζωῆς μεταλλαγάνων τελειωτάτη δὴ καὶ ἀγιωτάτη καὶ βασιλικωτάτη καὶ εὐεργετικωτάτη ἢ υἱὸς φύσις ἢ τῷ μόνῳ παντοκράτορι προσεχεσάτη. *In terra res præstantissima homo est, qui est maxima in Deum pietate.*

In

In cælo autem res est præstantissima Angelus, qui loco propius & purius est æternæ vitæ particeps. Perfectissima autem & sanctissima & maxime Regia & longe beneficentissima est natura Filii, quæ est soli omnipotenti propinquissima. Vid. Sent. CXCIV.

CCCXXIII.

QUÆCUNQUE DEUS POSSIDET, HÆC ET SAPIENS.

Ita Gentium Doctor Rom. VIII. 32. πῶς ἔχι ἡμῖν σὺν αὐτῷ πάντα χαρίζεται; Huc pertinent omnia illa, quæ de abundantia gratiæ, five per Christum, five per Apostolos dicta sunt. Joh. I. 16. Rom. V. 17. 2. Cor. IV. 16. Eph. I. 7. tum quæ omnem defectum in ipsis negant. Ps. XXXIV. 10. *Clemens* p. 83. & 94. εἰ κοινὰ τὰ φίλων, Θεοφιλῆς δὲ ὁ ἀνθρώπος τῷ Θεῷ γίνεται τὰ πάντα τῷ ἀνθρώπῳ, ὅτι τὰ πάντα τῷ Θεῷ. Iterum: εἰ μηδὲν ἀρνείται ὁ Θεὸς, τὰ πάντα τῷ Θεοσεβῆς γίνεται. p. 275. & 277.

Sapiens omnia habet.

CCCXXIV.

MALUS VIR NON PUTAT ESSE PROVIDENTIAM.

Græce ita effertur: κολάσεως ἄξιον τὸ ζητεῖν ἀπόδειξιν εἰ πρόνοια. Hæc Sententia maxime pupugisse creditur Hieronymum; qui etsi non prorsus, ex parte tamen aliqua providentiam negasse suspectus fuit; quanquam Sixtus integro Seculo ipsum antecedens alios tetigerit. *Clemens*, ex quo eandem depromsit Sententiam, Strom. V. de variis Erotematibus agens, quorum quædam ferenda, quædam excusabilia, alia αἰθέσεως, alia νεθέσεως, ἢ ἐπιπλήξεως δέοντα, (qualis est quæstio, an Parentes sint honorandi,) alia κολάσεως ἄξια iudicat. Ad hoc tertium genus quæstionem retulit: an sit providentia? Quod cum asseruerit,

Vir malus Providentiam negat.

Οο

erit,

erit, nil certe statuit aliud, nisi quod Sixtus expressit: Ἄνθρωπος κολάσεως ἄξιός, ὅστις ἀπαρνέεται τὴν πρόνοιαν, moxque hanc suam censuram probat: Φανερώς ἔστις τῆς θείας προνοίας ἐκ τε τῆς ὀψέως τῶν ὀρωμένων πάντων τεχνικῶν καὶ σοφῶν ποιημάτων, καὶ τῶν μὲν τάξει γινομένων, τῶν δὲ τάξει φανερωμένων: & Strom. lib. I. summam hujus dogmatis necessitatem ostendit. Ἡ κατὰ τὴν θείαν παροῦσιν φιλοσοφία ἴσησι τὴν πρόνοιαν καὶ βεβαιοῖ ἢς ἀνααιρεθείσης, μῦθος ἢ περὶ τὸν σωτήρα οἰκονομία φαίνεται. Et mox: ἡ ἀκόλεια τοῦ χρυσῶ δασκαλία, καὶ τὸν δημιουργὸν ἐκθειάζει, καὶ τὴν πρόνοιαν μέχρι τῶν κατὰ μέρος ἀγει. Strom. I. p. 347. & 366. & 373. & 423.

CCCXXV.

ANIMA MALA DEUM FUGIT.

Impius Deum fugit.

Nempe quia dissimilitudinis, falsitatis & poenæ conscia. Sic primus ille omnis erroris & peccatorum fomes Gen. III. 8. Prov. XIV. 2. Tales significanter σκολιάζοντες appellantur. Es. I. 4. ἔθνος ἀμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἀμαρτιῶν, σπέρμα πονηρὸν, υἱοὶ ἀνομοί, ἐγκαταλείπονται Κύριον. Job. XXI. 14. ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, ὁδὸς σε εἰδέναι ἐβέλομαι. Jer. II. 27. ἔσρεψαν ἐπ' ἐμὲ νῶτα, καὶ ἐ πρόσωπα αὐτῶν. Jer. XXXII. 33. Ez. XXIII. 35. Ps. LXVIII. 2. Prov. XXVIII. 1. Φεύγει ἀσεβῆς μηδενὸς διώκοντος. Es. LIX. 2.

CCCXXVI.

OMNE QVOD MALUM EST, DEO INIMICUM EST.

Malum Deo est Inimicum.

Græce: πᾶν κακὸν Θεῷ συνητὸν. Omne malum Deo invisum. Ps. CXIX. 163. Prov. VI. 16. XV. 8. XVI. 5. Luc. XVI. 15. Non igitur ita interpreteris, quasi detur malum, quod ἰσόρροπον adversus Deum pugnet; id enim
Mani-

Manichæorum: τῷ Θεῷ ἐδὲν ἀντίκειται, ἐδὲ ἐναντιῆται Κυρίῳ τῷ παντοκράτορι ὄντι. Clemens Alex. p. 369.

CCCXXVII.

QUI SAPIT IN TE, HUNC DICITO ESSE HOMINEM.

Ad Pauli Schema respexit, quo inter internum & externum hominem distinxit 2. Cor. IV. 16. quem præcessit Pf. XLV. 14. & Christus Luc. XI. 40. & iterum Paulus Eph. III. 16. Habuere Philosophi tale quippiam, qui rationi τὸ λογικὸν καὶ διανοητικὸν, carnī τὸ θυμικὸν, καὶ ἐπιθυμητικὸν adscripsere, de qua re recte Bodius Comment. ad Eph. p. 391. 392. quod hæc non Christiana & in sacris Litteris usitata, sed Philosophica potius partitio. Vid. Potterus in Not. ad Clementem p. 638.

Internus homo excolendus.

CCCXXVIII.

PARTICEPS DEI EST VIR SAPIENS.

Si ferri possunt, quæ divus Apostolus Petrus dixit 2. Pet. I. 4. de κοινωνίᾳ τῆς Θεῆος φύσεως, & Paulus Ebr. III. 14. VI. 4. cur non hæc Sixti verba suscipiantur, quorum ultra metam multo longius processit Clemens, quum Sapientem DEUM fieri multoties asseruerit.

Vir Sapiens Dei particeps.

CCCXXIX.

UBI EST QUOD SAPIT IN TE, IBI EST ET BONUM TUUM.

Apud Deum puta, cum quo internus homo semper conjungitur Phil. III. 14. Philo de fortitudine: ἀνάγκη τὴν διάνοιαν ἐκεῖ τετῶσαι πρόθω τῆς ἀπολαύσεως, ὧν ἀφελκύσησαν. Clemens Alex. p. 631. ἢ πρὸς τὰ νοητὰ οἰκείωσις κατὰ φύσιν περιαγωγὴ τῷ γνωστικῷ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν γίνεται, κατ' ἐκλογὴν

Ubi Summum Hominis Bonum?

γῆν τῶν καλῶν τὰ γὰρ τὸν ἐλομένω γνωσικῶς.. Mox Gnosticum ita orantem fistit: ἐγὼ ἐμὲ λύσομαι τῆς ἐπιθυμίας διὰ τὴν πρὸς σὲ οἰκείωσιν, Κύριε· Καλὴ γὰρ ἡ κτιθεῖσα δὴ οἰκονομία, καὶ πάντα εὖ διοικεῖται, εἰδὲν ἀναντιῶς γίνεται ἐν τοῖς σοῖς εἶνάί με δεῖ. Vid. idem. p. 303. 304.

CCCXXX.

BONUM IN CARNE NON QUÆRAS.

In carne nil boni.

Hæc est ἀπόδοσις Sententiæ antecedentis. Si bonum tuum penes illum est, apud quem internus homo versatur, ergo ibi bonum tuum quæras, non in carne, iisque quæ sensibus tantummodo placent. *Clemens Alex. p. 880.* αἰτεῖται ἕτως ζῆσαι τὸν ὠρισμένον ἐν τῇ σαρκὶ βίον, ὡς γνωσικὸς, ὡς ἄσαρκος. *Petit, ut vivat vitam in carne definitam, tanquam Gnosticus, tanquam expers carnis &c.*

CCCXXXI.

QUOD ANIMÆ NON NOCET, NEC HOMINI.

Indemnis Anima, indemnis corpore.

Jam sensim ad cohortationes martyrii progreditur, cui fortiter sustinendo Servator & Apostoli animum indiderunt, hoc argumento, quod animæ damnum inferri nequeat. Vid. Mat. X. 28. 2. Cor. IV. 8. 9. 10. 11. 1. Pet. III. 13. 2. Cor. XI. 29. τίς ἀδενεῖ καὶ ἐκ ἀδενῶ; τίς σκανδαλίζεται; καὶ ἐκ ἐγὼ πυρῆμαι. 2. Cor. XII. 10. Pari ratione *Clemens Alex. Strom. VII. p. 869.* illud corroboravit: Ὁ γνωσικὸς τὰς βασάνους καὶ τὰς θλίψεις, ἔχ ὡς παρὰ τοῖς φιλοσόφοις οἱ ἀνδρεῖοι, ἐλπίδι τῆ παύσασθαι μὲν τὰ ἐνεσῶτα ἀλγεῖνά, αὐθις δὲ τῶν ἡδέων μεταχεῖν, ὑπομένει. *Gnosticus labores & tormenta & afflictiones sustinet, non ut qui sunt fortes apud Philosophos propter spem, quod præsentis dolores cessaturi sunt, sint autem rursus jucundorum futuri participes &c.*

CCC-

CCCXXXII.

PHILOSOPHUM HOMINEM, TANQUAM
DEI MINISTRUM HONORA POST DEUM.

Hæc Sententia plane Apostolica, totidemque verbis a Paulo stabilita I. Cor. IV. I. ἕως ἡμᾶς λογίζεσθω ἄνθρωπος, ὡς ὑπηρετίας χρεῖσθαι καὶ οἰκονόμος μυστηρίων Θεοῦ. Illud enim certum est, Sixtum in his Sententiis per Philosophos Doctores Christianos denotasse, quemadmodum alii illius ætatis Scriptores ipsam quoque doctrinam sacram non nisi Philosophiæ nomine designarunt.

*Philosophus
honorandus*

CCCXXXIII.

TABERNACULUM QUIDEM CORPORIS
GRAVITER FERRE, SUPERBUM EST.

Dimicat hac Sententia adversus eos, qui animam hominis, tanquam in carcerem detrusam, temere conquerebantur, unde & Clemens Alex. figillatim Metangysionitas nominans acriter disputavit p. 638. Οὐκ ἐν εὐλόγως οἱ κατατρέχοντες τῆς πλάσεως, καὶ κακίζοντες τὸ σῶμα ἐσυνορῶντες τὴν κατασκευὴν τῆ ἀνθρώπου ὀρθὴν, πρὸς τὴν εἰρανεθεὴν γενομένην, καὶ τὴν τῶν αἰσθησέων ὀργανοποιίαν, πρὸς γνῶσιν συντείνεσαν, τότε μέλη καὶ μέρη πρὸς τὸ καλὸν, ἐπρὸς ἠδονὴν εὐθετα: ὅθεν ἐπιδεικτικὸν γίνεται τῆς τιμιωτάτης τῶ Θεῷ ψυχῆς τὸ οἰκητήριον τῆτο, καὶ Πνεύματος ἀγίου κατὰ τὴν τῆς ψυχῆς τε καὶ σώματος ἀγιασμὸν καταξίετα, τῶ τῆ Σωτῆρος καταρτισμῶ τελειέμενον. Non ergo recte faciunt, qui creaturam insectantur, & corpus vituperant, non considerantes corporis constitutionem rectam factam esse ad cælum contemplandum; & organa sensuum sic effecta esse, ut tendant ad cognitionem, & membra & partes apte esse compositas ad honestum, non ad voluptatem. Unde suscipit hoc habitaculum

*Corpori non
indignan-
dum.*

culum animam Deo pretiosissimam, & Spiritu S. dignum censetur, per animæ & corporis sanctificationem, ut quod perfectione Servatoris perficiatur. Cumque paulo post detortas in sinistram sensum Scripturæ Sententiæ adduxisset, præstantiorem equidem esse partem hominis animam extra controversiam dixit, corpus autem deteriore: attamen nec animam Bonum esse natura, nec rursus Malum natura corpus, neque vero quod non est bonum, illud protinus esse malum, sed esse media, quæ medium locum obtinent. Igitur hominem consistere quidem e diversis, sed non e contrariis; συνίσταται ἐκ διαφορῶν, ἀλλ' ἐκ ἐξ ἐναντίων. Vid. Clemens p. 516. 518.

CCCXXXIV.

DEPONERE AUTEM POSSE CUM OPORTUERIT IN PACE, BEATUM EST.

Corpore ad nutum divinum solvi beatum.

Ipsas has phrases esse Biblicas adeoque Sacras, quisquis agnoscit 2. Pet. I. 14. Εἰδὼς ὅτι ταχινή ἐστιν ἡ ἀπόθεσις τῆ σκηνώματός µε. Sic & altera, qua Pacis mentionem facit, Sripturæ usitatissima. 2. Reg. XXII. 20. & Luc. II. 29. Et Clemens Alex. p. 639. 640. ἀπολιπὼν τὴν οἰκίαν καὶ τὴν κτῆσιν, καθάπερ καὶ τὴν χρῆσιν ἀπροσπαθῶς, προθύμως τῷ ἀπάγοντι τῆ βίβη συνεπόμενος, ἑδαμῶς ὀπίσω κατ' οὐδεμίαν ἀφορμὴν ἐπιτρεφόμενος· εὐχαριστήσας μὲν ἐπὶ τῇ παροικίᾳ, εὐλογῶν δὲ ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τὴν μονὴν ἀσπασόμενος τὴν ἐν ἔρανῳ.

CCCXXXV.

MORTIS QUIDEM IPSE TIBI CAUSA NON FIAS.

Autochiria fugienda.

Græce: τῷ θανάτῳ μὴ ἐπιπιδήσεις. De αυτοχειρίᾳ loquitur, quæ varia ratione perpetrari potest, non de morte Philosophica, quam Sapientissimi quique semper appro-
ba-

barunt. ὅσοι τυγχάνουσι ὀρθῶς ἀπτόμενοι φιλοσοφίας, εἰδὲν
 ἄλλο ἐπιτηδεύουσιν, ἢ ἀποθνήσκειν καὶ τεθνᾶναι. Et rursus: Ἡ
 τῆ φιλοσόφου ψυχὴ μάλιστα ἀτιμάζει τὸ σῶμα, ἢ φεύγει ἀπ'
 αὐτῆ. *Plato in Phaedone Str. III. p. 518.* Talem vero mor-
 tem mysticam Doctor Gentium approbasse videtur. At
 quæ in αὐτοχειρίᾳ versatur, ubique damnata fuit. *Sixtus*
 autem sua ex *Clemente Strom. IV. p. 571.* depromsit: Φο-
 νέας εἶναι τῆ ἑαυτῆ καὶ αὐθέντας λέγομεν ἡμεῖς τὰς ἐπιπη-
 δήσαντας τῷ θανάτῳ. Εἰσὶ γὰρ τινες ἐχ' ἡμέτεροι μόνε τῆ ὀνό-
 ματος κοινωνοὶ, οἱ δὲ αὐτὰς παραδίδοντες σπεύδουσι τῇ πρὸς τὸν
 Δημιουργὸν ἀπεχθείαι οἱ ἀθλιοὶ θανατῶντες. *Eos sui occiso-*
res, & sibi mortem consciscere dicimus, qui de indu-
stria mortem quærunt; Sunt enim quidam eatenus solum
nostri, quod ejusdem nominis participes sint, qui quidem
seipfos magno studio contendunt tradere, & propter odium
in Creatorem miseri mortem cupiunt. Ex quo loco vides,
 & *Clementem* istam thesin debellasse, tum αὐτοχειρίαν
 ipsam, tum *Valentinianos, Marcionitas* aliosque hære-
 ticos, qui tale a Deo corpus conditum statuerunt, cu-
 jus calamitatibus, nonnisi repentina per eadem exter-
 minatione, obviari possit. *Clemens* autem rationem Ora-
 culi *Sixtini* illis oppositi sequentibus pandit: ἢ τῆ σώμα-
 τος εὐαρμοσίᾳ συμβάλλεται τῇ διανοίᾳ πρὸς τὴν εὐφροσύνην διὰ
 τῆ ζῆν ἐκμανθάνομεν τὴν γνῶσιν· ἐν τῷ ζῆν τὸ εὐ ζῆν κατερθῆται.
Ingrati Isidoro Pelusiota futuri essemus, nisi ejus de
 αὐτοχειρίᾳ cavenda gravissimam epistolam hic citaremus,
 qua scelus illud ait suo tempore inter Christianos
 ἐπάρατον καὶ ἀτιμον extitisse, atque illius patra-
 tores singulari plane supplicio fuisse maκtatos: τὴν χεῖ-
 ρα ἀποκόψαντες τῆ ἑαυτὸν χειρωσαμένε, ἔξω περ τῆ ἄλλε σώ-
 ματος, καὶ μακρὰν ἔθαπτον, ἐχ' ὅσιον εἶναι νομίζοντες, τὴν δια-
 τοησαμένην τῷ φόνῳ, τῷ λοιπῷ σώματι συρσιδὲν· εἰ δὲ ἡ χεῖρ
 παραῖ

παρὰ ἀνθρώποις δίκην καὶ μετὰ θάνατον ἀπιτήθη, ἡ ψυχὴ ἢ
καὶ τὴν χεῖρα παρορμήσασα ποίας τέυξετα συγγνώμης V. lib. V.
Epist. 287. & quæ doctissimus *Rittershusius* in Notis at-
tulit.

CCCXXXVI.

SI QUIS AVTEM VULT TE CORPORE EX-
UERE, NON INDIGNERIS.

*Mortem il-
laturus non
succensan-
dum.*

S. Paulus Act. XXI. 13. ἐτοίμως ἔχω ἔ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ
καὶ ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου. *Rationem reddit
Clemens quia fidelis nil patitur in morte: ἀγαμαί τὸν
Ἐπίχαρμον, σαφῶς λέγονται Ἐυσεβῆς νῶ πεφυκῶς, ἔ πάθοις
γ' ἔδὲν κακὸν κατθανόν· ἀνω τὸ πνεῦμα διαμένει κατ' ἔρανόν
καὶ τὸν μελοποιὸν ἀδόντα· ψυχὰ δ' ἀσεβῶν ὑπεράνιοι γαίᾳ
πατῶνται ἐν ἀλγεσι φονίῳ· εὔσεβῶν δὲ ἐπεράνιοι νόεσι μολ-
παῖς μάκαρος μέγαν αἰείδουσ' ἐν ὕμνοισι. Admiror Epicharmum,
qui aperte dicit: Si fueris mente pius, nil mali mortuus
patieris. Superius manet in cælo Spiritus. Et Poëtam Ly-
ricum canentem: Impiorum animæ sub cælo volant, in
cruentis doloribus; piorum autem habitant in cælis, canti-
bus beatorum Principem canentes in hymnis. p. 640.*

CCCXXXVII.

SAPIENTEM DE CORPORE SI QVIS EX-
TRVDAT INJVSTE, IN INIQVITATE
SVA BENEFICIVM EI PRÆSTAT, ABSOL-
VITVR ETIAM TANQVAM DE VINCV-
LIS.

*Sapiens in-
juste casus,
liberatur.*

Hæc verba etsi ex Oraculis Christi decerpta cenferi que-
ant, attamen *Clementem* potius auctorem habent, di-
centem: ὁ τῆ σῶματος ἀπὸ ψυχῆς χωρισμὸς, ὁ παρ' ὄλον τὸν
βίον μελετώμενος, τῶ φιλοσόφῳ προθυμίαν κατασκευάζει γνω-
σικὴν, εὐκόλως δύνασθαι φέρειν τὸν τῆς φύσεως θάνατον, διάλυ-
σιν

σιν ὄντα τῶν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς δεσμῶν ὅθεν εἰκότως καλέμενος ὁ γνωσικὸς ὑπαικεί βραδίως, καὶ τῶ τὸ σωματίον αἰτῆντι φέρων προσδίδωσι, ἔχ ὑβρίζων τὸν πειράζοντα. Paulo post: ἀγάπη πρὸς τὸν Κύριον ἀσμενέστατα τῆδε τῆ βίῃ ἀπολυθήσεται χάριν ἴσως καὶ τῶ τὴν αἰτίαν παραχομένῳ τῆς ἐνθύνδε ἐξόδου, καὶ τῶ τὴν ἐπιβελήν τεχνουσαμένῳ. p. 569. Ultima Sententiæ hujus Pars Paulinam dictionem manifesto spirat, Phil. I. 23.

CCCXXXVIII.

HOMINEM METVS MORTIS CONTRISTAT PRO IMPERITIA HOMINIS.

Quum Justus etiam in morte sit firmus Prov. XIV. non potest non, qui talis non est, aut alicujus sibi culpæ conscius, aut falsa opinione deceptus, metu dissolutionis constringi, cujus finis aut scopus non illico patet. Ad eandem ignorantiam mortis formidinem Clemens retulit p. 583. Τοῖς ἀθλίοις τῶν ἀνθρώπων θάνατος εἶναι ὁ βιαιότατος, ἢ δὲ αἵματος μαρτυρία τῆ Κυρίῃ δοκεῖ ἐκ εἰδόσι τῆς ὄντως ἔσης ζωῆς ἀρχὴν εἶναι τὴν τοιαύτην τῆ θανάτου πύλην, καὶ ἔτε τὰς τιμὰς τὰς μετὰ θάνατον τῶν ὀσίως βεβιωκότων, ἔτε τὰς κολάσεις τῶν ἀδίκως καὶ ἀσελγῶς πεπολιτευμένων συνεῖναι βέλονται.

Mortis metus ex Ignorantia.

CCCXXXIX.

FERRVM QVIDEM, b) IN QVO HOMINES INTERIMVNTVR, OPTIMVM QVIDEM FVERAT, NON FIERI, FACTVM TAMEN APVD TE NON SIT.

De telis & armis ad internecionem aptis loquitur, non de ferro, de quo Plinius Hist. Nat. lib. XXXIV. Cap. XIV.

Christiano ferro non utendum.

Pp

b) Paris. Lugd. & Gal. deest.

Optimum pessimumque vitæ instrumentum. Siquidem hoc tellurem scindimus, serimus arbusta, ponimus pomaria, vites squalore deciso, annis omnibus cogimus juvenescere. Hoc aptamus tecta, cædimus saxa, omnesque ad alios usus ferro utimur. Sed eodem ad bella, cædes, latrocinia, non solum, sed & missili volucrique, nunc tormentis exsuffo, nunc lacertis, nunc vero pennato, quam sceleratissimam ingenii humani fraudem arbitror. Siquidem ut mors ocyus veniat ad hominem, alitem illam fecimus, pennasque ferro dedimus. Quamobrem culpa ejus non naturæ feratur accepta. Cæterum Sixtus Christiano suadet, ne apud se instrumentum mortis pararium habeat, præeunte Christo, Petri gladium recondente Mat. XXVI. 52. Quod multo quidem sanctiore Jure ferri poterat, ac quod Romanis *Porfenna* dedit, & *Pompejus M.* qui in tumultu necis *Claudianæ*, ullum in urbe telum esse, prohibuit. Est enim gens Christiana pacis alumna, exercitus non fraterno, sed Servatoris sanguine imbutus τὸ στρατιωτικὸν ἀναίμακτον, ut *Clemens Alex.* pulchre ait in *Protreptico* p. 90. & *Pædag.* lib. II. Εἰρηνικὸν ὡς ἀληθῶς ὄργανον ὁ ἄνθρωπος ἐστίν, τὰ δὲ ἄλλα εἰ πολυπραγμονῆ τις ὄργανα εὐρήσει πολεμικά, ἐνὶ δὲ ὄργάνῳ τῷ λόγῳ μόνῳ τῷ εἰρηνικῷ ἡμεῖς κεχρημένοι, ᾧ γεραίρομεν Θεὸν vid. p. 193. Nos existimamus hanc Sententiam ne *Mahumeto* quidem, aut saltem infelici *Alcorani* conditori, incognitam fuisse, quum *Enchiridion* illud in Syriacam linguam fuisse *Seculo V.* translatum, ex *Assemanni Bibliotheca Orientali* jam dictum sit. Huic igitur Sententiæ *Mahumetes* aut *Sergius* aliam opposuit, quam a Deo sibi suggestam finxit, *Sura. LVII.* Demissimus ferrum, in eo est virtus ad pugnandum valida, & utilitas hominibus, & ut cognoscat Deus, quis adjuvet eum. Equidem nonnulli Interpretes ad

Ma-

Mahumetem id Oraculum transtulerunt, quasi ipse illud sibi inventum adscribat, quod *Gelal* fecit, & *Zamchascenus*, eruditissimus Interpres; sed idem ille mox cœleste donum dixit, quod Adamus ex Paradiso una cum incude, forcipe, malleis & acubus detulerit. Vid. Edit. *Maracciana* p. 704. 705. Agnoscit nobiscum *Maraccius*, *Mahumetem* plurima ex Christianorum operibus depromsisse, vid. conclusio totius Operis p. 125.

CCCXL.

NULLA SIMVLATIO MVLTO TEMPORE
LATEBIT, ET MAXIME IN FINE.

Servator Mat. X. 26. ἄδεν ἐσι κεκαλυμμένον, ὃ ἔτι ἀποκαλυφθήσεται, καὶ κρυπτόν, ὃ ἔτι γνωσθήσεται. I. Cor. III. 13. ἑκάστῃ τὸ ἔργον φανερόν γενήσεται ἢ γὰρ ἡμέρα δηλώσει. Tanto autem verosimilius est, & *Clementem* & *Sixtum* Servatoris verba in mente habuisse, quum & eodem loco de martyrio constanter tolerando agant. Cum antecedenti Sententia CCCXXXVIII. jungi posse videtur; quum enim ignorantia Philosophica mortis metum pariat, eandem & simulationem parere necesse est, quæ in mendacio consistit, cujus qualis sit fructus, iterum *Clemens* docuit Strom. IV. p. 582. Sic enim de Hypocrita quarit: ἐν τίνι, οἰόμεθα, ἐσι κακῶ; ψεύδεται τοίνυν τὸν Κύριον, μᾶλλον δὲ τὴν ἑαυτῆ διέψευσαι ἐλπίδα. τί δὲ; ἔχ ἑαυτὸν ἀρνέεται, ὃ ἀρνέμενος τὸν Κύριον; ὃ τοίνυν ἀρνέμενος τὸν Σωτῆρα, ἀρνέεται τὴν ζωὴν τέτῃς λέγει ἀπίστῃς καὶ ὑποκριταῖς, τὸ μὲν ὄνομα ὑπογεγραμμένῃς, τὸ δὲ εἶναι πιστῃς ἀρνεμένῃς. In quanto malo talem versari credimus? Mentitur Domino, vel potius spei suæ mentitur, eaque frustratur, qui Deo non credit. Quid vero? an se ipsum negat, qui negat Dominum? Qui Servatorem negat, negat vitam. Eos ideo dicit

*Simulatio
latere ne-
quit.*

esse infideles & hypocritas, qui nominis quidem suscipiunt inscriptionem, fideles autem sese abnegant.

CCCXLI.

PROUT SUNT MORES TUI, TALIS ET VITA TUA. c)

Ut mores sic vita. Iterum autorem suum dissimulare non potuit, *Clementem Alex.* dico, qui in *Protrept.* circa finem ita locutus est: Καὶ γὰρ ἐν ᾧδὲ πως ἔχει τὰ ἡμέτερα τῶν χρηστῶν ὁπαδῶν.

Οἷαι μὲν αἱ βελαί, τοῖοι δὲ χ' οἱ λόγοι

Ὅποιοι δ' οἱ λόγοι, τοῖαι δὲ χ' αἱ πράξεις.

Χ' ὅποια τ' ἄργα, τοῖετος δ' ἔσθ' ὁ βίος.

Res ergo nostrae, qui Christi nos asseclas profiteamur, ita se quodammodo habent. Qualia consilia, tales sermones nostri sunt. Quales autem sermones, tales & actiones: Et qualia opera, talis demum vita. Sic in *Jamborum* formam, quæ uno nexu scripta erant, *Potterus* redegit, qui hæc semel adhuc iterumque apud eundem reperiri monuit, tum apud *Philonem*, *Lib. de Præmiis & Pænis* p. 922. ubi tamen solutis metri legibus proponuntur, addita hæc *epicrifi*: ταῦτα ἀλλήλοις ἀντακολληθῆ, δεθέντα ἀρμονίας ἀλύτοις δεσμοῖς. *Omnia hæc inter se respondeant, conjuncta insolubili harmoniæ vinculo.*

CCCXLII.

MORES ENIM RELIGIOSI FACIUNT VLTAM BEATAM.

Sancti mores, Sancta vita. Hæc Sententia ex Antecedente, ut *Rivus e Fonte* profluit. Ubi enim ἀγαθὰ βελέματα, ibi ἀγαθαὶ πράξεις, tum vero βίος χρηστὸς, quod ambo hujus Sententiæ cita-

c) In *Parif. Lugd. & Gal.* sequens Sententia cum hac conjungitur.

tatores colligunt, Philo lib. cit. p. 923. εὐδαιμονία κρατεῖ, τετῆσι ἢ ἀψευδὲς αὐτῆ σοφία καὶ φρόνησις· σοφία μὲν γὰρ πρὸς θεράπειαν Θεῶ, φρόνησις δὲ πρὸς ἀνθρώπων βίῃ διοίκησιν; & Clemens Alex. p. 95. χρηστὸς ὁ σύμπας ἀνθρώπων βίος τῶν χρηστῶν ἐγνωκότων. *Bona est universa vita hominum, qui Christum cognoverunt.*

CCCXLIII.

QUI COGITAT ADVERSUS ALIUM MALA,
IPSA PRÆVENIENS IPSE PERFERT MA-
LA.

Davides & Salomon ambo suffragantur. Ille Ps. VII. 14. ἰδὲ ὠδίνησεν ἀδικίαν, συνέλαβε πόνον, καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν. Λάκκον ὠρυξά, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον, ὃν ἐργάσατο. Ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτῷ εἰς κεφαλὴν αὐτῷ, καὶ ἐπὶ κορυφὴν ἢ ἀδικία αὐτῷ καταβήσεται. Divus Basilius de perverso ordine queritur, quodque hic ὠδίνες ante σύλληψιν ponantur, eaque propter ait: ἡ λέξις συγκεχυμένως ἔχει. Absit, ut nos Spiritui S. aliquam σύγχυσιν ratione destitutam adscribamus. Quin potius studio factum esse dicimus, ut hæc ὠδίνες conceptioni Mali anteponantur, ut ostendatur injustum, dum adhuc mala cogitat, nec dum satis consilia sua concepit, mox occupari præveniri que cœlitus, atque in ipso pravo molimine suffocari. Id quod Didymus vidit, sapienterque dixit: τὴν ὠδίναν προpositam esse τῇ συλληψί, διὰ τὸ ἄτακτον τῆς κακίας. Catena Tom. I. p. 144. 145. Retinuit Patris verba Salomon de βόθρῳ, alio tamen addito Schemate: ὁ δὲ κυλίων λίθον, ἐφ' ἑαυτὸν κυλιεῖ. Utrumque sequitur Siracides, & dicta conjunxit: ὁ βάλλον λίθον εἰς ὕψος, ἐπὶ κεφαλὴν αὐτῷ βάλλει· ὁ ἰσῶν παγίδα, ἐν αὐτῇ ἀλώσεται, ὁ ποιῶν πονηρὰ, εἰς αὐτὸν κυλιθήσεται, καὶ μὴ ἐπιγνώ, πόθεν ἤξει αὐτῷ. Bene Didymus, orbus lumine, hanc impiorum

Mala machinans sibi nocet.

a semetipsis substrationem vidit, quando ait: ἡ ἀμαρτία βαρύτερος πόνος παραβαλλομένη ταλόντω μολύβδῳ· κάτω γὰρ φέρει τὸν ἔχοντα. Vid. Ps. IX. 16. *Heracléota*: τί τῷ πονηρῷ ἀθηνέστερον; οἰκείοις ὅπλοις τῆ κακία ἀλισκομένῃ. p. 138. & iterum: μὴ νόμιζε ἑταίρω κατασκευάζειν μηχανήματα, ὅταν ἐπιβλέυσῃς· σαυτῷ γὰρ πλέκεις δίκτυα. p. 184.

CCCXLIV.

NON TE IMPEDIAT A BENEFACIENDO
HOMO INGRATUS.

*Ingratus ne
impediat Boni-
tatem.*

Id ad imitationem Patris cœlestis omnino faciendum Servator docuit Luc. VI. 35. *χρηστός ἐστὶ ἐπὶ τῶν ἀχαρίστῶν καὶ πονηρῶν.* vid. & Math. V. 45. Cui succinit Petrus I. Ep. II. 5. Eratque hæc communis summi Numinis descriptio, gentilibus etiam quam maxime usitata, qui ipsi boni, candidi, optimi elogiis exornarunt. *Seneca* de Beneficiis lib. IV. ignobilius imitationis exemplum depromsit a sideribus, quæ non expectata mortalium gratia, singula tamen in opere sunt. Cur enim non potius ad Deum deduxit? Cæterum bene dixit: *Grati animi virtus multum præstat, qui non vult ab hoc diligi, amplius quiddam in se habet, nec satis ab eo intelligitur, a quo numeratur.* Legi debet præ cæteris Cap. XXVI. ubi quaestionem movet, num ingrato beneficium sit exhibendum? Cum enim distinxisset in ingratum stultum, sive qui errore & defectu Philosophiæ talis est, & inter eum, qui natura ad hoc vitium pronus & propensus fuerit: priori non denegandum beneficium censet, quum nemo sit, qui careat vitiis: postremo, tanquam beneficii fraudatori & in hanc partem procumbenti, non magis ac decoctori dandum esse vult, qui commissum depositum

tum

rum abnegat. Vid. idem lib. VII. de Benefic. C. XXXI. Ad illa Cogitationes tuas flecte. Non est mihi gratia relata. Quid faciam? quod Dii, omnium rerum optimi auctores, qui beneficia dare ignorantibus incipiunt, ingratis perseverant. Quibus verbis, exempli prioris parum alias sufficientis, defectum explevit. Videantur quæ doctissimus Pricæus ad Matthæum & Lucam congeffit.

CCCXLV.

NIHIL RERUM MAJORIS PRETII DUCAS,
QUAM PETIT IS, QUI ACCIPIT.

Sæpe istoc argumento ad exhibendam aliis beneficiam usus est, quod nempe externa bona vere bona non sint, eaque propter non tanti habenda, ut iis tanquam æternis & inaufertilibus inniti velimus.

*Ne magni
astimes, quæ
dari possunt*

CCCXLVI.

OPTIME UTITUR FACULTATIBUS IS, QUI
INDIGENTIBUS LIBENTER TRIBUIT.

Vid. integrum Siracidis Caput XIV. e quo hæc tantum decerpimus: Ἄνδρες μικρολόγω εἰ καλὸς ὁ πλεῖστος καὶ ὁ πάντων βασιόνων ἵνα τί χεῖρα;

*Opes indi-
gentibus
optime colla-
cantur.*

CCCXLVII.

FRATREM VOLENTEM A FIDE RECEDE-
RE d) PERSUADE NE FACIAT, ET SI IN-
SANABILIS EST, e) CONSERVA.

Non dubitandum, persecutionis tempore hoc oraculum scriptum esse, satisque adeo testari, Auctorem esse Christianum, quum Pythagoræi dogmata sua nunquam sub fidei vocabulo proposuerint. Clementis autem hic quo-
que

*Lubricus in
Fide corro-
borandus.*

d) Paris. & Lugd. hortare e) observa.

que vestigia pressisse videtur Strom. I. p. 429. quamvis eum ipsum emendet. Clemens probavit quodammodo segregationem & supplicium illorum, qui immedicabiles habebantur; Sic enim de Lege ait: ὁ νόμος ὅταν κατίδη τινὰ ἔτῳς ἔχοντα ὡς ἀνίατον δοκεῖν εἰς ἕχατον ἀδικίας ἐλαύνοντα, τότε τῶν ἄλλων κηδόμενος, ὅπως ὄν μὴ διαφθεῖρωνται πρὸς αὐτῆ, ὡς περ μέρος τι τῆ παντὸς σώματος ἀποτέμνων, ἔτῳ περ τοῦ ἔτον ὑγιέσασα ἀποκτίνουσι. *Sixtus* autem inquit: Si insanabilis sit, magis observa, quum μέγισον & τελειότητον sit ἀγαθόν, κακῶς πράττοντα εἰς ἀρετήν, καὶ εὐπραγίαν μετὰγειν. Atque hanc ipsam Sententiam *Isidorus Pelusiota* certo amplexus est, multasque alias eodem robore praeditas adjecit, & tanquam salutarem medicinam Pelusioticis illis Diaconis plane incorrigibilibus *Maroni*, *Eustathio*, *Zosimo*, propinavit, hocque exemplo docuit, ne desperatis quidem, deploratis ac insanabilibus, omne auxilium subducendum esse.

CCCXLVIII.

IN FIDE OMNES CONARE VINCERE.

In Fide fastigium petendum.

Nil magis a Servatore fidisque Apostolis inculcatum 2. Cor. VIII. 7. X. 15. Phil. I. 27. Col. II. 5. 1. Tess. I. 8, 2. Tess. I. 3. 1. Tim. VI. II. 2. Tim. II. 22. Significanter *Clemens*: ἡ πρώτη πρὸς σωτηρίαν νεῦσις, ἡ πίσις ἡμῖν ἀναφαίνεται. Et iterum: ἡ πίσις σοιχειωδεστέρα ἔτῳς ἀναγκαία τῷ γνωσικῷ ὑπάρχουσα, ὡς τὸ κατὰ τὸν κόσμον τόνδε βιῶντι πρὸς τὸ ζῆν τὸ ἀναπνεῖν. *Prima ad salutem inclinatio nobis fides apparet.* Et iterum: *Fides est magis elementaris, nec minus Gnostico necessaria, quam ei, qui in hoc mundo vivit, ad vivendum respiratio.* μεγίστη δὲ ἀρετῶν μήτηρ ἡ πίσις. V. *Clemens* Strom. II. p. 445. & 441.

CCC-

CCCXLIX.

INTELLECTUM NON PRIUS HABEBIS,
QUAM INTELLEXERIS TE HABERE.

Talem Boni sibi cœlitus concessi γνῶσιν ipsa Scriptura S. largitur atque concedit Joh. VIII. 32. & quamvis partialis illa sit αἰδήσις, non tamen est nulla 1. Cor XIII. 12. 2. Cor. XIII. 5. ubi Paulus omnino talem sui cognitionem adstruxit. Vid. 1. Joh. II. 5. *Clemens Alex.* hanc sui cognitionem τῆς αἰδήσεως Vocabulo expressit. Strom. VII. p. 882. Θεὸς ὁ Γνωσικὸς καὶ ἤδη ἅγιος Θεοφορῶν καὶ Θεοφορέμενος. Et mox: αἰδέται γὰρ τῆς δωρεᾶς, ἧς ἔλαβεν, ἅγιος γενόμενος τῷ τυχεῖν, *Divinus est Gnosticus & jam Sanctus, qui Deum fert, & ab eo afflatur. Sentit donum, quod accepit, ut qui dignus sit habitus, qui consequeretur.*

*Intellectus
tui sis cer-
tus.*

CCCL.

SUFFICIENTIAM SERVARE STUDE.

De hac superius aliquoties dictum fuit.

CCCLI.

MEMBRA CORPORIS SARCINA SUNT EIS,
QUI EIS NON UTUNTUR.

Invehitur adversus *Marcionistas* τὸ σῶμα διαβάλλοντες, quos & *Clemens* refutaverat Strom. I. p. 571. & Strom. III. C. III. seqq. Strom IV. p. 638. Omnia enim ab initio bona fuere, neque ad instar sarcinæ hominem prægravaverunt. Vid. *Augustinus* contra *Julianum* Op. imperf. lib. IV. C. XLIII. Quod licet per peccatum fuerit factum, Gnosticus tamen membra in antiquam libertatem restituit, ut serviant Deo juxta legem Spiritus. ἢ τῷ σώματος εὐαρμοσία συμβάλλεται τῇ διανοίᾳ πρὸς τὴν εὐφροσύνην. *Bona*

*Corpus Be-
num bene
utenti.*

Qq

cor-

corporis compages & recta compositio animo confert ad ingenii solertiam. Strom. IV. p. 571. Ipse autem Paulus sentit cum Sixto Rom. VI. Si enim membra μέλη τῆς δικαιοσύνης fieri possunt, cur pro sarcina habeantur? Vid. & *Augustinus* Op. Antverp. Tom. III. P. II. p. 383. Tom. IV. p. 1094. Tom. V. p. 546. & 760.

CCCLII.

MINISTRARE ALIIS MELIUS EST, QUAM AB ALIIS MINISTRARI.

Servire præstat accepto servitio.

Quis non videt hæc ex ore Servatoris deprompta Math. XX. 28. ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκῆλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονεῖν. Luc. XXII. 27. in quo, ut ipsemet exemplum præbuit, sic & præceptum Marc. IX. 35. εἴ τις θέλει πρῶτος εἶναι, ἔστω πάντων ἔχρατος, καὶ πάντων διάκονος. Matt. XX. 26. Marc. X. 43. Gal. VI. 2. ἀλλήλων τὰ βάρη βαρῶτετε.

CCCLIII.

QUEM DEUS NON EMITTIT E CORPORE, NON GRAVITER FERAT.

Longævitæ non egre ferenda.

Confirmat Paulus Phil. I. 23. 24. & ipse Servator innuit, homini tam diu in corpore versandum, quo usque ipse voluerit Joh. XXI. 22. *Plato*, etsi & ipse procreandæ sobolis nullam habuerit cupiditatem, corpusque hominis maxime vilipendendum censuerit, attamen in *Phædone* ait: ὁ δὲ εἶ εἰ αὐτὸν λύειν, ἔτε ἀποδιδράσκειν. Τῆς ἀναλύσεως Vocabulum, si quis alius, egregie illustravit, *Joh. Leunclavius* in Notis ad *Gregorii Nyss.* Tr. de opificio hominis, quæ adjectæ sunt Tom. III. *Greg. Nyss.* Edit. Paris. p. 6.

CCC.

CCCLIV.

SENTENTIAM, QUÆ MISERICORDIAM
VETAT, NON SOLUM NON TENERE,
SED AUDIRE REFUGE.

Adversus Stoicos calanum hic stringit, vesanamque il-
lorum Sententiam prosternit, qua misericordiam in vi-
tio ponebant. Vid. Seneca lib. II. de Clementia. Dogma
illorum: Ἐλεήμονας μὴ εἶναι σοφῶς, συγγνώμην δὲ ἔχειν μηδε-
νί. Iidem de Misericordia sic statuunt: *Est aegritudo ani-
mi: Aegritudo autem in Virum Bonum non cadit. Miseri-
cordia Vitium est Animorum, nimis miseriæ faventium,
quam si quis a Sapientia exigat, prope est ut lamentationem
exigat. Misericordia est pusilli animi vitium. Mulierculis
Lacrymæ moventur.* Verum ipse Seneca videbat, gravem
invidiam Stoicorum Sectæ hinc concitari, quem si accu-
ratus intueamur, apparebit Stoicos verbis tantum ab aliis
dissentisse, cæterum eos benigni affectus notas abunde
demonstrasse, etsi Vocabula vehementes animi motus
significantia amolirentur, unde illorum Oraculum: *Non
miseretur Sapiens, sed succurret.* Id quod Augustinus
agnovit Tom. VII. Antverp. p. 169. dum ait: *Est tantum
verborum certamen, non examen rerum.* Jam quum Sixtus
more Apostolorum philosopharetur, quibus solenne
erat τῆς συμπαθείας Vocabulo, & σπλαγχνισμῶς uti, non
poterat non illam Stoicorum λογομαχίαν vitare, ex quo
elegit τῶν θεοπνεύτων Oracula, quæ animis, miserendi affe-
ctu destitutis, dura supplicia comminantur. Vid. Augusti-
nus de Civ. Di lib. IX. C. XIV. Ineptit igitur Brasichellen-
sis, dum ait: *Sixtum Stoicorum Sententias adoptasse.*

Præcepta ad
ἀσπλαγχνί-
αν ne audias.

CCCLV.

QUI DAT ALIQUID ET IMPUTAT, CONTU-
MELIAM MAGIS QUAM BENEFICIUM
DEDIT.

Qq 2

Ex

*Beneficium
ne imputes.*

Ex Hagiographis hæc Sententia deprompta. Sir. XVIII. 18. *μωρὸς ἀχαριστῶς ὀνειδιεῖ, καὶ δόσις βασικῶν ἐκτῆκει ὀφθαλμοῖς.* & XX. 14. *ὀλίγα δώσει καὶ πολλὰ ὀνειδίσει, καὶ ἀνοίξει τὸ στόμα ὡς κήρυξ· σήμερον δασιεῖ, καὶ αὐριον ἀπαιτήσει.* Sir. XLI. 22. D. Jacobus C. I. *αἰτέτω παρὰ τῷ δίδόντος Θεῷ πάντα ἀπλῶς, καὶ μὴ ὀνειδίζοντος.* Possunt huc conferri, quæ de prudenti beneficiorum collatione *Seneca* scripsit lib. II. C. X. XI. XV. *Beneficium in Acta non mitto: Interpreta Præcepta ac maxime necessaria sit, ne unquam exprobrum, imo ne admoneam quidem. Lacerat animum & premit frequens meritorum commemoratio. Non est dicendum quod tribuerimus; quum admonet repetit; non est memoriæ revocandum. Qui dedit Beneficium, taceat; noscat, qui accepit.*

CCCLVI.

QUI TUETUR PUPILLOS, ERIT MULTORUM FILIORUM SECUNDUM DEUM PATER.

*Pupillorum
cura laudabilis.*

Origenes de Mart. p. 176. *πολλαπλασιῶν καὶ ἀγιωτέρων τέκνων χρηματίσω πατῆρ.* Aut Sixtus Origenem, aut Origenes Sixtum imitatus est. Cæterum omnia mihi constipasse videtur, quæ in Orphanorum ac pupillorum gratiam Scriptores S. olim effuderunt, quanquam ab illo pietatis genere ne Philosophos quidem alienos extitisse dixerim, quod *Biantis Prienei* exemplo constat, ideo τῷ *Φιλόπαυδος* cognomentum in Nummis adepti. At quum multo fortius pupillorum causam egerit Deus, eorundem opitulatur, Pl. X. 14. quidni inde suam Sapientiam *Sixtus* depromserit? Stetit autem *Sixti* verbis Ecclesia, ac potissimum Romana, a qua pium illud Orphanorum alendorum studium trans mare propagatum fuit, abeunte illic *Zotico* & Orphanotrophia instituyente. Vid. *Baron.*
Mar-

Martyrol. d. XXXI. Dec. & *Du Cange* Constantinopolis Christiana, & *Arnoldus* in *Idea Vet. Christian.* lib. III. C. XI. p. 434. *Tertulianus* ad *Scapulam*, & innumeri alii.

CCCLVII.

QUICQUID EGERIS CAUSA GLORIÆ, HOC ERIT MERCES FACTI TVI.

Servatoris sequitur oracula *Matt. VI. 1. 2.* ὅταν ποιῆς ἑλεημοσύνην, μὴ σαλπίσσης ἔμπροσθέν σου, ὡς περ ὑποκριταὶ ποιῶσι. ὅπως δοξαζῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Ἀμήν λέγω ὑμῖν, ἀπέχου τὸν μισθὸν αὐτῶν, de qua Formula vid. *Sir. XI. 18. Luc. VI. 24.* τὴν παρακλήσιν ὑμῶν ἀπέχεθε. *Theophylactus*: ἐπαινέμενοι τὸ πᾶν ἔλαβον. Add. *Pricæus* ad *Matt.*

Nil gloriae causa faciendum.

CCCLVIII.

SI QUID DEDERIS ITA, VT HOMINIBUS INNOTESCAT, NON HOMINI SED PROPRIÆ LIBIDINI DEDISTI.

Convenit cum priori, ostenditque honestum non ob aliam causam, nisi propter id, quod honestum sit, exercendum esse. *Seneca* lib. IV. C. X. *Non lucrum ex Beneficio capto, non voluptatem, non gloriam, non placere contentus, in hoc dabo, ut quod oportet faciam; Et iterum: Beneficium ejus commodum spectat, cui præstatur, non nostrum, alioquin nobis illud damus.*

Nec ut aliis innotescas.

CCCLIX.

IRACUNDIAM MULTITVDINIS NE PROVOCES IN TE.

Quum Prudentiæ sit, ne unicum quidem hominem la- cessere, tanto major sollicitudo adhibenda, ne multitudo irritetur. *Sir. VII. 7.* μὴ ἀμάρτανε εἰς πλῆθος πόλεως, καὶ μὴ καταβάλης σεαυτὸν ἐν ὄχλῳ. Add. C. XXVIII. 10.

Multitudo non irritanda.

Qq 3

κατὰ

κατὰ τὴν ὕλην πυρὸς ἕτως ἐκκαυθήσεται, κατὰ τὴν ἰχὺν τῆ
ἀνθρώπου ὁ θυμὸς αὐτῆ ἔσται, καὶ κατὰ τὸν πλεῖστον ἀνυψώσεται
ὀργὴν αὐτῆ, καὶ κατὰ τὴν σερῆωσιν τῆς μάχης ἐκκαυθήσεται.

CCCLX.

DISCE QVOD OPORTET FIERI, VT BEA-
TVS FIAS.

CCCLXI.

MELIVS EST FAME MORI, QVAM PER IN-
CONTINENTIAM VENTRIS ANIMAM
MACVLARE.

*Incontinen-
tia fugien-
da.*

Ita quidem Philosophi censuerunt, quorum de Conti-
nentia Sententias apud *Stobæum* videas Serm. XVII. inter
quas illa *Sophoclis* excellit:

ὅσοι δὲ φιλοσοφῶντες ἐκμοχθῶσιν τι
εἰταῦθ' ὑπάρχει τῷ βίῳ γαστρὸς κρατεῖν.
διδάσκαλος γὰρ ἔσται ἡ εὐτέλεια σοφῶν.
καὶ τῶν ἀρίστων γίνεται βελευμάτων.

*Quicumque Philosophicis se dant laboribus
Addiscunt per vitam compescere ventrem.
Videlicet frugalitas est Magistra
Sapientium optimorumque Consiliorum.*

Nec tamen talis ὑπωπιασμὸς a Christiana Philosophia ali-
enus, quippe quæ & ipsa cupiditatibus τὴν νέκρωσιν &
τῆς κοιλίας ἀφανισμόν indixit 1. Cor. VI. 13. τὰ βρώματα
τῆ κοιλίας καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην
καὶ ταῦτα καταργήσει. Quin ipse etiam Servator fortius
jejunium inculcasse putandus est Matt. XVII. 21. Marc.
IX. 29. ubi νηστείαν & προσευχὴν conjunxit.

CCCLXII.

VESTIMENTVM PVTATO ANIMÆ ESSE
CORPVS TVVM, MVNDVM IGITVR ID
CONSERVA.

Bra

Brasichellensis inter Sententias damnatas retulit. Ratio-
nem quæro, non invenio. Commode profecto hac Corpus, Ani-
ma vestis, sit
purum.
adumbratione corporis sub veste poterat uti, quippe
quam nec ipse Deus fuerat aspernatus. *Augustinus* ad
Ps. CII. v. 26. ubi *David* de cœlorum mutatione locu-
tus erat: *Quid est secundum vestimentum?* R. *Secundum*
corpus. Vestimentum enim animæ corpus. Dominus enim
vestimentum nominavit, dum ait: Nonne anima plus est
quam esca, & corpus plus quam vestimentum? Et iterum
ad v. 28. *Vestem audiens coopertorium audis, & aliud*
quam corpus intelligis? Ex hoc accurati *Patris* suffragio
noscere licet, & *Sixti* ævo, & posterioribus, non inso-
lens fuisse, corpus nostrum cum veste comparare, sed
illud impune etiam per provocationem ad exempla di-
vina licuisse. Possunt & alia reperiri, ubi quum homi-
ni ad gloriam instaurato vestitus adscribatur, non pu-
tandum, illam clarificationem ad solam animam, non
vero simul ad corpus pertinere. Cum *Sixto Clemens*
Alex. eadem usus est similitudine, quando *Salomonis* ver-
ba *Prov. XXXIII. 21.* οἰνοπότης ἐνδύσεται ῥακώδη, sic explicat:
ὁπῶ γὰρ ἁμαρτωλῶ τὰ διεξρογότα τῆ ὕφους τῆ σαρκικῆ φιληδονί-
αις κατετρυμμένα δι ὧν ἡ αἰχὺνη ἐνδοθεν τῆς ψυχῆς ἐπιθεω-
ρεῖται ἡ ἁμαρτία, δι ἧν ἐδὲ σωθήσεται ῥαδίως τὸ ὕφος, τὸ ἀπε-
απασμένον πάντοτεν εἰς πολλὰς κατασπώμενος ἐπιθυμίας τὸ
ἀπεχρισμένον τῆς σωτηρίας. Anne vero hic ipse *Clemens*
corpus humanum cum veste comparavit? ante quem
Paulus frequentissime hoc indumenti Symbolo usus est,
quum de anima pariter corporeque locutus est. Vid.
2. *Cor. IV.* Cur igitur *Brasichellensis* hanc comparisonem
non tulit? Opinor hanc ejus singularitatem e calumni-
is gentium natam esse, quando Christianis objiciebant,
quasi corpus anima præstantius habuerint. Vid. *Origenes*
contra

contra *Celsum* lib. IIX. p. 409. ubi id ἔγκλημα πολλοῖς λεγόμενον dixit: Vel ad *Marcionitas* respexisse, qui corpus ultra meritum destruebant, vid. *Clemens* p. 638. ut adeo censori ista cum veste comparatio inconcinna aut conditoris beneficio impar visa fuerit. Aut vel eo saltem nomine displicuit, quod Stoici eandem de corpore opinionem habuerint. Vid. *Seneca* Ep. XCII. Edit. Lips. p. 585. *Mundæ vestis electio appetenda est homini. Natura enim homo mundum & elegans animal est. Quod de Veste dixi, idem de corpore me existima dicere. Nam hoc quoque natura, ut quandam vestem, animo circumdedit. Velamentum ejus est.* Vid. *Hieron. Zanchius* lib. II. de anima C. VI. §. V.

CCCLXIII.

QUALIA GESSERIT ANIMA STUDIA CORPVS INHABITANS, TALES HABEBIT TESTES IN JVDICIO.

*Actiones
animæ Te-
stes in Judi-
cio.*

Ad *Johannis* verba Apocalyptica animum intendit. Apoc. XIV. 13. Τα δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολοθεῖ μετ' αὐτῶν. Frequenter hac Prosopopoeia Patres usi sunt, ut quod Deus per se noverat, quasi ex præsentia corporum intueri fingeretur. Unde & peccata sæpe, quasi ex somno evigilarent, clamoremque & testimonium ederent, vindictamque flagitarent, sistuntur. Multus in hoc Schemate depingendo est *Dorotheus* Doctr. XII. πάντα ἐξέρχεται μετ' αὐτῶν.

CCCLXIV.

IMMUNDAM ANIMAM SIBI DÆMONES IMMUNDI VINDICANT.

*Impura
Anima Dæ-
monum do-
micilium.*

Oracula S. id sapissime comprobant. *Sixtus* & illa & *Clementem* sequitur *Pædag.* I II. ὁ παλίμβολος ὄφεις ἐκείνος δια-

διαβρωστικῶν τὸ νοερόν τῆ ἀνθρώπου διὰ τῆς φιλοδοξίας χηρα-
 μὸν ἔχει τὴν ψυχὴν πάντα φαρμάκων ὀλεθρίων ἐμπλήσας,
 καὶ τὸν ἑαυτῆ τῆς πλάνης ἐνερευξάμενος ἴδον, μετεσκέυαστε τὰς
 γυναῖκας εἰς πόρναις ὁ προαγωγὸς ἔτος δράκων. *Seduc̄tor ille*
Serpens, qui mentis exedit intelligentiam per gloriæ cupi-
ditatem, pro spelunca habet animam, & cum omnia exitia-
bilibus venenis impleverit, & erroris sui virus erucl̄averit,
mulieres in meretrices transformat hic draco. Idem vero
 Strom. II. p. 284. quasi oculis illam Spirituum adversus
 mentem vidisset pugnam, ait: αἱ δυνάμεις φαντασίας δε-
 λεαστικὰς περιτέινουσι ταῖς ἐνεπιφόροις ψυχαῖς, καθάπερ οἱ
 ἀπελαύνοντες τὰ θρέμματα, θαλάσῃ προσιέντες ἔτα κατα-
 σοφιστάμεναι τῆς μὴ διακρίνειν δυναθέντας, ἄγασσι δελωσάμεναι.
Potestates ejusmodi inescantes imagines iis, quæ facile sedu-
ci possunt, animabus protendunt, quemadmodum qui pe-
cora abigunt, eis frondes porrigunt. Deinde quum eos astu
circumvenerint, qui non possunt veram voluptatem a falsa
discernere, ducunt in servitutem. Erudite vero Basilidem,
Isidorum & Valentinum refutavit, qui ipsos affectus hos
 esse dæmones dictitaverant. p. 488.

CCCLXV.

FIDELIEM ANIMAM ET BONAM IN VIA
 DEI MALI DÆMONES NON IMPEDI-
 UNT.

Ex Johanne depromit I. Jo. IV. & V. 18. ἔγεννηθῆς ἐκ *Fidelis a*
 Θεῶ τῆρεῖ ἑαυτὸν, καὶ ὁ πονηρὸς ἔχ ἄπτεται αὐτῆ. Non ut *Dæmonibus*
 non tentet, sed ne subjuget Rom. XVI. 20. Eph. VI. Joh. *impediri*
 XIV. 30. Quæ autem sit anima bona, jam a Sixto antea *non potest.*
 explicatum est, & a Clemente p. 355. & 423.

CCCLXVI.

VERBUM DE DEO NON OMNI HOMINI
 COMMITTAS.

Ri

Non

*Verbum Dei
caute com-
munican-
dum.*

Non ignorabat *Sixtus*, Evangelium regni omni *κτλ* an-
nunciandum, & ἐπὶ τῶν δαμάτων publicandum esse *Matt. X.*
Attamen juxta recordabatur, has margaritas porcis
easdem conculcaturis projiciendas non esse. *Matt. VII.*
6. Nulli enim nisi audituro dicendum est, & stulta cura
est, quæ spem non habet. Infructuosus labor, ubi non
recipit probationem pravus auditor. Labor vanus of-
ferre lumen cæco, sermonem surdo, sapientiam bruto.
Hæc & alia apud *Pricæum* legas ad *Cap. VI. Matthæi &*
Act. Apost. C. XIII. 46. ubi nos probationis labore sub-
levavit, *Sixtum* cum *Scriptura S.* ac *Patribus* probatissi-
mis locutum esse.

CCCLXVII.

NON EST TUTUM AUDIRE DE DEO HO-
MINES, VANÆ GLORIÆ JACTANTIA
CORRUPTOS.

*Vani Docto-
res non au-
diendi.*

Ad utrumque docentium & audientium genus ista ver-
ba accommodari possunt. Non enim tutum est, audire
Doctorem *κενόδοξον*, quippe qui non Dei dogmata, sed
sua somnia, infelicisque *δοκησιοφίας* fructus edet, nec
Numinis, sed suam gloriam quæret; nec vicissim tutum
est, verbum audire homines *κενοδόξους*, quibus *Mysterium*
Redemptionis in humilitate & *κενώσει* peractum, atque
in exemplum imitationis propositum in nauseam &
fastidium cedit. Quis igitur dubitet hanc *Sixti* regulam
Paulinis Oraculis simillimam esse?

CCCLXVIII.

DE DEO ETIAM, QUÆ VERA SUNT, LOQUI
PERICULUM EST, ET NON PARVUM.

*Loqui de Deo
arduum.*

Convenire hæc videtur *Sententia* cum *XXI.* quæ & *In-*
terpretationis loco adhiberi debet. Potest enim utique
er-

errare Verbi divini Oeconomus, si non satis caste illum adierit thesaurum, si non suo tempore & loco, si non digno receptaculo eundem reposuerit, si nimium aut parum eidem tribuerit, si cum eo furiosi instar egerit, & imprudenti Zelo, mortiferi instar teli, eum adhibuerit. Nimium igitur Censorem egit *Brasichellensis*, cum hanc Sententiam reprobis accensendam statuit. Vid. *Clemens* p. 319. & *Nicol. Cusanus*, qui in omnibus pene monumentis suis illud egit, quod *Sixtus* brevi Oraculo comprehendit.

CCCLXIX.

DE DEO NIHIL DICAS, QUOD NON DIDICERIS A DEO, VEL EI, QUI NON CREDIT ESSE DEUM, DE DEO NIHIL LOQUARIS.

Prior Sententiæ Pars docentium munus & linguam intra limites constringit, ne quid dogmatum loco, nisi quod divina Sapiencia tradiderit, proferant. Quam providentiam ipse Servator Comitem habuit, eamque Paulus, & quisquis non veterum secutus est. Vid. *Es.* VIII. 28. *Joh.* XIV. 24. ὁ λόγος, ὃν ἀκούετε, ἐκ ἐστὶν ἐμὸς, ἀλλὰ τὸ πέμψαντός με Πατρός. Paulus ad *Rom.* XV. ἔτολμήσω λαλεῖν τι, ὃν ἔκατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμῶ. *Clemens Strom.* II. p. 432. ἔκιδόηλτος οἱ ἐπιπνοὶ ἐκ Θεῶ λόγους προφέρουσιν· ἐδ' οἱ παρὰ τέτων ἐμπορευόμενοι, ἐδὲ μὴν πάγας, αἷς οἱ πολλοὶ τῶν σοφιστῶν τὸς νέες ἐμπλέκασσι· ἀλλ' ἐρευνῶσι τὰ βάθη τῶ Θεῶ τῆς περὶ τὰς προφητείας ἐπικρύψεως ἐπήβολοι γινόμενοι. Non adulterinas proferunt rationes, qui sunt a Deo inspirati, nec ii, qui ab eis mercantur, sed nec laqueos, quibus plerique Sophistæ adolescentes implicant; sed profunda Dei scrutantur, & ea assequuntur, quæ latent in prophetiis.

Id de Deo loquendum, quod ipse manifestavit.

Quid igitur *Brasichellenfis* hanc Sententiam ut *ν/εδηλον* & erroneam proferat, cuius tamen pondus Oraculis divinis continetur? Nec enim novum aliquod Verbum flagitavit, per Enthufiasmum editum, ut reliqua Verbi elogia ostendunt, sed illud tantum, quod ad constantem *διδασκαλίαν* Doctorum & discipulorum datum erat. Altera Sententiæ Pars nil continet, quod Oeconomix divinæ adversum, aut quod non in Christi ac Apostolorum praxi fuerit observatum, quorum ille ad se accedentibus vel fidem vel sibi metipfi silentium imperavit. Ubi igitur præ se ferret auditor ludibrium magis, quam discendi studium, mox audiendi jucunditate caruit. Id ipsum vero frequenter admodum studioseque *Clemens* inculcavit, e quo hanc pariter & sequentes Sententias depromtas puto. Uterque tamen non *ἀποτόμως* silentium imposuit, sed in his tantum, quæ ad mysteria spectabant, atque illud eo usque tantum, quoad auditores *θηρία* essent. Sic inquit *Clemens*: τῶν δὲ ἁγίων μεταδιδόναι τοῖς κυσὶν ἀπαγορεύεται, ΕΣΤ' ΑΝ' ΜΕΝ Η ΘΗΡΙΑ, quamdiu manserint fera. Non oportet enim iis, qui invidiosi, perturbati, & adhuc infideles moribus, & ad impudenter latrandum adversus veritatis inquisitionem parati, dare divinum & purum fluentem aquam vitæ. p. 432. πῶς γὰρ τέτων ὑπερφυσῶ θεωρίαν χωρήσαι ποτ' ἐν ψυχῇ, διαμαχομένης ἔνδον τῆς περὶ τὴν μάθησιν ἀπιστίας; *Quomodo admirabilem eorum contemplationem capere anima potuerit, si intus eorum, quæ discenda sunt, incredulitas adversetur?*

CCCLXX.

VERBUM VERUM UT DEUM HONORA.

Verbum di- In Prolegomenis diximus, *Sixtum* nobis videri per Verbum

bum

bum Servatorem indicasse; nec illam Sententiam mis-
sam facimus. Quod si vero quis de verbo προφορικῶν hanc
Gnomen acceptam velit, ille suo abundet sensu; neque
enim Verbo quicquam tribuit, quod non ob excellen-
tiam competat. Nolim ultra terminos illam honoris
conferendi comparationem cum Deo extendi, quum
τὸ ὡσπερ venerationis qualitatem, non æqualitatem de-
scribat, quod Whitakerus monuit. Nota sunt, quæ de
Verbi Excellentia ejusque Veneratione a Viris exquisi-
tis hoc adolescente Seculo disceptata sunt: Quo con-
flictu & verus honor assertus, nimius autem, aut vel
dicto insolens profligatus fuit. Add. i. Thess. II. 13. Joh.
VI. 63. XII. 48. 49. 50.

vinum hono-
randum.

CCCLXXI.

SI IMMUNIS NON ES A FLAGITIOSIS OPE-
RIBUS, DE DEO NIHIL DISCEPTES.

Verba Davidis Ps. XLIX. 16. Ἰνατί σὺ διηγῆ ταῖς δικαιομασίαις
μα, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μα διὰ σώματος σε. In-
terpres p. 960. ἀν δὲ κατεβρύπωνμένον καὶ κατεγνωσμένον ἔχων
τὸ συνειδὸς, ἐπιλαβέσθαι θρόνον σπύδεις διδασκαλικῆ, ἐπὶ ἀν κα-
τηγορηῆς κακίας, ἔχ ἑτέρων μῶλλον ἢ σαυτῆ κατηγορεῖς. Ταῦτα
δὲ χεῖλη κινεῖται μάτην, καὶ ἐπικατακρίσει τῆ λέγοντος. Quod
si contaminatam & damnatam habens conscientiam, sedem
doctorem ambias, quando malitiam reprehendis, non tam
alios quam temetipsum accusas. Labia temere moventur,
idque ad damnationem ejus qui loquitur. Addatur gravis-
sima Pauli Apostoli epanorthosis Rom. II. 18-24.

Flagitiosus
non loqua-
tur de Deo.

CCCLXXII.

SERMO VERUS DE DEO SERMO DEI EST.

i. Thess. II. 13. ἐδέξαθε ἃ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καθὼς ἐστιν

Rr 3

ἀλη-

ἀληθῶς, λόγον Θεῶ. Eadem ratione *Clemens Alex.* Ἀλήθεια ὁ λόγος· ὁ δὲ ἀπισήσας τῷ λέγοντι, ἠπίσησε τῷ Θεῷ. *Logos est Veritas. Qui non credit dicenti, non credit Deo.* p. 434. & p. 433. Ὁ πισεύσας ταῖς γραφαῖς θείαις, τὴν κρῖσιν βεβαίαν ἔχων ἀπόδειξιν ἀναντίρρητον, τὴν τῆς τὰς Γραφαῖς δεδορημένης φωνῆν λαμβάνει Θεῶ. *Qui divinis Scripturis firmo iudicio credit, demonstrationem, cui contradici nequit, Dei scilicet, qui Scripturas dedit, vocem accipit.*

CCCLXXIII.

SI SCIS, QUIN e) ACCEPTUM HABENT DE TE, QUOD DILIGAS DEUM, HI QUI TE AUDIUNT, TUNC EIS LOQUERE DE DEO.

Suscepturis Verbum, prædicandum est Verbum.

Cum Christiani omnes ingenti flagrarent studio, Veritatem divinam cum aliis communicandi, exque eo sæpe frustra mel illud effunderent: hic eos instruit, qua ratione in hoc charitatis officio versari deberent. Nempe si videret Veritatis Præco, se ob id ipsum existimari, quod verus Dei Veritatisque divinæ cultor esset, tum demum his amatoribus suis dogmata Christiana tradenda, quippe qui ex eo jam tum ediderint signum, Veritatem a se receptum iri. Id ipsum vero ex Praxi Paulina poterat didicisse, qui quum ad instar Angeli a Galatis receptus esset, in proferenda Veritate tanto largior extitit. Gal. IV. 14. 15. Simul tamen *Clementem* respexit, qui mutuam hanc Doctorem & Auditorum in docendo audiendoque promptitudinem cum sphaeræ lusu comparavit. Strom. II. p. 452. ὡσπερ τὸ σφαιρίζειν ἐκ ἐκ τῆς κατὰ τέχνην πέμποντος τὴν σφαῖραν ἡρηται μόνον, ἀλλὰ τῆς καὶ εὐρύθμως ἀποδεχομένης προσδεῖ αὐτῷ, ἵνα δὴ κατὰ νόμους τῆς σφαιρητικῆς τὸ γυμνάσιον ἐκτελήται. ἔτω

e) Paris. quod.

ἔτω καὶ τὴν διδασκαλίαν ἀξιόπιστον εἶναι συμβέβηκεν, ὅτ' αὖν ἡ
πίσις τῶν ἀκροωμένων, τέχνη τις, ὡς εἰπεῖν, ὑπάρχουσα φυσικῇ
κὴ πρὸς μάθησιν συλλαμβάνει ἔτε γὰρ τῆς ἀρίστης παιδείσεως
ὄφελός τι ἄνευ τῆς τῆ μανθάνοντος παραδοχῆς. *Quemadmo-
dum sphaeræ lusus non solum dependet ab eo, qui mittit ex
arte sphaeram, sed etiam alium requirit, qui eam numerosè
excipiat, ut ex sphaeræ legibus peragatur ludi exercitatio:
ita etiam doctrina tum demum fide digna esse cernitur,
quando fides eorum, qui audiunt, quæ est ars naturalis, ad
eam discendam confert. Neque enim optimæ doctrinæ ali-
qua est utilitas, nisi qui discit, probe eam suscipiat.*

CCCLXXIV.

OPERA CHARITATIS DEI PRÆCEDANT
ABS TE, ET TUNC SERMONEM FACI-
TO DE DEO.

Non Sixtus solus id flagitasse putandus, quum & Serva-
tor ejusque Legati experimentum Fidei hac ratione fe-
cerint. Et fuit hoc primum Veritatis ex animo expeti-
tæ tirocinium in ipsa Christianismi adolescentia. *Cle-
mens. Strom. I. p. 343. ὁ λόγος τὴν ψυχὴν, καὶ ἐπὶ καλο-
καγαθίαν προτρέπει μακρότερος δὲ ὁ περιδέξιος. Iterum: οἱ
λόγῳ ἀγαθῷ κεχηρημένοι συνεγγίζουσι τοῖς τὰ καλὰ τῶν ἔργων
ἐπιτελεῖσιν. Qui bona oratione utuntur, prope ad eos acce-
dunt, qui bonis factis utuntur. Pulcherrime Augustinus
in Exod. lib. II. Quæst. XCVI. ad Exod. XXIV. 3. Omnia
verba, quæ Dominus locutus est, FACIEMUS & AU-
DIEMUS. Videtur Ordo postulare, ut dicatur AUDI-
EMUS & FACIEMUS. Sed aliquis hic sensus latet.
Nam si audiemus pro eo positum est, quod est, INTEL-
LIGEMUS, prius oportet Verbis Dei reddere faciendi
Servitutem, ut ad Intelligentiam earum rerum, quæ ipso
præ*

*Susceptor
Verbi cari-
tatem exer-
ceat.*

præcipiente fiunt merito devotionis, qua non contemptæ sed factæ sunt, ipse perducatur. Hæc Sententia adeo Mahumeto placuit, ut eandem Alcorano inderet Sura LVIII. *Antimetis, ne præferatis ante allocutionem Vestram eleemosynas ob metum paupertatis. O qui credidistis, præferite ante allocutionem vestram eleemosynam. Hoc vobis melius erit, & purius.* Ludov. Maraccius calumniatus est ista verba, quasi Mahumetes sibi stipem offerri voluerit, quum tamen id tantum expetierit, ut qui se verum Moslemum profiteretur, professionem ab operibus charitatis inchoaret. Vid. *Alcoranus Maracc.* p. 707.

CCCLXXV.

IN MULTITUDINE DICERE DE DEO NON AUDEAS.

*Promiscuo
vulgo de Deo
non dicas.*

Hæc regula tantum ad ævi Sixtini conditionem restringenda, quo maxima audientium pars, gentilium adhuc superstitioni dedita, ex verbis perperam intellectis subfannandi accusandique fomitem arreptura erat. Quo accedebat etiam, ἡ διαβολὴ ξίφους διάκονος apud Clementem p. 343. quod quum ad Veritatis incrementum plus calamitatis & damni, quam incrementi allaturum esset, merito Sixtus illam intemperiem cohibuit, cumque ipso Clemens, præter quem nemo fortius de illa moderatione locutus est. Vid. Strom. I. p. 323. ubi ad Servatoris exemplum provocans ait: ἔ πολλοῖς ἀπεκάλυψεν, ἀ μὴ πολλῶν ἦν, ὀλίγοις δὲ οἷς προσήκειν ἠπίσατο, τοῖς οἷοις δὲ ἐκδέξασθαι καὶ τυπωθῆναι πρὸς αὐτά. Non ea revelavit multis, quæ non multorum erant, sed paucis, quibus sciebat convenire, qui & ea accipere possent, & ex eis informari. & p. 324. τὰ μὲν ἐκῶν παραπέμπομαι, ἐκλέγων ἐπισημόνως, φοβόμενος γράφειν, ἀ καὶ λέγειν ἐφυλαξάμην. ἔ τι πρὸ φθονῶν. ἔ γὰρ

ἔ γὰρ Δέμης δειδιῶς δὲ ἄρα περὶ τῶν ἐντυγχανόντων, μή τι
 ἑτέρως σφαλῆεν, καὶ παιδὶ μάχαιραν ὀρέγοντες εὐρεθῶμεν.
 Nonnulla consulto prætermitto, scienter faciens delectum, ti-
 mens scribere, quæ etiam cavi dicere, non utrique invi-
 dens (neque enim fas) sed iis metuens, qui in ea inciderint,
 ne in aliam forte partem accipientes laberentur, & puero
 gladium præbere inveniremur. Omnino certum est, Ve-
 teres hoc prudenti Silentio usos esse, præsertim in My-
 steriorum enarratione, quibus non intellectis, non mi-
 nor convitiandi occasio imperitis data est, atque Socra-
 tis auditoribus, quum amores ejus non intelligerent.
 Vid. Prov. XXIII. 8. 9. ἐξεμέσει αὐτὸν, καὶ λυμανεῖται τὰς
 λόγους οὐ τὰς καλὰς. Εἰς ὅσα ἀφρονος μηδὲν λέγε, μήποτε μυ-
 κτησίῃ τὰς συνετὰς λόγους.

CCCLXXVI.

VERBUM DE DEO PARCIUS PROFERTO
 MAGIS Ꝣ QUAM DE ANIMA.

Magno illius ætatis Sapientes pruritu laborabant, Divi-
 nitatem explicandi, quod Fragmenta Gnosticorum apud
 S. Ireneum reliqua testabuntur. Quas enim non inepti-
 as difficilesque ingenii nugas effuderunt? matrum in-
 star, quæ difficili partu non nisi monstra excludunt.
 Hos igitur coercet Sixtus, refrenandamque eorum libi-
 dinem suadet, aut saltem in eo argumento desudan-
 dum, quod luxurianti animo minus periculum pariat.
 Exempli autem loco materiam de Anima ponit, cujus
 recessus, etsi penetratu difficiles, minori tamen periculo
 inspicere judicavit. Videantur ea, quæ Augustinus, Cas-
 siodorus, Boëthius, aliique de Anima scripserunt. Igi-
 tur existimo, Sixtum ab illis studiis Sapientum animos
 avocasse, quæ D. Paulus sub Genealogiarum Vocabulo

De Deo par-
 ce loquen-
 dum.

SS

pro-

proscripsit. i. Tim. I. 4. Tit. III. 9. Non enim intellexit Genealogias Gentium, nec Judæorum, sed ad illos homines respexit, qui in Divinitatem puram & simplicem atque imperscrutabilem Genealogias introducebant, quod Gnosticorum erat. Vid. *Renatus Massuetus ad Ireneum*, ubi de conjugationibus Æonum, Dissert. præv. XVII. §. V. &c. & maxime Rev. *Buddeus* Diss. de *Valentinianis*.

CCCLXXVII.

MELIUS EST ANIMAM PERDERE, QVAM VERBUM VANVM DE DEO PROFERRE. g)

Minori periculo de Anima disputatur.

Perdendi Vocabulum ita interpretandum puto, ut statuat Sixtus, non tam periculosum falsa quædam in animæ indagazione dici, quam si falsa de summo rerum principio proferantur. Si enim perditio, æternam animæ designaret cladem, quid lucri? sive illa clades attrahatur per hanc, sive per aliam rationem. Unde sic censet Sixtus: Melius esse in definiendis animæ qualitatibus contra illius dignitatem & excellentiam aliquid dici, quam contra dignitatem Dei, quippe qui errores non nisi ignem & flammam, tanquam comites secum trahunt.

CCCLXXVIII.

VIRI AMANTIS DEUM CORPORIS POTESTATEM HABET LEO ET TYRANNVS SIMILITER.

Fidelis persecutori obnoxius.

De Martyrio Christianorum loquitur, cujus oblivisci non poterat, quum & Servator in Sermonibus ad Apostolos habitis, id prædixisset, Vid. *Orig. Cohort. ad Mart. p. 195.* ipsaque illius prædictio vivente Sixto imple-

g) Hæc Sententia in Paris. & Lugd. cum priore jungitur.

pleretur. Habuit vero in hac Sectatorem *Clementem*, qui de Martyrio graphice scripsit, dum *Origenem*, cujus de Martyrio efficacissima ad *Ambrosium & Protoctetum* adhortatio a *Rudolpho Wettstenio Basileæ 1674.* edita, cuicunque Lectori satisfaciet: tum *Cyprianum & Tertulianum*, magno verborum rationumque pondere idem factitantes. Utitur autem ad violentiam hostium designandam Paulina phrasi 2. Tim. IV. 17. quam *Pricæus* multiplici aliorum suffragio stabilivit. *Origenes* Cohort. ad Mart. p. 197. μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι τὸ σῶμα, καὶν θέλωσιν, ἔδύνανται τὴν ψυχὴν ἀποκτεῖναι· ἀλλ' ἔδὲ ἔχουσι τι περισσότερον.

CCCLXXIX.

CVM TIBI MINATVR TYRANNVS, CVJVS
SIS, TVNC MAXIME MEMOR ESTO.

Frequens hæc Sixti commonitio, ut filios se esse Dei pii recordarentur. Hic vero amplius aliquid flagitare videtur, nempe ut memores essent pacti, quo in Societatem divinam suscepti sint. *Origenes* p. 199. θεωρητέον ὅτι ὁ ὁμολογῶν ἐν τῷ υἱῷ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, συνίστησι χριστιανισμόν καὶ τὸν Πατέρα τῷ χριστιανισμῷ. & p. 172. τῆτο χρεὶ ὑμᾶς εἰδέναί, ὅτι τὰς καλεσμένας τῷ Θεῷ διαθήκας, ἐπὶ συνθήκας παρεδεξάμεθα. Hanc vero συνθήκην in se completi asserit abnegationem sui, crucis amplexum, vitæ patientem jacturam. Quod iterum alibi: ἐν ταῖς περὶ Θεοσεβείαν θήκας πάλα τοῖς κατηχῆσιν ὑμεῖς ἀπεκρίθητε ἡμεῖς λατρεύτομεν Κυρίῳ. Εἰ τοίνυν ὁ παραβὰς τὰς πρὸς ἀνθρώπους συνθήκας ἀσπονδὸς τις ἔσται, καὶ σωτηρίας ἀλλότριος· τί λεκτέον περὶ τῶν διὰ τῷ ἀρνείσθαι ἀθετέντων, ἃς ἔθεντο περὶ Θεῷ συνθήκας, καὶ παλινδρομῆντων πρὸς σατανᾶν.

In Persecutione Dei meminervis.

CCCLXXX.

VERBUM DE DEO QUI LOQVITVR IIS, QUI-
BVS NON LICET, PRODITOR DEI PV-
TANDVS EST.

*Intempesti-
vus verita-
tis Præco,
Proditor.*

Quum Sixtus in more positum habuerit, ut tectius paulo sua cogitata exponeret, ita his verbis disuadere voluit, ne sacros Codices traderent. Si enim pro sacrilegio habebatur, loqui de sacris, quibuscum non licebat; tanto magis erat sacrilegum, scripto tradere ea monumenta, quæ arma Fidei continebant. Hinc ignominiosum erat Traditorem haberi. Vid. *Tob. Pfanner* de Traditoribus & Libellaticis.

CCCLXXXI.

VERBUM DE DEO RETICERE PRÆSTAT
MAGIS, QVAM TEMERE LOQVI.

*De Deo silen-
dum potius
quam teme-
re loquen-
dum.*

Quum in omni Sermone ac Conversatione humana id maxime expediat, quanto magis in vita, tantum ad Sapientiam cœlestem composita, quæ longam *ἐχεμυθίαν* & *βραδυλογία* suadet. Existimo tamen hanc *ἀποχήν* avo Sixtino maxime imperatam esse, quo ob gentilem Philosophiam, adhuc tum rerum summam tenentem, non consultum erat, quicquid mysteriorum fidelibus traditum erat, ruptis veluti Cataractis in promiscuum vulgus effundere, idque ex præcepto Servatoris. Addi tamen possunt, quæ alii Gnomographi de hoc Capite scripserunt, qualia sunt, quæ apud *S. Maximum Confesorem* adversus temere disputantes Excerptorum XV. p. 578. leguntur; tum quæ *Nicol. Cusanus* habet *Apol. pro Ignorantia docta* p. 64. ubi inquit: *Omnes Theologiæ Mysticæ Doctores*, quorum certo non minimus Sixtus fuit, *id suasisse, ne illa sanctior doctrina de Deo ad indoctorum manus*

manus

manus perveniret; inde provocat ad Paulum, qui talia revelari noluerit, pauloque post ait: *Garrula Logica sacratissimæ Theologiæ potius obest quum confert.* Vid. Clemens p. 323. 327. 328. quanquam ille integros Libros hoc Præcepto impleverit.

CCCLXXXII.

QVI DICIT DE DEO, QVÆ NON SVNT,
CONTRA EVM FALSVM LOQVITVR.

Paulum Apostolum manifesto sequitur, etsi quæ Aposto- *Qui de Deo*
lus de singulari resurrectionis Capite dixerat, ad uni- *non loquitur*
versalem regulam transferat. Sic Paulus I Cor. XV, *verum, is lo-*
quum Christo resurrectionem adscripsisset, ait: *quitur fal-*
sum.
χριστός ἐκ ἐγήγερται, κενὸν τὸ κήρυγμα ἡμῶν. Ἐυρισκόμεθα
δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τῷ Θεῷ, ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τῷ
Θεῷ. Hic enim vero Paulus ait, contra Deum falsum
proferre testimonium eos, qui quod indecorum est Deo
proferunt; Johannes I Ep. C. II, 4. 5. hanc Sixti Sen-
tentiam in universum probat.

CCCLXXXIII.

HOMO QVI NIHIL HABET, QVOD DICAT
DE DEO, VERE DESERTVS EST A DEO.

Ad morem respicit Christianorum in Agapis accumben- *Miser, qui*
tium, quo quisquis illorum relictus cibo, ad frugalitatis *nescit Ex-*
ac temperantiæ documentum, tenebatur in laudem Nu- *cellentiam*
minis ac Servatoris aliquid dicere, teste *Tertulliano*
Apol. pro Christianis scripto. Jam quum verosimile
sit, nonnullos tergiversatos esse ignorantia aut incapa-
citate obtentu, Sixtus arguit, talem in efferendo lau-
dandoque Deo pauperiem, crassam dicturi *ἀγνοίαν* &
ignorantiam denotare. Vid. Ps. XLV. 2. LI. 16. 17. LXXI.

22. 23. 24. &c. Joh. IV. 14. VII. 38. Inhabitatio enim divina omnino disertum hominem ad proferendam Numinis laudem facit.

CCCLXXXIV.

DEVM NON COGNOVIT, QVI NON COLIT.

Ignorat Deum qui non colit.

Ex vera enim cognitione verus fuit cultus, nisi illa cognitio interturbetur. Rom. I. 21. Videtur sane *Sixtus* ita statuisse ex vera & certa cognitione verum certumque oriri cultum, quod ex *Clemente* hauserat, qui μόνον τὸν Γνωστικὸν εἶναι Θεοσεβῆ statuit Strom. VII. p. 828. & iterum: ὁ τὸν τῶ ὄντι Θεὸν ἐγνωκώς, μάτην ἄθεος ἀποκαλεῖται. At multi de illa cognitione falso gloriantur, aut in superficiali cognitione cum gentilibus acquiescunt, ex quo vel cultus veri omisso, aut depravatio sequitur. *Clemens Alex.* toto libro Strom. VII. id agit, ut ostendat, verum Gnosticum tantum in eo versari, ut Deum rite colat. Eodem loco modum hujus venerationis tradit, aitque eam in se continere ἐπιμέλειαν τῆς ψυχῆς καὶ ἀσχολίαν κατὰ τὴν ἀδιδίλειπτον ἀγάπην.

CCCLXXXV.

NON EST VERVM, QVOD DEVM COLAT,
QVI HOMINEM LÆDIT.

Qui nocet homini, Deum non colit.

Verosimile est de Vindicta privata *Sixtum* esse locutum. Quo loco plane *Servatoris* & *Johannis* mentem exprimit; quos antesignanos, Patres triseculares secuti sunt, interque eos *Clemens*, quem *Sixtus* in pauca redegit. Is, ut omnem a Deo læsionem alienam censet, cui quidem κόλασιν πρὸς τὸ χεῖρισμον, non vero τιμωρίαν & κανὲ ἀπόδοσιν tribuit: ita vero & a Gnostico sive Christiano talem læsionem longissime remotam cupit.

CCC-

CCCLXXXVI.

FVNDAMENTVM ET INITIVM EST CVL-
TVS DEI, AMARE DEI HOMINES.

Splendidum illud elogium interque vetustos Scriptores *Dilectio fons*
crebro obvium: τὸ ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ du- *cultus divi-*
plicem significatum habet, ut sacerdotibus aliquando *ni.*
& Clericis, nonnunquam vero & sinceræ pietatis Cul-
toribus tribuatur. Dictumque jam nobis est de illa
formula ad Sententiam Sixti II. Existimo autem hic la-
tiori sensu accipi, de quovis homine, qui se Deo addi-
xit, cui quodcunque beneficentiæ & benevolentia gen-
us exhibendum censet. *Clemens Strom. VII. hoc Gno-*
stici opus primarium statuit: δίκαισύνης αὐτῆς πρῶτον ἔργον
τὸ μετὰ τὸν ὁμοφύλων φιλεῖν διάγειν, ταύτη καὶ μεταδοτικὸς
ᾧν ἂν ἦ κεκτημένος. *Ejus justitiæ primum munus est, amore*
eos complecti, qui sunt ejusdem generis. Ea ratione luben-
ter quoque impertit & communicat, si possideat.

CCCLXXXVII.

QVI HOMINVM CVRAM GERIT, ET ORAT
DEVM PRO EIS, ISTE VERE A DEO ES-
SE PVTANDVS EST.

Sancti Ecclesiæ succrescentis Patres amorem divinum *A Deo est,*
erga nos exemplum imitationis esse voluerunt; de Deo *qui homini*
autem dixerunt: πρόσκειται αἰεὶ τῷ Θεῷ τὴν ἀνθρώπινην *opitulatur.*
ἀγέλην σώζειν. *Clemens p. 98.* Ex quo voluere hominem
excellentissimæ hujus Naturæ imitatore esse: λῶϊον καὶ
ἀμεινον τῆς ἀρίστης τῶν ὄντων ἕστιάς μιμητὴς γενέσθαι. Atque
id expressis verbis adstruit *Strom. I.* σωθῆναι γὰρ καὶ ἀνά-
ραθαι τοῖς σώζεσθαι γλιχομένοις βέλτιστον ἔστιν. *Servare enim*
& opem iis ferre, qui servari cupiunt puto esse optimum.

P. 344. Quod vero talis a Deo fit, illud idem *Sixtus* ex Strom. Clem. depromsit: τῷ ὄντι εἰκὼν τῆ Θεῆ ἀνθρώπος ἐνεργετῶν, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἐνεργεθεῖται ὡσπερ γὰρ ὁ κυβερνήτης ἅμα σώζει καὶ σώζεται. *Revera Dei est Imago homo benefaciens. Qua in re ipse etiam beneficio afficitur. Nam sicut gubernator simul servat & servatur.* p. 483. Addatur p. 830. 873. 876. 880. 881. Et si igitur satis appareat, *Clementis Verba a Sixto delibata*, poterant tamen in *Servatorem* dirigi, quum is ipse fit, qui hominum curam gerit, & intercedit pro illis, & a Deo fuisse, vel hostium testimonio existimatus fuit.

CCCLXXXVIII.

DEO PROPRIUM EST SALVARE, QVOS DIGNOS JUDICAT.

*Opitulari
divinum.*

Hanc Gnomen ex noto sibi ac sæpe salutato *Clementis* thesauro depromsit, reperitque *Parænesi ad Gentes* p. 89. *Digni* autem sunt, non qui semetipsos dignos reddiderunt, sed ἱκανοὶ a Deo facti, quum illis salutis præcepta, cognoscendæque voluntatis facultatem dederit.

CCCLXXXIX.

CULTORIS AVTEM DEI EST, ORARE DEVM PRO SALVTE HOMINVM.

*Supplicare
pro aliis
piam.*

Quis dubitet, hæc verba cum præceptis Apostolicis quam maxime convenire, quæ ut in omni *Sententiarum* catena secutus est, ita vero & *Clementem*, qui ideo animam hominis pii cultorisque divini *Aram Numinis* dixit. Strom. VII. p. 848. βωμὸς ἀληθῶς ἅγιος ἢ δικαία ψυχῆ. Qua vero alia ratione id fieret, nisi per oblationem precum pro se & aliis? Atque idem illud pietatis exercendæ caput *Clem. Alexandrinus* explicuit Strom. VII. Sect. VIII. IX. ostendens juxta, huic officio non expressis ore precibus tantum, sed mentis exercitio satis fieri.

CCC-

CCCXC.

QUVM ORANTI TIBI PRÆSTITUM FVE-
RIT, QVOD POPOSCISTI A DEO, TUNC
TIBI POTESTATEM A DEO PERMISSAM
INTELLIGE.

Hæc de his intelligenda sunt, quæ Gnosticus a Deo pe- *Exauditus*
tenda novit, juxta Numinis voluntatem. Petit autem se- *pretium tui*
cundum *Clementem* utilia, quæque pertinent ad Salutem, *apud Deum*
non alia, etsi pulcherrima videantur. Id quod pulchra *cognosce.*
ad Deum apostrophe expressit; εὐχόμεθα δὲ τὰ συμφέρον-
τα, ἕχ ὡς καθήκοντως τῷ αἰτεῖν τὰ κάλλιστα παρὰ σοῦ. *Pre-*
camur autem quæ sunt utilia, quum non conveniat a te pe-
tere, quæ sunt pulcherrima. p. 875. Ac de his statuit,
quod Gnosticus ea accipiat; τὰ συμφέροντα παραχρηῖμα
λήψεται p. 876. addit, ex hac precum exauditione Gnostico
certitudinem nasci, sibi Deum sollicitandi potestatem
datam esse. Non enim Gnosticus petit, sed poscit: αἰδε-
ται γὰρ τῆς δωρεᾶς, ἧς ἔλαβεν, ἄξιός γάρ γε γένόμενος τῷ τυχεῖν,
καὶ μετὰ τὴν ἐκ δαλείας εἰς υἰοθεσίαν ἀνακόλυσθαι τῆ ἐπισημῆ p. 882.
Sentit enim donum, quod accepit, ut qui dignus sit habitus, qui
consequeretur, & translatus sit a Servitute in Filiorum ado-
ptionem, consequenter Scientiæ. Eccur vero *Clementem* pro-
fero, quum ex *Johannis* potius *Paradiso* illum hunc de-
cerptisse florem plane constet? Vid. I. Joh. V. 14. 15. αὕτη
ἐστὶν ἡ παρρησία, ἣν ἔχομεν πρὸς αὐτὸν, ὅτι εἰάν τι αἰτώμεθα κα-
τὰ τὸ θελημα αὐτοῦ, ἀκούει ἡμῶν. Καὶ εἰάν οἶδαμεν, ὅτι ἀκούει
ἡμῶν, ὁ ἂν αἰτώμεθα, Οἶδαμεν ὅτι ἔχομεν τὰ αἰτήματα,
ἃ ἠτήκαμεν παρ' αὐτοῦ. Cur igitur *Hieronimus* *Johannis*
verba gentilissimis adscripsit? & cur illius Sectatores
talpas potius, quam oculatos homines agere voluerunt?

Tt

CCC.

CCCXCI.

DIGNVS DEO HOMO DEVS EST IN HOMI-
NIBVS.*Deo placens
divinus Ho-
mo est.*

De illa toties totiesque veteribus repetita Ἀποθεώσει πιο-
rum, suis tamen ubique terminis circumscripta, in Pro-
legomenis a nobis dictum declaratumque, hanc ita lo-
quendi impunitatem ex divinis Oraculis derivatam, teste
Pottero, *Clementis* Scholiaste. Cur igitur insultamus
Sixto, qui illos pariter antesignanos, præsertimque *Cle-
mentem* suum in ea ducem habuit. Ita vero ille laudato
libro VII. Strom. p. 890. scribit: Ὅδ' ἐκ τῆς δε τῆς ἀπάτης πα-
λιδρομήσας κατακέσας τῶν γραφῶν, καὶ τὸν ἑαυτῶ βίον ἐπι-
σρέψας τῇ ἀληθείᾳ, οἷον ἐξ ἀνθρώπου ΘΕΟΣ ἀποτελεῖται.
*Qui autem ex hoc errore reversus obediit Scripturis, &
vitam suam permisit Veritati, Deus quodammodo ex homine
efficitur.* Id quod repetit p. 894. Ὁ τῶ Κυρίῳ πειθόμενος,
καὶ τῇ δοθείσῃ δι' αὐτῶ κατακολεθήσας προφητεία, τελέως ἐκτελεῖ-
ται κατ' εἰκόνα τῶ διδασκάλου, ἐν σαρκὶ περιπολῶν Θεός. *Qui
paret Domino, & per eum datam sequitur prophetiam,
perfecte efficitur ad Magistri Imaginem, Deus in carne ver-
satur.* Et si vero illud sine tergiversatione statuant, cau-
tiones tamen illorum ubique adhibentur, quæ in hisce
testimoniis sub particulis restrictivis οἷον Θεός, & ἐν σαρκὶ
Θεός comprehenduntur; quas tamen Interpretes ali-
quando temere neglexerunt. Tales enim restrictiones
κεδόν, ὡς φάναι, ὡς ἔθος εἰπεῖν, οἷον, latis innuunt, illis
utentes non temere, neque absque capistro suis asserti-
onibus uti voluisse. Et fatetur *Clemens* in thesibus hisce,
insoliti quippiam Gnostico tribuentibus, longe infra di-
vinam paritatem consistendum esse. Οὐδὲν τέτων, καὶ τι
μέγιστον ὃν εἰς ὁμοιότητα Θεῶ παραλαμβάνεται· ἔ γὰρ καθάπερ
εἰ Στωϊκοὶ ἀθέως πάνυ, τὴν αὐτὴν ἀρετὴν ἀνθρώπου λέγομεν καὶ
Θεῶ

Θεῶ· ἀδύνατον γὰρ καὶ ἀμήχανον, ὡς ὁ Θεός ἐστι, γενέσθαι τινὸς τέλειον. *Nihil ex his, etsi sit maximum, assumitur ad Dei similitudinem: Non enim ut Stoici valde impie hominis & Dei eandem esse, dicimus virtutem, nequaquam enim fieri potest, ut sit quis perfectus.* Strom. VII. p. 886. Debent igitur talia sano sensu accipi, quod Cardinalis Cusanus monet, dum libro de *Dato Patris Luminum, Trismegisto* concessit, hominem Deum humanatum dici posse. p. 287.

CCCXCII.

MELIVS EST NIHIL HABERE, QVAM MVLT-
TA HABENTEM NIHIL IMPERTIRI.

Pondus in eo, quod ab inope nihil jure posci queat, a *Præstat Ege-
stas divitiis
avaris.*
Locuplete vero abundantanti ratio accepti & expensi poscatur. Quod quum in Spiritualibus quoque valeat, ut melius sit viam Veritatis non agnovisse, quam post scientiam ejus, contemptum & conculcationem, pœnas sibi coacervasse, tanto hercle facilius id de abusu Bonorum temporalium affirmari potest, in id tantum acceptorum, ut cum indigis & egenis ea communicentur. *Κρεῖττον ἦν αὐτοῖς τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης μὴ ἐπεγνωκέναι, ἢ ἐπιγνωσιν ἐπιστρέψαι ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἀγίας ἐντολῆς.* 2. Pet. II. v. 21.

CCCXCIII.

SI NON DAS EGENTI, QVVM POSCIT, NON
ACCIPIS A DEO, QVVM POPOSCERIS.

Et hæc & antecedens cœlestem Dictatorem sapit Prov. *Pauperi du-
rus, invisus
Deo.*
XXI. 21. *Ὁς φράσσει τὰ ὦτα αὐτοῦ, τὸ μὴ ἐπακῆσαι ἀδελφεῖς,
καὶ αὐτὸς ἐπικαλέσεται, καὶ ἐκ ἔσου ὁ εἰσακθῶν.* Qua igitur ratione hæc Sententia ut *περίφημα* conculcari debet?

CCCXCIV.

QVI EX ANIMO DAT CIBVM INDIGENTI,
PARVM QVIDEM EST QVOD DAT, SED
MAGNA FIET EI BONÆ VOLVNTATIS
RETRIBVTIO.

*Benignus
pro parvis
magna reci-
pit.*

Aut illa erit amplectenda Sententia, aut Servatoris & omnium Prophetarum doctrina proscribenda, quippe quæ illud pietatis officium pariter atque benignam ejus compensationem pollicetur. Ps. XLI. 2. 3. 4. ubi *Hera- cleota*: Ὁυ μόνον δὲ τῶν μελλόντων ἀπολαύσεται ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον τῆς θείας τεύξεται προμηθείας. Vid. & Mat. XXV. 35. Utilis præterea hæc Sententia ad refutandam illorum proterviam, qui hæctenus illam benefaciendi virtutem inter res plane indifferentes retulerunt.

CCCXCV.

DEVM QVI PVTAT ESSE, ET NIHIL AB EO
CVRARI, NIHIL DIFFERT AB EO, QVI
NON CREDIT ESSE DEVM.

*Atheus qui
Providenti-
am negat.*

Debet hæc Sententia conferri cum antecedente CCC-XXIV. unde plane constat, auctorem non esse Gentilem, neque hæreticum, sed Christianum: quorum quum illa ætate præcipuum opus esset, refellere tum Philosophos gentiles, tum & gentiles ad Christianismum accedentes, sed nondum prorsus ab opinionibus Sapientiæ profanæ liberatos; ita de providentia graviter divina dixerunt, eamque ad minimarum rerum curam se extendere comprobauerunt. Deprehenditur vero hic iterum Sixtus expressisse Clementem, eaque in nucleum conclusisse, quæ is libro Strom. VII. de Providentia scripserat; ibi namque ante omnia τῶ ΔΟΓΩ τῆς προνοίας elogium dedit p. 831.

ὅλος

Ὅλος νῆς, ὅλος φῶς πατρῶον, ὅλος ὀφθαλμός, πάντα ὄρων, πάντα ἀκέων, εἰδὼς πάντα, δυνάμει τὰς δυνάμεις ἐρευνῶν ἐν-
 τεῦθεν ἢ πρόνοια ἰδία καὶ δημοσία καὶ πανταχῶ p. 833. Λόγος
 καὶ ἢ τέττε πρόνοιοι πάντα μὲν ἐφορῶσα, μηδενὸς δὲ τῶν οἰκείων
 ἑαυτῆς παρορῶσα τὴν ἐπιμέλειαν. Δύναμις ἔν πατρικῇ ὑπάρ-
 χων περιγίνεται, ὧν ἂν ἐθέλη, ἔδὲ τὸ μικρότατον ἀπολείπων τῆς
 ἑαυτῆ διοικήσεως ἀφρόντισον. Δυνάμεως δὲ οἶμα τῆς μεγίστης ἢ
 πάντων τῶν μερῶν καὶ μέχρι τῆ μικροτάττε προσήκασα δι' ἀκρι-
 βείας ἐξέτασις πάντων. & p. 840. ὁ λόγος πάντῃ κεχυμένος,
 καὶ τὰ σμικρότατα τῶν τῆ βίε πράξεων ἐπιβλέπει. *Logos &*
ejus Providentia, quæ omnia quidem observat, nullius au-
tem ex iis, qui ad eam pertinent, despicit curationem. Cum
sit virtus paterna, facile superat ea, quæ voluerit, ne mi-
nimum quidem relinquens, cujus curam non gerat ejus admi-
nistratio. Maximæ potestatis est, ut arbitror, omnium par-
tium etiam usque ad minimam, accurata examinatio. it.
Verbum undiquaque effusum vel minima respicit ex iis,
quæ in vita geruntur.

CCCXCVI.

OPTIME HONORAT DEVM ILLE, QVI
 MENTEM SVAM, QVANTUM FIERI PO-
 TEST, SIMILEM DEO FACIT.

Oracula divina prorsus ista sapiunt, quæ illam honoran-
 di Numinis rationem, emergentemque ex eo similitu-
 dinem satis comprobant. Primo, Imitatio Patris Luc. VI.
 36. & Servatoris Eph. V. 1. Phil. II. imperata. Secundo,
 hanc Imitationem honori cedere Deo, Christus adstruit
 Joh. XV. 8. & Paulus I. Cor. VI. 20. I. Pet. IV. 16. Inde
 vero ad illam similitudinem & ὁμοίωσιν, suis tamen cir-
 cumscriptam terminis, hominem pervenire Paulus do-
 cet Rom. VIII. 29. 2. Cor. III. 18. I. Cor. XV. 46. Ecquid

*Bonus Dei
 cultor, qui
 Deum imita-
 tur.*

autem clarius, quam Sixtum addita cautela, *quantum fieri potest*, plane indicasse vastum illud discrimen, quod inter magnum Imitationis exemplum, & Imitatorem quoad perfectionis gradus intercedit, quodque significanti ratione *Nic. Cusanus*, etsi Scholastico more expressit. Pulchre profecto Clemens noster: *μάλις γὰρ ἀγαλμα θεῖον καὶ θεῶ προσεμφερὲς ἀνθρώπου δικαίᾳ ψυχῇ, ἐν ἧ διὰ τῆς τῶν παραγγελμάτων ὑπακοῆς τεμενίζεται καὶ ἐνιδρύεται ὁ πάντων ἡγεμῶν θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων βασιλεύς. Divinum maxime simulacrum & Deo simile est hominis pro-
bi animus, in quo per obsequium mandatis divinis præstitum, quasi in templo residet & excubat omnium Modera-
tor, mortalium pariter ac immortalium.*

CCCXCVII.

DEVS QVIDEM NEQVAQVAM (b) INDIGET,
LÆTATUR TAMEN SVPER HIS, QVI
INDIGENTIBVS TRIBVVNT.

*Beneficiis
latatur
Deus.*

Servatorem audis Mat. IX. 1. *πορευθέντες μάθετε, τί ἐστίν, ἔλεον θέλω, καὶ ἔ θυσίαν, & Hos. VI. 6. Prov. XXI. 3. Sir. XXXV. 4.*

CCCXCIIIX.

FIDELIVM PAVCA SINT VERBA, OPERA
AVTEM MVLTA.

*Fidelis di-
tior opere
quam Verbo.*

Convenit cum Jacobi Apostoli Sententia Cap. I. 5. Nam nihil frequentius a veteribus inculcatum videas, adeo ut vel solus *Isidorus Pelusiota* ducentas ea de re epistolas reliquerit.

CCCXCIX.

FIDELIS QUI LIBENTER VULT DOCERI,
OPERARIUS EFFICITUR VERITATIS.

Ex

b) Lugd. eget.

Ex Salomone hanc, ut innumeras alias Sententias, ha- *Amans do-*
 fit, qui ut totus in eo, ut calamitates contemtorum & *ctrina, com-*
 impiorum describat Prov. V. 12. 13. 14. sic totus in eo *pos virtutis.*
 est, ut felicitatem piorum, in obsequio versantium, cum
 omni sua pulchritudine sistat Prov. XXV. 17. Sir. IV. 12.
 13. &c. VI. 25.

CCCC.

PRÆPARA ET APTA TE AD TRIBULATIO-
 NES, ET LÆTUS ERIS.

E rivulis Siracidis haustum vides. Cap. II. I. Τέκνον, εἰ *Præparatus*
 προσέρχῃ δαλέσειν Κυρίῳ Θεῷ, ετοίμασον τὴν ψυχὴν σε εἰς πει- *ad Crucem*
 ρασμόν. Ἐυθυον τὴν καρδίαν σε, καὶ καρτέρησον, καὶ μὴ σπεύ- *invictus est.*
 σης ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς. Nec dubites *Sixtum* hoc brevi
 Nodo complexum, quæ Patres ipsum antecedentes aut
 pares in Cohortationibus ad Martyrium præscripserunt,
 quæque apud *Tertul.*, *Cyprianum*, *Origenem*, *Dionysium*
Alexandrinum legi possunt.

CCCCI.

NEMINEM LÆDENS NVLLVM TIMEBIS.

Corypheum sequitur Petrum I. Ep. III. 13. 14. τίς ὁ κακῶσων ὁ ἄκακος
 ὑμᾶς, εἰάν τῃ ἀγαθῇ μιμηταὶ γένηθε; ἀλλ' εἰ καὶ πάχοιτῃ διὰ ἄφοβος.
 δικαιοσύνην, μακάριοι τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, μηδὲ
 ταραχθῆτε. *Tertulianus* Apol. C. XXXVI. & XLV.

CCCCII.

TYRANNVS BEATITVDINEM NON AV-
 FERT.

Hic vero ipsum Servatorem exprimit Matt. X. v. 28. μὴ *Tyrannus*
 φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ *nil aufert.*
 δυναμένων ἀποκτεῖναι. Bene Fratrum *Macabæorum* alter
 2. Macc. VII. 9. σὺ μὲν ἀλάσως ἐκ τῆ παρόντος ἡμᾶς ζῆν ἀπο-
 λύεις,

λύεις, ὁ δὲ τῆ κόσμῳ βασιλεὺς ἀποθανόντας ἡμᾶς ὑπὲρ τῶν αὐτῆ νόμων εἰς αἰώνιον ἀναβίωσιν ζωῆς ἡμᾶς ἀναστήσει. Et tertius: παρ' αὐτῆ ταῦτα πάλιν ἐλπίζω κομίσασθαι. Et quartus: αἰρετὸν μεταλλάσσοντας ὑπ' ἀνθρώπων τὰς ὑπὸ τῆ Θεῷ προσδοκᾶν ἐλπίδας, πάλιν ἀναστήσεσθαι ὑπ' αὐτῆ. Et ipsa Mater plus quam virilis animi Fœmina: ὁ τῆ κόσμῳ κτίσης ὁ πλάσας ἀνθρώπου γένεσιν, καὶ πάντων ἐξευρῶν γένεσιν, καὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὴν ζωὴν ὑμῖν πάλιν ἀποδώσει μετ' ἐλέους. Tandem postremus eandem Beatitudinis spem ore moribundo cecinit. v. 36. οἱ μὲν γὰρ νῦν ἡμέτεροι ἀδελφοὶ βραχυὴν ὑπενέγκαντες πόνον, ἀεννάει ζωῆς ὑπὸ διαθήκην Θεῷ πεπτώκασι. Quæ confessio tantam, quotquot unquam extitere, Patribus admirationem iniecit, ut unanimi consensu in laudes horum Martyrum surrexerint, omnique eloquentiæ nisu concelebrarint. Quod constat ex Orationibus S. Chrysostomi, Gregorii Nazianzeni, Leonis M. Augustini, Gaudentii Brixienfis, Cæsarii Arelatensis, Ambrosii Mediolan. ad quos accessit Hildebertus Cenomanensis, qui carmine suo tempore nobili eosdem collaudavit.

CCCCIII.

QVOD FIERI NECESSE EST, VOLVNTARIE
SACRIFICATO.

Quod faciendum, sponte fiat.

Illa Deum venerandi promptitudo, ut requisita nunquam non fuit, sic & perpetim laudata. Davides divini cultus præcepta Salomoni daturus, hanc προθυμίαν injunxit. i. Chron. XXIX. 9. καὶ νῦν Σολομῶν υἱὲ γνῶθι τὸν Θεὸν τῶν πατέρων σου; καὶ δέλευε αὐτῷ ἐν καρδίᾳ τελείᾳ, καὶ ΨΥΧΗ ΘΕΛΟΥΣΗ, ὅτι πάσας καρδίας ἐτάζει κύριος, καὶ πᾶν ἐνθύμημα γινώσκει. Et Jeremias tanquam Messia characterem insinuavit, C. XXX. 21. quod in LXX. Virali Ver-

Ver-

Versione mira ordinis perturbatione, C. XXXVII. 21. absque illius emphaseos additamento, quam Ebraicus Codex habet, ubi in fonte: **כִּי מִי הוּא יְהוָה עֲרַב תָּנֶה**: **לְבֹ לְגִשְׁתִּי לְיְהוָה**. Acceptam vero Numini promptitudinem haberi Paulus 2. Cor. VIII. 10. testatur: *τὸ τοῦ μῖν συμφέρει, οἷτινες ἔ μόνον τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν προενήξασθε ἀπὸ πέρυσσι. Νυνὶ δὲ καὶ τὸ ποιῆσαι ἐπιτελέσατε ὅπως καθάπερ ἡ προθυμία τῶ θελεῖν, ἔτω καὶ τὸ ἐπιτελέσαι ἐκ τῶ ἔχειν.* Certe hic Paulus omnem animi, boni quippiam patrantis, qualitatem describit; nempe, illum *προθυμία* & *θελήσει* ante omnia instructum esse debere, hanc vero cum ipso apotelesmate jungendam. Alioquin etsi praxis aliqua præcedat absque *προθυμία*, eam ingrati neque *εὐπρόσδεκτον* fore pronuntiat. Ex adverso displicet Deo animi durities, robustis mediis expugnanda. Jer. XXXI. 32. eaque propter ab Apostolo Coryptheo mirum in modum dissuadetur 1. Pet. V. 2. *ποιμαίνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τῶ Θεῷ, ἐπισκοπεῖντες μὴ ἀναγκασῶς, ἀλλ' ἐκασίως.* Quæ licet ancipiti modo explicari queant, ne Pastoribus ad debitum persolvendum vis aliqua, aut ovibus etiam violentia inferatur; utroque tamen modo valent, cum Doctores sponte in vestigiis τῶ ἀρχιποιμένου incedere, auditores sponte sequi debeant. Quid hic Hieronymus conculcandum vidit?

CCCCIV.

QUOD NON OPORTET FIERI, NULLO MODO FACIAS.

Audis Syracidem Sixti Præcentorem Cap. III. v. 23. *‘A Injusta ne προσετάγη σοι, ταῦτα διανοῦ ὁσίως’ ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν ἔργων **fiant.*** *σε μὴ περιεργάζε.* Ea nempe tantum sunt facienda, quæ sunt *προσπεταγμένα* cetera quæ *περισσὰ* & *περιεργα*, plane sunt

Uu

sunt

sunt omittenda. Ex iis enim, quæ ex ὑπολήψει propria fiunt, non nisi titubatio & lapsus oritur. Paulus ex ordine faciendorum excludit τὰ μὴ συμφέροντα I. Cor. VI. 12. Nemini igitur tantum facultatis concedendum, ut ad ea patranda nos cogat: ἀλλ' ἐκ ἐξουσιασθήσομαι ὑπὸ τινός. Expungat hic Paulum Hieronymus, aut Sixtum dimittat.

CCCCV.

OMNEM MAGIS CAUSAM REFER AD DEUM.

Omnes Actiones ad Deum dirigenda.

Idem dixerunt nonnulli Philosophi, sed post publicatam Servatoris doctrinam: unde hujus veritatis decus non nisi ex illius Thesauro depromserunt. Et utinam illo furto bene usi essent, desides quippe, virtutumque Præcones magis, & adversus vitia diferti, quam certatores. De hac ΣΥΝΑΝΑΦΟΡΑ, sive omnium Actionum ad Deum relatione Antoninus imprimis dixit, hisque ac aliis Sententiis, doctrinam quasi divinam repræsentantibus, illius veritatem adulterari conatus est. vid. de isto Adulterio Tertull. Apol. c. 47. Clemens Alex. Str. I. p. 419. dum inter Platonis & Mosis scripta comparisonem instituit, illum ait φιλοσοφεῖν πρὸς τὸ ἀξίωμα τῆς ἐρανεῖς: Mosen vero πρὸς ἓνα Θεὸν ἀφορεῖν καὶ δικαιοπραγεῖν. Orig. contra Celsum L. 4. p. 200. Πάσης σοφίας πηγὴ καὶ ἀρχὴ πάντα πράσσειν κατ' ἀναφορὰν τῆς τῷ Θεῷ ἀρέσκειν.

CCCCVI.

NEMO SAPIENS VIR EST, QUI DEORUM RESPICIT.

Sapiens non retrospicit.

Sapientis πολίτευμα est ἐρανεῖον, ac Deus animo illuc avo-
laturο δωρεῖται τὸ πτερόν Cl. Al. p. 318. & ἡ ἀλήθεια εἰς ἐρανεῖον συνάγει. Ex quo convenit, ut qui degustavit τὴν δωρεάν τὴν ἐπιερανεῖον, perpetuo ejus retinendæ studio teneatur,
ne-

neque inferiora conculcata jam tum denuo appetat, sed ex sententia Pauli Philip. III. 14. τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος reperiatur. Pulchre Clemens Pædag. L. III. p. 304. ibi manendum suadet, ubi τὰ ὄντως ὄντα ἀγαθὰ. & Minutius Felix *Sacrilegii vel maximi instar censet, humi quærere, quod in sublimi debeas invenire.* vid. Edit. Herald. p. 20.

CCCCVII.

IMMENSE PHILOSOPHI LIBERTAS NON SIT IN HOMINE, SED IN ANIMA.

Magis apertum Sixtum habebimus, si reputemus ipsum hic inter libertatem corporis & animi distinxisse. *Libertas consistat in animo.* Vultus libertatem quærit in indulgentia vaga ac libero voluptatum usu, quibus & nervi & membra titillantur. Gnosticus in mente, quam nullis illigatam Cupiditatum laqueis concupiscit. Qua si gaudet, liber erit, si vel Letheo carceri includatur. Et hæc est illa Libertas, quam Servator Joan. VIII. 36. quamque Paulus Rom. VIII. 21. ad Gal. V. 1. & 13. prædicarunt. Ut igitur succumbere vitiis extrema Servitus, τὸ ὑποπεσεῖν καὶ παραχωρῆσαι τοῖς πάθεσιν, ἐχάτη δειλία Clem. p. 506. sic iis imperare summa libertas. ἔτως τὸ κρατεῖν τέτων ἐλευθερία μόνη.

CCCCVIII.

MENTIRI IN VITA DECIPERE EST ET DECIPI.

Possent isthæc ad Philosophiam Platoniam transferri, *Mendacium est deceptio.* quæ sigillatim τὸ ψεύδεσθαι per τὸ ἐξαπατᾶν descripsit. Ideone vero a Sixto non adducenda? præsertim quum ex communi omnis veritatis fonte hausta fuerint. Quis Poëtarum, inquit Tertullianus Apol. XLVII. quis Sophi-

starum, qui non omnino de Prophetarum fonte potaverit? Inde Philosophi sitim ingenii sui rigaverunt.

CCCCIX.

QUID SIT DEUS COGNOSCE, ET QUID IN
TE, QUOD COGNOSCIT DEUM.

*Deus & Ani-
mus noscen-
dus.*

Dividatur Sententia, & prior pars cum Oraculis divinis exacte conveniet, quum illa nil magis nisi Θεογνωσίαν & ἔρευναν flagitent. Altera pars an sit aliquid in homine, quod cognoscat Deum, disceptationi subjacet, sed solvendæ Oraculo Paulino divinam φανέρωσιν commemorante. Philosophi Christiani aliquid sibi reperisse persuaserunt, quod τὸ ἐνύπαρχον dixerunt, quod tamen quasi carbonem extinctum habuere. Sic Clemens Sixti antambulatio Str. L. I. Ἡ γραφή συνεχάπτει τὸ ζώπυρον τῆς ψυχῆς, καὶ συντένει τὸ οἰκεῖον ὄμμα πρὸς θεωρίαν τάχα μὲν τι καὶ ἐντιθεῖσα, οἷον ὁ ἐγκεντρίζων γεωργὸς, τὸ ἐνύπαρχον ἀνακινῆσαι. Accendit Scriptura igniculum animæ, & convenienter oculum dirigit ad contemplationem, fortasse quidem etiam aliquid immittens, ut is, qui inserit agricola, id autem quod inest excitans p. 321. Ex quo videmus Clementem in Homine agnovisse ἀποδεκτικόν τι, & ὄμμα οἰκεῖον & ζώπυρόν τι; attamen illud quasi mortuum, otiosum, & ἀργόν ab eo fuisse habitum, ut nec reviviscere, nec ad operationem aliquam progredi, nec fructus ferre queat, nisi illa συνέλαψις, ἀναζωπύρωσις, ἐνθεσις, ἐγκεντρίσμος, ἀνακίνησις accedat. Ad hanc vero Clementis Sententiam accessisse Sixtum ut ubique, reor: quod si enim illud τὸ ἐνύπαρχον per se satis habuisset validum, quid adhortatione opus fuisset, ut illud excoleretur? Nec obstat, Philosophos gentiles ista locutione usos: ostendimus

mus

mus enim jam tum retentas crebro illorum sententias, sed addito divinæ Sapientiæ sale castigatas esse.

CCCCX.

DEI OPUS BONUM HOMO BONUS.

Pertinet hæc refutatio adversus ætatis Sixtinæ hæreticos, qui vel in evehenda hominis præstantia, vel eadem *Bonus, Homo Dei est.* deprimenda excedebant. Illos reprimit, quum hominem DEI OPUS appellat, eoque vanitatem eorum aufert, qui Animam hominis, Particulam ex substantia Dei editam, dixere, quos & Clemens Str. II. p. 486. castigavit. Horum vero ἀχαρισίαν compescit, qui corpus vituperabant: τὲς κατατρεχόντας τῆς πλάσεως, καὶ κακίζοντας τὸ σῶμα. Quod ut solide præstitit Clemens, ita eum in Compendium redegit Sixtus. vid. Cl. Str. p. 638. Sin vero Sententiam de Homine, ad Frugem & ἀνανέωσιν reducto, accipere velis, quid magis cum probitate doctrinæ convenit? quippe quæ τὴν ἀνάπλασιν soli adscribit Deo. Eph. IV. 10. & ad Eph. IV.

CCCCXI.

SINE DEO SUNT HI, PRO QUIBUS VERBUM DEI MALEDICITUR.

Hic ὡς ἐν Συνοψει vides, quæ Paulus ad Rom. II. 17. 24. *Impius sine Deo.* & I. Tim. VI. 1. ad Tit. II. 10. Ebr. II. 29. copiosius exposuit.

CCCCXII.

ANIMAM MORS NON PERDIT, SED MALA VITA.

Mors vitæ tantum corporique inimica. Mala autem, *Peccatum & sceleribus obnoxia* vita perdit animam. Clemens *perdit animam.*

Uu 3

Pro-

Protrept. ad Gentes. τὰ πάντα ψυχῆς νόσοι. Ἄμαρτια δὲ αἰδίοσ θάνατος. p. 89.

CCCCXIII.

SI SCIS, A QUO FACTUS ES, ET TE
IPSUM COGNOSCIS.

*Qui conditor
rem nescit,
cognoscit se.* Minutius Felix: *Non recuso hominem nosse se, & circumspicere debere, quid sit? unde sit? quare sit? Utrum Elementis concretus, an concinnatus atomis? an potius a Deo factus, formatus, animatus? Hoc enim si prospexerit homo, necessario se ad vitam, conditore suo dignam, libens agnoscet.* Scio hæc in calumniam Sixto verti: quasi hac ipsa indagatione hominem ad Apotheoseos ambitum deduxerit. Verum quum eam suspicionem jam tum ab eo removerimus, cur non hac Sententia Pauli Apostoli conclusionem tenuisse dici queat Ephes. II. 10. Ac licet etiam certo constet, Homini divinitatem quandam ab eo tributam, a paritate tamen & coæquatione cum Deo longissime abfuisse, aliquoties evicimus. Nil igitur aliud dixit nisi id: agnoscas te esse Dei Filium, perque adoptionem Te summo Numine, tanquam Patre uti ac gaudere posse.

CCCCXIV.

NON EST SECUNDUM DEUM VIVERE, NI
SI PUDICE ET BENE ET JUSTE QUIS
AGA'T.

*Vita secundum Deum,
qualis?* Repetuntur hic Pauli Apostoli verba Epist. ad Titum C. II. II. 12. qui Gratia, nos salutari modo castigantis, hoc esse opus dictat, ἵνα σωφρόνως καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι vid. & Eph. I. 4. & ad Colos. I. v. 22.

CCCC-

CCCCXV.

HOMINUM INFIDELIUM VITA OPPROBRIUM.

Credo ita Sixtum scripsisse. Ἀπίστων βίος βδέλυγμα. Nihil enim frequentius illa asseveratione in S. literis reperitur. Prov. XV. 9. ita legimus: βδέλυγμα κυρίῳ ὁδοὶ ἀσεβῶν. Ac fortassis hæc ipsa sunt, quæ Sixtinam sententiam constituerunt.

Homo impius abominatio.

CCCCXVI.

NE TE PRÆTEREAT, UT MALO INGENIO VERBA DEI NE COMMITTAS.

Nil magis, flagrante adhuc persecutionum æstu, inculcatum fuit, quam illud in efferenda veritate temperamentum, unde & Alexandrinus omnes propemodum paginas hoc monito implevit. In adstruendo autem illo Præcepto tum ad Prophetarum dicta provocabant, quale illud erat Amosi Cap. V. 13. Ὁ συνιών ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σιωπήσεται tum ad illud Servatoris Oraculum Math. XV. 15. Ὁ ἔχων ὄτα ἀκέειν ἀκέτω, quo volebant, Christum infinuasse: Οὐ πάντων εἶναι τὸ ἀκέειν καὶ συνιέναι, quo tamen loco non diffiteor Clementis Interpretationem, ut alibi nonnunquam, nobis coactam ac violentam videri. Alias tamen hoc præcipuum Gnostici munus esse docuit τῆ εἰδέναι χρεῖσθαι τῷ λόγῳ, καὶ ὅποτε, καὶ ὅπως καὶ πρὸς ἔστιν. Strom. VI. p. 799. Sixtus non docile ingenium ardet, sed tantum malitiosum, ac θηριώδες.

Impio Sapientia non committenda.

CCCCXVII.

ANIMAM DE TERRA FIDES ELEVAT AD DEUM.

Idem

1) In Lugdun. deest.

*Fides evehit
Animam.*

Idem est ac si dixisset, Fides evehit mentem, ne vana atque meliorum expectationi adversa expetat. Locutio S. Scriptoribus non insueta. Nihil frequentius in ore Davides habuit, quando & suam & aliorum felicitatem in Deo descripsit vid. Pf. XXVII. 5. XXVIII. 9. XXX. 2. Unde non minus solito modo animam per Fidem ὑψωθῆναι tradidit, ac Paulus, quum Corinthios per Evangelium ὑψωθέντας dixit 2. Cor. XI. 7. Nec injucundum erit, hic scalam sistere, qua ad illud fastigium pervenitur. Doctus Sixti nostri Prodrumus, ubi de ἀγάπη τελειωτικῇ tradit p. 801.

1) ἀρχὴ τῆς τελειώσεως ἀληθεστάτη παιδείας ἐπιθυμία

2) φροντὶς δὲ παιδείας ἀγάπη

3) ἀγάπη δὲ τήρησις νόμων αὐτῆς.

4) προσοχὴ δὲ νόμων βεβαίωσις ἀφθαρσίας

5) ἀφθαρσία δὲ ἐγγὺς εἶναι ποιεῖ Θεῷ.

6) ἐπιθυμία ἄρα σοφίας ΑΝΑΓΕΙ ἐπὶ βασιλείαν.

Concludit igitur ex Sapientiæ definitione fideique desiderio fieri τὴν ἀναγωγὴν βασιλικήν, quæ est elevatio. Atque id ipsum est, quod Sixtus per Compendium dixit.

CCCCXVIII.

ANIMÆ SAPIENTIS MAGNITUDINEM
NON INVENIES, SICUT NEC DEI QUI-
DEM.

*Sapientis
Excellentia
magna.*

Potuit ista colligere ex ineffabili gloria, iisdem promissa 1. Cor. II. 9. quum ἀνεκφραστα dicantur, & ἀνεκλάλητα, ἀνεκδιήγητα, ἀρρήτα, quæ expectanda ipsis proponuntur. Vid. & Sap. V. 1. 2. 3. &c. Sir. XXV. 10. Ὡς μέγας, ὃς εὐρων σοφίαν, ἀλλ' ἔτι ἔστιν ὑπὲρ τὸν φεβόμενον τὸν Κύριον. Ea propter autem hanc Sapiientis cum Deo comparationem Veritati divinæ innoxiam censeas; quum enim id, quod

Sapi-

Λεὸν πολὺν ἰσὶ αὐτῷ

Sapientem excellentem facit, ex gratia divina in eum fuerit derivatum, adeoque ἀνεκφραστον, sequitur, quod qui illam habeat, habeat magnam & divinam prope excellentiam.

CCCCXIX.

QVÆCVNQVE DAT MVNDVS, NEMO FIRMITER TENET.

Id Scriptura confirmat Mat. VI. 19. Joh. XIV. 27. 1. Cor. VII. 2. Cor. IV. 18. Apoc. XVIII. 17. Vid. & Clementis fragmentum nobile illud, quod Nicetas, Heracleæ Metropolitæ, Catenæ suæ in Jobum indidit, & in Potteriana Editione legitur p. 1011. 1012. *Nil firmum in orbe.*

CCCCXX.

QVÆCVNQVE DAT DEVS, NEMO AVFERRE POTEST.

Confirmat Johannes C. XVI. 22. & Paulus 2. Tim. I. 10.

CCCCXXI.

DIVINA SAPIENTIA VERA EST SCIENTIA.

Adstipulatur Davides Pf. XCVII. 5. & Johannes. C. XVII. 17. Clemens Alex. Ἀγαθὸν δὲ αἰν ἀνάγκη Θεῷ ἀγαθὸν τὸν λόγον πῶς δὲ ἐκ ἀγαθοῦ ὁ σώζων; *Divina Sapientia Vera Scientia.* Boni autem Dei bonum sit verbum necesse est. Quomodo autem non bonum est, quod salvum facit? p. 371. Summopere vero notanda sunt, quæ Strom. I. p. 376. habet: μόνη δὲ ἡ κυρία αὕτη ἀλήθεια ἀπαρεγχείρητος, ἢν παρὰ τῷ υἱῷ τῷ Θεῷ παιδευόμεθα. *Sola autem hæc est authentica Veritas, quæque a nemine attingi potest, quam docemur a Filio Dei.* Adeoque Sixtus hac Sapientia clarissimum status sui testimonium exhibuit, quum Divinam Sapientiam Philosophiæ opponit, ex me-

ris opinionibus constanti, dum ex adverso, quæ in Veritate divina consistit, sit ἐπισήμη & ἀλήθεια, quod admodum graviter *Clemens* paulo post exposuit loc. cit. χωρίζεται τε ἡ ἑλληνικὴ ἀλήθεια, τῆς κατ' ἡμᾶς, εἰ καὶ τὸ αὐτὸ ὀνόματος μετέληθεν, καὶ μεγέθει γνώσεως, καὶ ἀποδείξει κυριωτέρως, καὶ θεία δύναμις, καὶ τοῖς ὁμοίως Θεοδιδάκτοι γὰρ ἡμεῖς ἱερὰ ὄντως γράμματα παρὰ τῷ υἱῷ τῷ Θεῷ παιδευόμενοι. Satis distinguitur *Græca Veritas*, etiamsi idem nomen sit sortita a nostra, tum magnitudine cognitionis, tum demonstrationum evidentia, & divina virtute & aliis similibus. A Deo enim docti sumus, qui litteras vere sacras a Dei Filio didicimus.

CCCCXXII.

IMMUNDÆ ANIMÆ NE AVDEAS LOQVI EXPERIMENTVM DE DEO.

*Immundo
nil de Deo
dicendum.*

Dixerunt *Pythagoræi* nonnulla de hac cautione, erga nondum satis purgatos servanda; nihilo tamen secius statuendum, e regulis sanctis hanc Sententiam esse petitam, quum ipse Servator κατὰ καρδίαν & animam ἀγαθὴν ad Verbi sparsionem requisierit. Et fuit jam antea electæ genti proprium, obserare aures iis, unde vitiandæ Veritatis periculum metuebatur. Extant & in monumentis recentioribus exempla hujus castimoniam, sed intempestivæ admodum, apud *Joh. Messenium* in *Historia Svecica*, ubi de Monialibus *Vastenensibus* ait, illas bombyce & cera, adversus Evangelicæ doctrinæ auditum, aures obstruxisse. *Clemens Alex.* millies Sixtinam thesin confirmavit, imprimis in *Eclogis* p. 998. dicens: Τόποι μὲν καθαροὶ καὶ λειμῶνες ἐδέξαντο φωνὰς καὶ ἴνας ὄψεις ἀγίων φασμάτων ἄνθρωπος δὲ ὁ ἀκριβῶς κεκαθαρισμένος ἀπὸς διδασκαλίας καὶ δυνάμεως θεϊκῆς καταξιώθησεται. Loci quidem puri prætæque acceperunt voces, ac ad spectus quosdam apparitionum sancta-

sanctarum: hominum autem unusquisque, qui accurate fuerit purgatus, doctrinæ ac virtutis divinæ compos evadit.

CCCCXXIII.

VIRI PERICVLVM IN OPERIBVS PRIMO, SICVT IN VERBIS FACITO.

Frequentissima adhortatio, nec novis ideo testimoniis *Viri virtus* comprobanda; unicum ex *Clemente* profero: *πιστὸς ἐν ἔργοις: fidelis est stupendus in operibus*, quanquam *ex Factis noscenda.* & ipsa verba hæc e *Clementis Romani* Epistola ad Corinthios hauserit, & ob gravitatem aliquoties in reliquis Strom. libris repetierit.

CCCCXXIV.

AVRES TVAS NON OMNIBVS COMMITTAS.

Fateor etiam gentiles prudentiam auribus custodem dedisse, idque Heroum, adversus Sirenarum cantus aures obstruentium, fabulis significasse. An vero Scriptores Sacri idem docere non potuerunt? *Jobus* certe *Lydium* quasi lapidem auribus suis appensum habuit C. XII. II. & *Salomon* has fores prudentibus tantum adaperiendas suasi Prov. XXIII. 12. *Servator* ipse suæ tantum vocis auditui assuescendum sanxit, & in eo *Serpentum* prudentiam imitandam. *Paulus* eandem prudentiæ regulam tradidit 2. Tim. IV. 3. Credo hanc aurium custodiam ab his significatam esse, qui dum baptismatis figillum recens ad Christum conversis imprimerent, aures eorum igne adurebant, quod in *Clementis* Eclogis Prophetarum extat Sect. XXIV. Ἐνὶ δὲ, ὡς φησὶν Ἡρακλέων, περὶ τὰ ὦτα τῶν σφραγιζομένων κατεσημήναντο. *Quidam* autem, ut asserit *Heracleon*, igne aures eorum obsignarunt; provocantes ad

Mat. III. 12. τὸ ἄχυρον κατακαύσει περὶ ἀσβέσω, & significantes, quod quemadmodum ignis sit ἰχυρόν τι καὶ κακῶ καθαρτικόν, & ἀγαθὴ δύναμις καὶ ἰχυρὰ, φθαρτικὴ τῶν χειρόνων καὶ σωτικὴ τῶν ἀμειόνων, ita illum, cujus aures igne contactæ fuerint, meliora tantum ἀκρόσματα admittere, prava autem stipularum instar consumere debere. Vid. Clemens p. 994. Possunt hæc *Clementis* verba lucem affundere cavillationi *Celsi*, quam *Origenes* libro V. Edit. Spencer. p. 273. commemoravit, exprobrando huic nominis Christiani capitali inimico, quasi dixisset falsum, Christianos quosdam Ἀκοῆς καυσήρια dictos esse, cujus commenti originem a Celso ex Epistola Pauli I. Tim. IV. 1. petitam censuit, ubi Apostolus loquitur περὶ τινῶν καυτηριασμένων τὴν οἰκείαν συνείδησιν: quam tamen rectius ex ritu Basilidianorum accersivisset.

CCCCXXV.

OPERARI QUIDEM *m)* DE DEO OMNIBUS FACILE EST, DICERE AVTEM DE DEO SOLI JUSTO PERMITTENDVM.

Facere juxta Voluntatem Dei facilius quam de Deo loqui.

Et hanc Brasichellensis inter reprobas retulit, quia non intellexit, ideoque hic Pelagianorum fæces latere, inepte sibi persuasit. Nos in fontem Sanctum Philosophum censemus. Etenim distinxit Fideles in duas Classes, Operantium, sive qui πρὸς τὸν κáνονα vivunt: & docentium, qui ore & calamo τὰ λόγια Θεῶ, ad Analogiam Fidei exponunt, aliosque docent. De prioribus asserit, quod, si secundum Præcepta voluntatemque Numinis vitam instituere velint, facili quidem negotio progredi queant, non excluso cœlesti auxilio, de quo abunde dixerat: Hos vero, qui de Deo loqui debent, multo putat labo-

ri

m) In Lugd. deest.

rioflorem habere Spartam, quum, quod sæpe monuit, de Deo etiam vera dicere μέγας fit κίνδυνος. Non igitur unicuique permittendum, ut de Deo dicat, vel scripto etiam Sententiam pandat, sed solis tantummodo Justis sive τοῖς Δοκιμαθεῖσι arduum illud negotium committendum esse. Atque id ipsum probo Clementis Alexandrini testimonio, qui suo ævo hanc veluti Legem apud suos introductam docet, ut probati tantummodo de Deo verba facerent, scriberentve. Qui cum capitalis sit locus, nec sæpe ab aliis in considerationem adductus, necessarium judico, qui adscribatur ex Eclogis Prophetarum Num. XXVII. pag. 996. Οὐκ ἔγραφον δὲ οἱ πρεσβύτεροι, μήτε ἀπαχολεῖν βεβλόμενοι τὴν διδασκαλικὴν τῆς παραδόσεως φροντίδα, τῇ περὶ τὸ γράφειν ἄλλη φροντίδι, μηδὲ μὴν τὸν τῷ προσκέπτεσθαι τὰ λεχθησόμενα, καιρὸν καταναλίσκοντες εἰς γραφὴν· τάχα δὲ ἐδὲ τῆς αὐτῆς γραφῆς κατόρθωμα τὸ συντακτικὸν καὶ διδασκαλικὸν εἶδος εἶναι πεπεισμένοι, τοῖς εἰς τῷτο πεφυκόσι συνεχώρην· τὸ μὲν γὰρ ἀκωλύτως καὶ μετὰ ῥώμης φέρεται ῥεῦμα τῷ λέγοντος, καὶ περὶ τάχα καὶ συναρπάσει δυνάμενον. Τὸ δὲ ὑπὸ τῶν ἐντυγχανόντων ἐκάστοτε βουσανιζόμενον ἀκριβῶς, τῆς ἐξετάσεως τυγχάνων ἀκρας, καὶ τῆς ἐπιμελείας ἀξίεσθαι· Καὶ ἔστιν οἷον εἰπεῖν ἔγγραφος διδασκαλίας βεβαίωσις, καὶ εἰς τὰς ὀψιγόνους ἔτιωσ διὰ τῆς συντάξεως παραπεμπομένης τῆς φωνῆς· Ἡ γὰρ τῶν πρεσβυτέρων παρακαταθήκη διὰ τῆς γραφῆς λαλῆσα, ὑπεργῶ χρεῖται τῷ γράφοντι πρὸς τὴν παράδοσιν τῶν ἐντευζομένων. Non autem scripserunt Seniores, neque illis arridebat, ut cura traditionis docendæ, alteri curæ ac scribendi labori incumberet, nec quidem uti tempus præmeditandi, quæ essent dicenda, scribendo insumerent. Fortasse vero quum ejusdem genii non esse persuasum habuerint, libros componendi ac docendi studium, unicuique quod ex indole esset, permiserunt. Quippe alterum quidem libere at-

que impetu quodam ex ore dicentis fluens cito una rapere potest; alterum autem, quod examini diligenti legentium quotidie subdatur, disquisitionem summam postulat, operamque sedulam exigit. Est etiam, ut ita dicam, scripta doctrinæ confirmatio, sicque ad nepotes hoc modo scriptis transmissio. Quippe Seniorum depositum ex scripto loquens, scriptore utitur ministro ad traditionem eorum, quæ leguntur.

CCCCXXVI.

NON CRUCIET ANIMA TVA CORPVS TV-
VM, NEQVE ANIMAM TVAM LIBIDO
CORPORIS.

*Nec corpus
Animam,
nec Anima
corpus pes-
sundet.*

Mentem *Sixti* talem fuisse puto: Non destruat anima corpus, quasi id ipsum per se malum, aut membra ex lege nativitatis ad peccatum prona essent; qui error hæreticorum, *Sixti* ætate viventium, tanquam gravissimus sæpe refutatus est, ideo quod eo detenti, vel ad αὐτοχειρίαν, vel ad quorundam membrorum violentam abscissionem temere procedebant. Vid. *Clemens* p. 638. ubi figillatim contra eos, qui corpus vituperabant. Atque ideo *Clementi* suffragatur *Sixtus*, Oraculo suo monens, corpus humanum hostis loco haud quaquam habendum aut destruendum esse. Fortassis in Græco textu τὸ ἀφανίζεν fuit, quod Vocabulum a Servatore adhibitum bina vice, nempe Mat. VI. cujus & emphasis magna, quippe quod demoliendi & destruendi significatum habet. *Julius Pollux* lib. VI. Cap. XXII. quando de generatione & de opposita corruptione ita inquit: τὸ δὲ ἐναντίον φθίνει, τελευτᾷ, ἀπόλλυται, λήγει, φθείρεται, ἀφανίζεται, ἀποθνήσκει, ἀναλίσσεται, κτείνεται, ἀναιρεῖται, διαπαινοῦται, φονεύεται. Vicissim noluit ἐπιθυμίαν, quam *Ruffinus* flagran-



flagrantis Libidinis Vocabulo expressit, corpori inhabitantem, ita esse fovendam, ut animæ imperatrici rebellio ejus sit extimescenda; sed ita subjugandam concupiscentiæ intemperiem, ut non nisi ad justa & necessaria ejus ὄρμη extendatur, quod ipsum ex Sententia sequenti magis apparebit.

CCCCXXVII.

INSVESCE TE IPSVM QVIDEM CORPORI PRÆBERE, QUÆ SVA SVNT, CASTE, ET ANIMÆ, QUÆ SVA SVNT, PIE.

Non alium nisi Paulum expressit, qui Col. II. 23. ἀφειδίαν Corpore ἔτῃ σώματος omnino repressit, viceque versa, quicquid menti cuique suum. ad servandum robur pertinet, præbendum sanxit, cum quo Clemens p. 995. τέτρω ἀντὰ χόρκα ἀποδοτέον, καὶ τὰ τῷ Θεῷ τῷ Θεῷ.

CCCCXXVIII.

PASCE ANIMAM TVAM VERBO DEI.

Id Sanctis quibusque maxime solenne fuit, ut Verbum Anima pas-
Dei sub mellis & lactis pabulo designarent, quod & scenda ver-
Apostoli fecere, quorum verba ubivis obvia. Eodem bo.
modo Patres Sixto coævi locuti sunt. Clemens Strom. I. p. 319. ad verba Johannis VI. 27. Τροφή δὲ καὶ ἡ διὰ τῶν λόγων λαμβάνεται. & p. 377. ἡ κατὰ τὴν πίσιν ἀλήθεια ὡς ἄρτος ἀναγκαία πρὸς τὸ ζῆν. Et Strom. VII. p. 896. διδασκαλία τῷ σωτήρος βρώμα ἡμῖν πνευματικόν, καὶ πόμα δίψαν ἐπιισάμενον, ὕδωρ ζωῆς γνωσκῆς. Tertullianus Apol. C. XXXIX. Certe fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus. Altera thesæos pars pari ratione nihil Scripturæ S. aut Patribus antiquis adversum habet. Vid. iterum Clemens p. 167. & 231.

CCCC-

CCCCXXIX.

IN ILLIS INSVESCE ANIMAM TVAM GAV-
DERE, IN QVIBVS RECTE GAVDEAT. n)

*Verò Gau-
dio studen-
dum.*

Innumeris testimoniis probari potest, huic Oraculo cum S. Litteris maxime convenire. Vid. *Pricæus* in ἀγαλλιάσεως Vocabulo.

CCCCXXX.

ANIMA, QVÆ INDIGNIS REBVS GAVDET,
INDIGNA EST APVD DEVM.

Confer Sententiam Sixti IV.

CCCCXXXI.

SAPIENTIS ANIMA AVDIT DEVM. o)

*Sapiens au-
dit Deum.*

Verosimile videtur *Sixtum* hæc verba ita accipi voluisse, ut innuat Deum cum Sapiente quodammodo colloqui, atque de sua voluntate in dies edocere, in verum Salutis tramitem trahere, inque ea tueri; quod licet per Verbi jam traditi ἀνάμνησιν fiat, non minus tamen illa Dei auditio poterat dici, atque ista, dum Servator ait, oves suas suæ auscultare voci, & obtemperare.

CCCCXXXII.

SAPIENTIS ANIMA APTATUR A DEO.

*Anima har-
monia a
Deo.*

Tria verba sunt, quibus poterat hic *Sixtus* uti, vel τὸ ἀρμόζεν, vel τὸ ἑυθμιζεν, vel τὸ ἰκανοποιεῖν, quorum quodque ab operationibus divinis in anima sibi desponsanda non alienum, etsi priora Philosophis Christianis magis sint solennia: tertium vero divo Gentium Apostolo usitatum. 2. Cor. III. 6. Col.

n) Huic sequens Sententia in Lugd. jungitur.
o) Hæc & duo sequentes in Lugd. junguntur.

Colof. I. 12. Arbitror tamen omnino *Sixtum* hic ea coacervasse, quæ *Clemens* Cohort. ad Gentes p. 93. dixit. Ibi enim quum Hierophantis, Gentilium Eroptas initiantibus, Deum & Christum opponit, hunc quidem egregie sistit suos ad illam ἀρμονίαν deducentem : λόγον χαρίζομαι ὑμῖν τὴν γνῶσιν Θεῶ, τέλειον ἑμαυτὸν χαρίζομαι τῷτο εἰμὶ ἐγὼ, τῷτο βέλεται ὁ Θεὸς, τῷτο συμφωνία ἐστὶ, τῷτο ἀρμονία Πατρὸς, τῷτο χριστὸς, δύναμις τῶν ὅλων, ὧν πάλαι μὲν εἰκόνας, & πᾶσαι δὲ ἐμφερῆς διορθώσασθαι ὑμᾶς πρὸς τὸ ἀρχέτυπον βέλομαι, ἵνα μοι καὶ ὅμοιοι γένησθε. *Verbum vobis largior, Dei scilicet cognitionem, memetipsum largior. Hoc sum ego, hoc vult Deus, hoc symphonia est, hoc concentus Patris, hoc Filius, potestas rerum omnium, quarum quidem olim imagines exhibitæ sunt, verum illæ nequaquam omnes similes. Proinde volo vos ad exemplar primigenium corrigere, ut similes etiam mihi efficiamini.*

CCCCXXXIII.

SAPIENTIS ANIMA SEMPER EST CUM DEO.

Hæc illa προσκόλλησις, de qua ipse Servator Mat. VI. 24. & *Sapiens semper apud Deum.* Paulus I. Cor. VI. locutus est, & Act. XVII. 28. Rom. VIII. Joh. XIV. 16. XV. 5. 6. 7. &c. Unde non aliter coævi interque eos *Clemens*, qui nobili Προλόποροεια mentis cum Deo conjunctionem exoptat: Ἐγὼ ἐμὲ λύσομαι τῆς ἐπιθυμίας διὰ τὴν πρὸς σὲ οἰκείωσιν, Κύριε, καλὴ γὰρ ἡ κτιοθεῖσα οἰκονομία, καὶ πάντα εὖ διοικεῖται· εἰδὲν ἀναίτιως γίνεται ἐν τοῖς σοῖς εἶναι με δεῖ καὶ ἐνταῦθα ὦ, παρὰ σοὶ εἰμὶ. *Ego me liberabo a cupiditate, o Domine, ut mihi tecum intercedat conjunctio; Pulchra enim est tua dispensatio, & omnia recte administrantur, & nil fit sine causa; in tuis me esse oportet, & licet hic fuero, sum apud te. p. 631. & iterum:*

Υ y

Σύ-

Σύνοικος ἐν τῷ Κυρίῳ ὁαριζήσ τε καὶ συνέσιος κατὰ τὸ πνεῦμα
 διαμένει καθαρὸς μὲν τὴν σάρκα, καθαρὸς δὲ τὴν καρδίαν,
 ἡγιασμένος τὸν λόγον. *Cum Domino cohabitans, eoque fami-
 liariter utens, in Spiritu permanet, mundus quidem carne,
 mundus autem corde, sanctificatus sermone.* Pauloque post:
 ἔπειτα Κυρίῳ μετ' ἰχνιον, ὡσεὶ Θεὸς, ἅγιος ἁγίων γενόμενος.
*Domini sequitur vestigia, tanquam Deus effectus sanctus
 sanctorum.* p. 484.

CCCCXXXIV.

COR DILIGENTIS DEUM IN MANU DEI
STABILITUR.

*Cor Pii in
 manu Dei.*

Moses Deut. XXXIII. 3. πάντες οἱ ἡγιασμένοι ὑπὸ ταῖς χεῖ-
 ράσ σου. & Davides ubicunque de corroboratione mentis
 locutus est Ps. LXVIII. 33. Ps. XCVII. 10. 11. 12. φυλάσσει
 Κύριος τὰς ψυχὰς τῶν ὁσίων &c. Prov. XVI. 2. & XXI. 2.
 Transeo novi Fœderis Scriptores, qui unice id egerunt,
 ut istam animi a Deo confortationem stabilirent. Nec
 opus est, ut *Sixtum* aliud, præterquam Apostoli, hic
 intellexisse putemus, quasi ἀναμαρτησίαν statuerit, quum
 illam perfectionem semper ab homine, quoad corpore
 vestitus est, fuerit amolitus, sicut *Clemens*, qui soli
 Christo hanc gloriam adscripsit. Unde etsi vere fidelem
 ἐν ἔξει ἀπαθείας constitutum & ἀναλλοίωτον τὸ ἡγεμονικὸν
 descripserit, ubique tamen addit, id fieri δυνάμει τῆς χά-
 ριτος, magisque in illud incumbi vult a Gnostico, quam
 ut perfecte acquiri posse statuat. Cæterum excellentia
 sunt, quæ Divus Petrus de illo piorum stabilimento ef-
 fatus est. 1. Ep. V. 10. Addatur & *Clemens* p. 858. quo lo-
 co ostendit, quomodo Gnosticus sit immobilis. Δικαιῆς,
 ἰνquit, εἰάν ὁ λόγος καλῆ, ἀκλινῆς γενόμενος, μηδ' ὅτι ἐν τοῖς
 πάθεσι χαριζόμενος ἀμετασάτω, ἢ πέφυκεν τὸ δίκαιον πορεύεσθαι
 Βαδι-

βαδίζων. &c. *Judex, si ad id vocet Logos, immobilis fit, animi motibus nihil penitus largiens, immutabiliter, quajustum jubet proficisci, ingrediens &c.*

CCCCXXXV.

ANIMÆ ASCENSUS AD DEUM PER VERBUM EST.

Ita quidem jam tum Salomon locutus est Prov. IV. 8. & Christus de ἐλευθερώσει per Veritatem, & Clemens p. 85. Vid. Sent. CCCCXVII. Egregia sunt, quæ Philo habet p. 131. οἱ ἀνθρώπων μὲν ὑψηλῆσαι ἀπολελοιπότες μαθητὰ δὲ Θεῷ εὐφρεῖς γεγονότες, τὴν ἀπὸνον ἐπισήμην ἀνειληφότες, εἰς τὸ ἀφθαρτον καὶ τελειώτατον γένος μετανίστανται, κληῖρον ἀμείνω τῶν ἐν γενέσει βίων ἐνδεδεγμένοι, ὧν Ἰσαὰκ Διασώτης ἀνωμολόγηται δηλοῖ δὲ καὶ ἕτερον τοῖστον νῦν ἀθάνατον· εἰσὶ δὲ εἰς ἀνωτέρω προάγων, εἶδη μὲν καὶ γένη πάντα ὑπερπτήναι παρεσκεύασεν, ἰδρύσας πλησίον ἑαυτῶ, καὶ τὰ καὶ Μωυσῆς φησὶ· Σὺ δὲ αὐτῶ σῆθι μετ' ἐμῶ. *Qui humana doctrina relicta, ingenium Deo Doctori excolendum commiserunt, sine labore scientiam affecuti, migrant ad incorruptibile genus, accipientes sortem meliorem quam in nativitate, in quorum Isaac censetur sodalitus; significat autem & alium intellectum talem immortalem. Sunt etiam aliqui, quos altius Deus promovet, & evolantes super omnes species prope seipsum collocat, sicuti Mosi dicit: Tu vero hic sta mecum.*

Anima ascendit per Verbum.

CCCCXXXVI.

SAPIENS SEQUITUR DEUM, ET DEUS ANIMAM SAPIENTIS.

Quid aliud cupit, nisi ἀκολουθίαν a Servatore tantopere *Inter Deum & Pium mutua Acoluthia.* flagitatam? Stultum enim foret, ex alio fonte id petitum dicere, quam quem ipsi etiam Philosophi adierunt.

Υy 2

Quic-

Quicquid enim apud Antoninum de illa ἀκολουθία legis, jam tum ex Christi suasionibus depromptum erat, forte etiam id, quod apud Philonem, quum Sapientem Θεῶν ὁπαδὸν dixit, p. 1086. & ita Clemens p. 484. νῆς ἔπεται Κυβείω, & p. 94. in Cohort. ad Gentes: Ἐχομένους δὲ ἀπρίξ τῆς ἀληθείας παντὶ θένει ἔπεσθαι χρὴ τῷ Θεῷ σωφρονέντας, καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐπιτρέπειν τῷ Θεῷ, καὶ τὸτο παρ' ὅλον τὸν βίον ἔργον ἡγεῖσθαι. *Oportet veritatem tenentes, & sobriam gerentes mentem, Deum totis viribus sequi, & semetipsum committere, perque totum vitæ spatium huic negotio incumbere.* Alteram Sententiæ partem non minus Scriptura confirmat. Clemens autem illustri & jucundo emblemate demonstrat, dum ait: καθάπερ οἱ ἐν τῇ θαλάττῃ ἀπὸ ἀγκύρας τονόμενοι, ἔλκυσσι μὲν τὴν ἀγκυραν· ἐν ἐκείνῃ δὲ ἐπισπῶνται, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν ἀγκυραν ἔτως οἱ κατὰ τὸν γνωστικὸν βίον ἐπισπῶμενοι τὸν Θεὸν, ἑαυτοὺς ἔλαττον προσαγόμενοι πρὸς τὸν Θεόν· Θεὸν γὰρ θραπέυων, ἑαυτὸν θραπέυει. *Quomodo ergo, qui in mari ab anchora stabiliuntur, trahunt quidem anchoram, non illam autem attrahunt, sed seipsos ad anchoram: ita qui per vitam Gnosticam Deum attrahunt, non advertentes, seipsos ad Deum adducunt. Qui enim Deum colit, seipsum colit.*

CCCCXXXVII.

GAUDET REX SUPER HIS, QUOS REGIT,
GAUDET ERGO DEUS SUPER SAPIENTEM. p)

Deus gaudet de Sapiente. Davides confirmat Ps. XVI. 3. licet Græci non bene em-
phasin illam exposuerint. Una vero Clementem refert Pædag. lib. I. p. 130. ὡς περ ἐν κατευθύσει τὴν φάλαγγα ὁ στρατηγὸς, τῆς σωτηρίας τῶν μισθοφόρων προμηθέμενος, καὶ ὡς ὁ κυβερνήτης οἰακίζει τὸ σκάφος, σώζειν προαιρέμενος τὰς ἐμπλέοντας ἔτως καὶ ὁ παιδαγωγὸς ἀγει τὰς παῖδας ἐπὶ σωτηρίαν. *Quem-*

p) Hæc & sequens in Lugd. junguntur.

Quemadmodum phalangem dirigit dux exercitus, militum salutis curam gerens, & gubernator navis clavum gerit, volens servare vectores: ita etiam Pædagogus suos ducit ad incolumitatem. Notandum hic Clementem per Pædagogum semper Servatorem nostrum indicasse, quod constat Pædag. lib. I. Cap. XI. ubi ad verba illa Pauli ad Gal. III. 24. inquit: Συμφανές ἐστὶ ἓνα μόνον ἀληθινόν, ἀγαθόν, δίκαιον, κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τῆ πατρὸς, υἱὸν Ἰησοῦν, τὸν Λόγον τῆ Θεῶ παιδαγωγὸν ἡμῶν εἶναι. Apertum est, unum solum verum, bonum, justum, ad Imaginem & similitudinem Patris Filium Jesum, Verbum Dei, nostrum Pædagogum esse.

CCCCXXXIIX.

INSEPARABILIS EST AB HIS, QUOS REGIT,
ILLE QUI REGIT; ITA ERGO DEUS AB
ANIMA SAPIENTIS, QUAM TUETUR ET
REGIT.

Autor Sapientiæ C. VII. 15. Αὐτὸς καὶ τῆς σοφίας ὁδηγὸς, Deus a Pio καὶ τῶν σοφῶν Διορθωθεὶς Vid. Clemens lib. I. Pæd. indivulsus. C. VII. ubi conferens Servatorem cum gubernatore navis, inquit; ἔχῃ τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ τῶδε καταπνέουσι νόμοις ὑπέκει πόλῃ, ἔδῃ ἀποτρέπει αὐτοῖς τὸ παιδίον, ὡς περ σκάφος εἰς θηριώδη καὶ ἀσελγῆ προσρήξαι διαστάν &c. ἕως ἂν ἀβλαβὲς καθορμίση τὸ παιδίον εἰς τὸν λιμένα τῶν ἑρανεῶν. Legibus, quæ sunt in hoc mundo, nunquam cedit, nec iis puerum, tanquam cymbam, in belluinam & libidinosam vivendi rationem impellere permittit &c. usque dum inoffensum in portum cælorum perduxerit. Utraque autem Sententia Celsō opposita fuit, quippe qui adversus Christianos dixerat: Bruta esse Deo cariora quam homines, τὰ ἀλόγα τῶν ζώων τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως εἶναι Θεοφιλέστερα, quem quum Origenes refutaret, diceretque: hæc felicitas in Celsi caput

Yy 3

ver-

vertat, ut cum animantibus ex æquo Deo carus sit, fiatque ipsorum similis. lib. IV. p. 227. Sixtus iisdem adstipulatus, gratam erga providentiam Numinis mentem exposuit.

CCCCXXXIX.

DISPENSATUR q) A DEO VIR SAPIENS, ET IDCIRCO BEATVS EST.

Sapiens a Deo regitur.

Græcus textus sine dubio τὸ οἰκονομεῖν habuit, quod *Rufinus* raro boni Interpretis officio functus, per dispensationem reddidit, quum certum sit, hic totum gubernationis beneficium intelligi, eaque propter cum antecedentibus conjungi.

CCCCXL.

ANIMA SAPIENTIS PROBABILIS APVD DEVM EST, SED ET MENS. r)

Sapiens Deo fit δοκιμος.

Existimo *Sixtum* ad Petri verba i. Ep. I. 7. respexisse, indicasseque pios τὴν δοκιμασίαν ejusque fructus ἔπαινον, τιμὴν, δόξαν καὶ σωτηρίαν adepturos: animam vero & mentem non minus bene conjungere potuisse, atque a Paulo illud factum fuit. i. Thess. V. 23.

CCCCXLI.

SAPIENS ET QVVM TACET, HONORAT DEVM.

Sapiens silendo Deum honorat.

Hanc Sententiam Græco nobis idiomate servavit S. *Maximus Confessor* Excerpt. C. XX. & *Johannes Damascenus* T. II. p. 420 σοφὸς ἀνήρ καὶ σιγᾶ, τὸν Θεὸν τιμᾶ. Protulit eandem *Sixtus* ad excusandam Christianorum in persecutione taciturnitatem, quam gentiles culpabant, dum ipsos ψυθηρίζοντες, dogma vero illorum κρύφιον δόγμα, dicerent, Christianis disciplinæ necessitatem tuentibus.

Mi-

q) Lugd. regitur. r) Lugd. ac mens Deo probatur.

Minutius Felix: Deum novimus, ait, sed nunquam publice, nisi interrogati prædicamus. Ad quæ verba videatur Heraldus. Origenes contra Celsum lib. VI. p. 278. οἱ καὶ ἡμᾶς προφῆται ἐφρόναν τινα μείζονα γραμμαίων, ἅπερ ἐκ ἔγραψαν.
Spencerus: Nostri Prophetæ altiora per silentium sapiebant, quam quæ mandaverunt litteris.

CCCCXLII.

VENEREM ET EA QUÆ SVB ALVO SVNT,
 NON CONTINENS NEC FIDELIS. s)

Divi Pauli verba ad Phil. III. 19. ante oculos habuisse videtur, ubi qui κοιλίαν Θεὸν constituerunt, eos & hostes & inimicos Christi appellat, & finem in perditione collocat, & honorem in dedecus converti censet. Ex quo fluit, sub Fidelium titulo haudquaquam eos contineri comprehendique posse. Interim hanc Sententiam *Sixti & Clementis* a quo receptam, maximeque solennem fuisse, ex verbis constat Strom. II. p. 485. εἰ δὴ γαστρός καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα κρατητέον, δῆλον ὡς ἄνωθεν παρελήφραμεν παρὰ τῷ Κυρίῳ διὰ τῷ νόμῳ τὴν ἐπιθυμίαν ἐκκόπτειν, ubi quidem ex hac ipsa Sententia tanquam fortiori elicit aliam, quamquam minus validam, nisi per hanc ipsam corroboraretur. Sapissime quidem *Clemens* istud repetit, omnem Christianorum Philosophiam in illa castigatione ventris, quæque sub ventre sunt, absolvi. Κρατεῖν δὲ ἡδονῶν, γαστρός τε ἔτι, καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα δεσπόζειν ἀρχικώτατον. Voluptates quippe continere, ventrique ἔ iis, quæ sunt infra ventrem dominari, est imperii maximi. p. 224. & p. 333. Strom. I. φιλοσοφία ἐπαγγέλλεται ἐγκράτειαν γλώσσης τε καὶ γαστρός, καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα καὶ ἐς αὐτὴν αἰρετή.

Incontinens non Fidelis.

CCCC-

s) In Lugd. hæc & sequens junguntur.

CCCCXLIII.

HOMO INCONTINENS POLLVIT DEVM.

*Incontinen-
s polluit De-
um.*

Deus equidem inviolabilis, nec puritati illius labe aliqua inferri potest: attamen homo, quantum quidem in se est, injuria illum afficit, & tanquam Deo insultaturus, a Paulo describitur. Rom. II. 23. *Διὰ τῆς παραβάσεως τῆ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις. Paria apud Clementem legas. Πάντως ὁ πορνέων ἀπέθανε τῷ Θεῷ, καὶ καταλέλειπται νεκρὸς. Βδελύττεται γὰρ τὸ ἅγιον μολύνεσθαι. Ἄεὶ δὲ καθαρῶ καθαρῶ θέμις θιγγάνειν. Non tamen negandum quosdam Philosophorum idem, sed e Philosophia barbara edoctos, statuisse. Plato enim tales incontinentes in Philebo Atheos vocavit: Οἱ τὸν Θεὸν τὸν ἔνοικον αὐτοῖς τὸν λόγον διαφθείροντες, καὶ μιάνοντες, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς ἐν τῇ τῶν παθῶν οἰκειώσει.*

CCCCXLIV.

HOMINEM SCIENTIA DEI PAUCIS VERBIS VTI FACIT.

*Sapiens ἕρα-
χύλογος,*

In omni equidem vita βραχυλογίαν probatiores morum Magistri commendarunt. Nota sunt Salomonis verba Eccl. V. I. *καρδία σε μὴ ταχυνάτω τῆ ἐξενέγκαι λόγον πρὸ προσώπου τῆ Θεῶ. ὅτι ὁ Θεὸς ἐν τῷ ἔρανῳ ἀνώ, καὶ σὺ κάτω διὰ τῆτο ἔσωσαν οἱ λόγοι σε ὀλίγοι. Omnes rationes, quas pro βραχυλογία Rex sapiens adduxit, satis ostendunt, altitudinem Dei & majestatis excellentiam, ingenio mortali nunquam satis perviam, brevitatem sermonis imperare. Et sane ex eodem capite veteres Ascetæ suam Ἠσυχίαν introduxerunt, ut meditandi potius artificium de Deo, quam ignota garriendi facilitatem addiscerent.*

CCCC-

CCCCXLV.

MULTIS VERBIS UTI DE DEO, IGNORANTIA DEI FACIT.

Ignorantiam rerum verborum quisquiliis parere Paulus *Ignorantia loquax.* docet 1. Tim. I. v. 5. 6. Possunt enim recte illius verba transponi *μη νοε̄ντες μήτε ᾱ λέγῃσι, μήτε περὶ τινων διαβεβαῑενται ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν.*

CCCCXLVI.

HOMO QUI DEUM SCIT, (t) NON MULTA AMBITIONE UTITUR.

Ex sequenti sententia colligas Sixtum de *κενοδοξία* hic *Gnosticus ambages non facit.* locutum, eamque a Gnostico plane remotam voluisse, suffragante Paulo Gal. V. 26. & ad Philip. II. 3.

CCCCXLVII.

QUI ELECTUS DEI EST, FACIT QUIDEM OMNIA SECUNDUM DEUM, ESSE AUTEM SEIPSUM NON JACTAT ELECTUM.

Pauli Apostoli humilitatem sequitur toties totiesque *Electus non est jactans.* expressam 2. Cor. XII. II. Gal. VI. 14. &c. Cujus doctrinae memores, illius ætatis, & reliquarum Christiani, ignominiosis quandoque Nominibus se insigniebant, dum se Mendicos Christi, Peccatores, Peripsemata, Minimos, Servosque potius quam Sanctos Electosque dicere mallet. A quorum modestia Seculo V. & reliquis ipsi Præsules, Monachique desciverunt, Titulorum ambages inter præcipua ornamenta referendo. Clemens Alexandrinus Sixto prævit Strom. II. p. 456. Ubi de Jactante ita

Z z

scri-

t) Lugd. *Qui Dei cognitionem habet.*

scribit: ὁ οἰησίσσοφος τὴν ἀρχὴν εὐδὲ ἐπαίειν βέλεται τῶν θεῶν ἐντολῶν· ἀλλ' οἷον αὐτομαθῆς ἀφηνιάσας εἰς σάλον κυμαινόμενον ἐκὼν μεθίσταται, εἰς τὰ θνητὰ καὶ γενητὰ καταβαίνων ἐκ τῆς τῷ ἀγεννήτῃ γνώσεως ἄλλοτε ἄλλοῖα δοξάζων. *Qui se existimat sapientem, ne omnino quidem vult divina audire præcepta, sed tanquam qui per se didicerit effrenatus, lubens fertur in salum fluctuans, descendens ad mortalia, & ea quæ sunt generabilia a cognitione ingeniti, alias alia opinans.* Atque tali opponit Gnosticum verum Strom. VII. p. 896. quem appellat καταγεράσαντα ἐν ταῖς γραφαῖς σώζοντα τὴν ὀρθοτομίαν τῶν δογμάτων & τὰς ἀποδείξεις ἀναπεμπόμενον ἀπὸ τῶν κυρίων, ἀπότενόμει καὶ προφητῶν.

CCCCXLVIII.

FIDELIS HOMO SEMPER IN METU EST
USQUE QUO EAT AD DEUM.

Fidelis Timorem Dei non deponit.

In hoc breve compendium contraxit Sixtus, quicquid Clemens de φόβῳ κυρίων adversus eos dixerat, qui timorem malum, atque Gnostico parum esse convenientem definierat. Adversus hos ostendit Clemens τὸν φόβον non modo esse initium Sapientiæ, sed & eandem φόβῳ tanquam custode provido conservari. Nec tamen eo timorem servilem intelligi debere, qui perturbationem animi post se trahat, sed filialem, qualem boni cives erga bonum Principem gerunt, & εὐλάβειαν τῷ βλάπτοντος ἑκκλησίῃ Cl. p. 446. Hunc enim timorem ait esse πίστεως συλλήπτορα pag. 443. beatumque fieri hominem, qui πισὸς γένηται ἀγάπῃ καὶ φόβῳ κειράμενος. vid. & p. 993. in Eclog. Prophet.

CCCCXLIX.

HOMO QUI SECUNDO SATIATUR CIBO,
NON DORMIT NOCTU, NEC CONCU-
BITUM FUGIT, SED NEC DIGNVS EST
APVD DEVM.

Si

Si in tres partes dividas Sententiam, de priorum Veritate nemo facile dubitabit, & si has admittas, nec tertiam denegabis. Eccl. XI. *γλυκὺς ὕπνος τῆ δόξα· ἢ δὲ πλη-*
σμονὴ τῆ πλυσίῃ ἐκ ἑσιν ἀφίων τῆ ὑπνώσει. Et Syr. Cap. XXXI. quod in Græco est XXXIV. Ἀνθρώπων πεπαιδευμένω ἱκανὸν τὸ ὀλίγον, καὶ ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτῆ ἐκ ἀδομαίνει. Ὑπνος ὑγιείας ἐπὶ ἐντέρω μετρίω· ποῖον ἀγρυπνίας καὶ χολέρας καὶ σφόδρος μετ' ἀνδρὸς ἀπλήστ. Hinc factum ut Frugalitatem Victus tantopere Veteres commendarent, nec arte paratum quærerent, sed quem sibi quisque artificio proprio ac domi nato facile comparare posset. Clemens Pædag. L. III. c. 7. Λόγος per Pædagogum traditus abjicit delicias, τὴν δὲ αὐτεργίαν διάκονον παρακαλῶν τὴν εὐτέλειαν ἐξυμνεῖ τῆς σωφροσύνης τὴν ἔγγονον. Hic τῆς Αὐτεργίας vocabulum difficultatem Interpretibus peperit facile cavendam, quum nil aliud dicat Clemens, nisi λόγον in satiando homine non poscere delicias, sed cibos αὐτεργῆς, quos quisque sibi metipse paret. vid. Pollux, qui τὸ αὐτεργὸν τὸ αὐτοσκεύασον reddidit. Tertiam Sententiæ Partem confirmat Clemens p. 276. Ἀλλοτριώτατον τῆς θείας φύσεως φιληθονία· ὁμοίως μὲν σιτεῖσθαι τοῖς σαρκοῖς· ὁμοίως δὲ τοῖς ὑσὶν καὶ τοῖς τράγοις ὀχεύειν.

Homo gulosus Deo displicet.

CCCCL.

SAPIENTEM FATUM NON FACIT. GRATIA ENIM DEI FATO NON SUBJACET. u)

Et isthæc Sententia de Christianismo Sixti, ævoque testari potest, quo contra Fati assertores, Chrysippeos, Stoicos, Epicureos, a Bardesane aliisque certatum fuit. Certe in omnibus Apologiis hæctenus sub Justini Martyris, Tertulliani, Origenis, qui & ipse libris contra Celsum

Sapiens Fato non subjacet.

Zz 2

Apo-

Hæc in Lugd. post CCCCLII. collocatur.

Apologiae titulum imposuit, aliorumque, hoc unice agitatatum est, ut Fatum Stoicum refutaretur; aitque Origenes hos Fati Antagonistas ἐκ ὀλίγης, ἐδ' εὐκαταφρονήτες fuisse. Ab iis discimus, quod Providentiæ assertio peculiaris nota Christianismi fuerit; siquidem Justinus M. in Quæstionibus Orthodoxis Christianos appellat τὰς ἐν τὸς εἰμαρμένης, Origenes autem sæpissime Τὰς τὴν πρόνοιαν προσδεξαμένους. v. L. IV. contra Celsum Ed. Spenc. p. 203. Tertullianus *malæ mentis impetu agitari ait, qui Fato vel Astris eventus imputant, quum nolunt esse suum, quod pro malo agnoscunt.* V. Minutius Ed. Herald. p 51. Quod cum nosset Sixtus, diligentissimus Clementis & Origenis Lector, non poterat non Fato illam immensam vim abnegare, præsertim quum ipsi etiam moratiores Philosophi ab ortu Christianismi parcius eo nomine uterentur, atque Fato Providentiam substituerent, quin imo etiam Orbis moderatores in Nummis Lingvæ Christianorum assuescerent. Extat nummus aureus *Helvii Pertinacis* quem ex Museo Rainucii II. Ducis Parm. Paulus Pedrusius exhibet Tom. I. Tab. XIX. Num. I. & II. quo affabre expressa Figura muliebris, manus pandens ad cælum Stellis nitens, cum Inscriptione PROVIDENTIA DEORUM. Verum licet ibi Providentiæ Vocabulum extet, attamen e Stellis additis conjicias, hanc ipsam Providentiam tanquam astris subditam creditam fuisse. Quam conjecturam Tertullianus fulcit, Libro de Anima, C. XX. ubi de Potestatibus Præsidibus loquens ita scribit: *Super hæc, si & aliæ præsunt potestates, equidem præest secundum nos quidem Deus Dominus, secundum communem autem Opinionem Providentiæ Fatum, & Necessitas.* Ex quo liquet, quod etsi Providentia apud Gentiles Philosophos legatur, eandem nihilominus tantundem ac Fatum valuisse. Sed ad

Six-

Sixtum redeo, qui ut Sapientem non a Fato formari asseruit, ita ex adverso ejus excellentiam Gratiæ adscribendam censet. Quam ipsam tamen non Fato subjacere, neque hominis voluntatem Fato veluti cuidam gratioso subdere satis indicavit. Erravit Jansenius Iprensis, quum L. VII. de Hæresi Pelagiana putat, Bardesanem Fatum in Ecclesiam introducere voluisse; hac enim culpa optimo jure liberari potest, qui contra Fatum fortiter scripsit, licet aliis postea erroribus bene antehac gesta obnubilaverit. Quod Veteres Hist. Eccl. Scriptores, & nuper ex Monumentis Syriacis R. P. Josephus Maria Assemanus ostendit in Bibl. Orient. T. I.

CCCCLI.

ALIOQVIN ET DEVS GRAVITER ACCIPIT
LIBIDINEM CORPORIS.

Divinis Oraculis hanc maxime suffragari Sententiam, nemo negabit, asserto hoc illis etiam impresso retentoque, qui a puritatis doctrina longissime abfuerunt, quamvis illud non publice prædicarint, sed Symbolo occultatum ferme ad oblivionem redegerint. *Clemens Alex. Strom. V. Ægyptiacam Sacram Imaginem exhibet, qua libidinem Deo exosam esse significabant. Pingebant nempe puerulum sive pusionem, inde virum senem, quorum ille surgentem, alter vero inclinantem ætatem denotabat. Mox Crocodilum libidinis Symbolum: rursus Piscem odii tesseram: in nubibus Accipitrem his omnibus imminentem, quod Numinis ectypon erat. Interpretatio Symboli additur talis: Ὁ γινόμενος καὶ ἀπογινόμενος, Θεὸς μισεῖ ἀναίδειαν. pag. 670.*

*Libido Deo
invisa.*

CCCCLII.

FIDELIS VIR CONTINENTIA PASCITVR.

*Pii Hominis
cibus Conti-
nentia.*

Continentia, S. Litteris sub τῆς ἐγκρατείας titulo laudata, non poterat non ita τοῖς πιστοῖς placere, ut post fidem arcem virtutum in ea constitutam assererent. Quod Sixtus fecit, Magistrum sequens, qui Strom. II. §. 20. ait: Πάσης ἀρετῆς μεμνημένος ὁ θεῖος Νόμος, ἀλείφει μάλιστα τὸν ἀνθρώπον ἐπὶ τὴν ἐγκράτειαν θεμέλιον ἀρετῶν κατατιθέμενος ταύτην. *Omnis Virtutis cum Lex divina meminerit, hominem maxime exercet ad continentiam, eam statuens fundamentum virtutum.* & Strom. III. p. 529. εἰ πᾶς βίος ἀκίνδυνος ἐκλεκτῶ, δῆλον, ὅτι μετὰ τῆς ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης πολὺ μᾶλλον ἀκίνδυνος. *Si electus tute poterit quodlibet vitæ genus sectari, manifestum est, eam quæ temperanter agitur, longe tutissimam esse.* Nec possum non, quin definitionem continentia, ex eodem apponam lib. III. Strom. contentam p. 511: Ἐγκράτεια ἐστὶ σώματος ὑπεροψία, κατὰ τὴν πρὸς Θεὸν ὁμολογίαν. ἔ μόνον γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰ ἄλλα, ἃ ἐπιθυμεῖ ψυχὴ κακῶς, ἐκ ἀρκυμένη τοῖς ἀναγκαίοις ἢ ἐγκράτεια ἀναστρέφεται ἔστι καὶ περὶ τὴν γλῶσσαν, καὶ περὶ τὴν κτῆσιν, καὶ περὶ τὴν χρῆσιν, καὶ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐγκράτεια ἔ διδάσκει δ' αὐτὴ σωφρονεῖν μόνον ἢ γε παρέχει σωφροσύνην ἡμῖν, δύναμις ἔσα καὶ θεῖα χάρις. *Continentia est corporis despicientia secundum confessionem in Deum: non solum enim in rebus Venereis, sed & aliis, quæ anima perperam concupiscit, non contenta necessariis, versatur continentia. Est autem & in lingua, & in acquirendo & in utendo, & in concupiscendo continentia. Non docet solum temperantes esse, siquidem præbet nobis temperantiam, ut quæ sit divina potestas & gratia.*

CCCC-

CCCCLIII.

AGNOSCE, QVI SVNT FILII DEI IN CREA-
TVRIS EJVS, ET HONORA VNVM-
QVEMQVE PRO MERITO POST DEVM.

Obscurius paulo hic loqui videtur *Sixtus*, non satis ape- *Filii Dei quibus*
riens, quid per Dei creaturas indicare velit, Angelos *sint explor-*
an homines? Utrisque enim insignis ille titulus conve- *randum.*
nit, & quod CREATURA DEI, & quod FILII
DEI. Ex sequenti Sententia, quæ de Angelis malis
agit, colligi quodammodo potest, quod hic de Angelis
bonis fuerit locutus, honoremque sed moderatum
tribui voluerit, qui nunquam ad προσκύνησιν usque Deo
debitam procederet, quod omnes Doctores æquales *Six-*
to gnauiter inculcarunt. Nec tamen erraverim, si de ho-
minibus electis potissimum ipsum fecisse verba dicam,
discrimine aliquo relicto inter κτίσιν & υἱὸς, quos poste-
riores potissimum affici honore voluit.

CCCCLIV.

NIL PROPRIVM DEI DICAS, QVOD MALVM
EST.

Hæc ab antecedente annuli instar dependet; Qua quum *Nil quod*
vellet honorari eos, qui Filii Dei essent, & quasi pecu- *malum, a*
lium Dei, ex adverso eos, qui mali sunt, nec pro Dei *Deo.*
peculio, nec creaturis haberi, nec pro talibus honoran-
dos sanxit. *Ruffinus* male vertit, ut pleraque; unde
sensus ex coævo *Sixti*, nempe *Origene*, depromendus.
Ille in Apologia contra *Celsum* ait; dixisse *Celsum* ὅτι καὶ
οἱ Δαίμονες εἰσι τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τῆτο πισευτέον ἐσιν αὐτοῖς, καὶ
καλλιεργητέον κατὰ νόμους, καὶ προσευκτέον, ἵνα εὐμενεῖς ᾖσι.
Etiam *dæmonas* Dei esse, ideoque credendum eis, & litan-
dum legitime, orandosque ut velint esse propitii. Ad hoc
Celsi

Celsi postulatum respondit *Origenes*: διδακτέον περὶ τέτων τῶν βελομένων, ὅτι ὁ τῷ Θεῷ λόγος οὐδὲν τῶν φαύλων ἀναγορεύειν βέλεται κτήμα Θεῷ τυγχάνειν· ἀνάξιον αὐτὸ κρίνων τηλικέτης Κυρίου· διόπερ ἔ πάντες μὲν ἄνθρωποι χρηματίζουσιν ἄνθρωποι τῷ Θεῷ, μόνοι δὲ οἱ ἄξιοι τῷ Θεῷ· ὅποιος ἦν Μωϋσῆς καὶ Ἡλίας, καὶ εἴτις ἄλλος ἀναγεγράφται ἄνθρωπος, Θεοῦ ἢ παραπλήσιός ἐστι τοῖς ἀναγεγραμμένοις· ἔτω δὲ καὶ ἔ πάντες ἄγγελοι ἄγγελοι εἶναι Θεῷ λέγονται, ἀλλὰ μόνοι μακάριοι οἱ δὲ ἐκτραπέντες ἐπὶ τὴν κακίαν, ἄγγελοι διαβόλου ὀνομάζονται.

Discant etiam de hoc, qui cupiunt, morem esse Scripturæ S., ut nil malorum appellet possessionem Dei, ut quæ haudquaquam tanto Domino digna habeantur. Quapropter ne homines quidem omnes Dei homines vocantur; sed soli, qui Deo digni sunt; quales Moses & Elias erant: & si quis alius homo Dei scribitur, aut similis est his de quibus scribitur. Itidem non omnes Angeli dicuntur Angeli Dei, sed soli beati; qui vero ad malitiam conversi sunt, Angeli diaboli vocantur. Ex his Adamantii verbis liquido constat, Sixtum deflorasse ipsum, inque Enchiridio suo sine dubio hæc verba collocasse:

Οὐδὲν τῶν φαύλων χρὴ ἀναγορεύειν κτήμα Θεῷ.

Quæ & ex versione *Ruffini*, & extra contextum posita, utique difficilia, sed cum *Origene* collata facile declarabunt, quid sibi *Sixtus* iisdem voluerit. Nempe dæmones, quos gentiles adorari volebant, tanquam Deo cognatos, illo honore privandos, nec sacrificiis colendos esse, ideo quod nil, quod MALUM, sit κτήμα Θεῷ, quemadmodum id *Origenes* probavit. Jam ut *Sixtina* mens inde fatis detegitur, ita simul demonstratur, *Sixtum*, *Clementis Origenisque* æqualem, Theologiam cum ipsis communem habuisse, atque sua non nisi ex his Philosophis Christianis, illo tempore in *Ecclesia Alexandrina* primas obtinentibus, depromsisse.

CCCC-

CCCCLV.

FIDELIS ANIMA, CASTA, ET SAPIENS,
PROPHETA EST VERITATIS DEI.

Ex thesauro Salomoneo Cap. VII. 27. hæc Gnome de- *Puritati*
prompta, ibi enim quum varios Sapientiæ hominem in- *studens, sic*
habitantis fructus enarrasset, tandem illum etiam adje- *sapiens.*
cit: φίλους Θεῶ καὶ προφήτας κατασκευάζει. Nec tamen
dubito, ipsum maximum ætatis suæ Philosophum *Ori-*
genem ante oculos habuisse. Ille siquidem lib. IV. Apol.
contra Celsum Edit. Spencer. p. 226. tum differit, quinam
a Deo ad Propheticum munus seligantur, sic ait: Τὸδ'
ἀληθὲς θεῖον εἰς τὴν τῶν περὶ τῶν μελλόντων γνῶσιν, ἔ τοῖς ἀλόγοις
χρηταί ζώοις, ἀλλὰ ψυχῶν ἀνθρώπων ἱεροτάταις καὶ καθα-
ροτάταις ἃς τινὰς Θεοφορεῖτε, καὶ προφήτας ποιῶν. Atque
vero Deus ad significanda futura nec brutis utitur, nec
istis, quæ homini fortuito accedunt, sed animas homi-
num eligit purissimas & sanctissimas, quas Numine suo
correptas, reddit fatidicas. Id quod libro VII. quo sigil-
latim adversus Oracula a *Celso* laudata, disputat, accura-
tius adhuc & sollicitius exponit, ostendendo verosimile
esse ψυχὴν καθαρὰν καὶ μὴ βαρυνμένην διὰ τῶν τῆς κακίας
μολιβδίδων μετέωρον φέρεσθαι ἐπὶ τὰς τόπους τῶν καθαρωτέ-
ρων σωμάτων: *Animam puram, nec malitia quasi plumbe-*
is gravatam globis, sublimem evolare ad puriora loca
Ætheris. Pauloque post de Prophetis Veteris Testa-
menti inquit, eos per Divinam Providentiam electos
διὰ τὸ τῆ βίου δυσμίμητον καὶ σφόδρα ἔυτονον καὶ ἐλευθέριον,
καὶ πάντα πρὸς θάνατον καὶ κινδύνους ἀπαράπληκτον. Et
rursus quum Mosen, Esaiam, Jeremiam, aliosque
laudasset, inquit: ἄξιός ἦν αὐτῶν ὁ ἐρρωμένος καὶ ἔυτονος
καὶ σεμνὸς βίος πνεύματος Θεῶ. *Horum fortis, con-*
stans

Aaa

*stans honestaque vita digna erat, ut in animis eorum
miro quodam modo Spiritus divinus vaticinaretur.*

Etsi autem hæc satis manifestent, *Sixtum* cum Sacris
Ecclesiasticisque Scriptoribus locutum, non tamen
puto, ipsum de Prophetia κατ' ἐξοχήν, in hac sententia
dixisse, sed de illa, quæ consuetam Veritatis divinæ ex-
plicationem continebat. *Origenes* enim, hoc dum
scriberet, fatetur, Prophetiæ illius excellentioris rara
suo tempore vestigia extitisse. *Σημεῖα δὲ τῆς ἁγίου πνεύ-
ματος κατ' ἀρχὰς μὲν τῆς Ἰησοῦ διδασκαλίας, μετὰ δὲ τὴν
ἀνάληψιν αὐτοῦ πλείονα ἐδείκνυτο ὕψερον δὲ ἐλάττονα. Πλὴν
καὶ νῦν ἔτι ἔχνη αὐτῆ παρ' ὀλίγοις, τὰς ψυχὰς τῶ λόγῳ καὶ
ταῖς κατ' αὐτὸν πράξεσι κεκαθαρμένοις, Ἄγιον γὰρ πνεῦμα
παιδείας φέυξεταί δόλον, καὶ ἀπαναθήσεται ἀπὸ λογισμῶν
ἁσυνέτων.* Summopere itaque mireris, illos qui sigil-
latim de Vatibus, eorumque qualitatibus scripsere,
nihil horum commemorasse, quæ *Sixtus* tantopere ne-
cessaria flagitavit. Vid. *Molinæus*, *Witsius*, *Doduvellus*,
van Dablen, suis de Prophetia dissertationibus clari.

CCCCLVI.

NON AMABIS DOMINUM DEVM, NISI ALI-
QVID SIMILE DEI HABVERIS,

*Non amat
Deum nisi
qui imita-
tur.*

In Sapiencia Salomonis ordine verso hæc leguntur, ut
denegetur homini benevolentia divina, nisi habuerit in
se aliquid simile Dei: εἰδὲν γὰρ ἀγαπᾷ ὁ Θεὸς, εἰμὴ τὸν
σοφίᾳ συνοικῶντα. Sed eodem recidunt, quum, qui non
habet in se σοφίαν, qua ad similitudinem Dei perducatur,
nec Deum amet, nec a Deo amari queat. *Clemens
Alex.* αὐτὴ γὰρ ἡ κατὰ δύναμιν ἐξομώσις πρὸς Θεὸν, τὸ φυ-
λάττειν τὰν κῆν ἐν τῇ κατὰ τὰ αὐτὰ χέσει. *Sic nos pro viri-
bus*

bus Deo assimilabimus, si mentem in sua ad easdem res habitudine constanter servemus.

CCCCLVII.

AMICVM DE PVTA SIMILEM SIMILI TANTVM MODO.

Justa harmonia convenit cum antecedenti, redditurque causa, cur ex defectu similitudinis deficiat aut deficit amor, sive Numinis in hominem, sive hominis in Deum. Amicitia enim inter eos tantum vera, inter quos morum ac probitatis similitudo: Τα τοῖς ἴσοις χαρακτηριζόμενα ἴσα ἀλλήλοις καὶ ὅμοια. Clemens p. 136. Depromsit ista Clemens ex Platone, qui ea veluti ex instinctu cœlesti scripsit, Vid. Clemens Strom. V. Quo loco pulchre describit, hominem Dei similem: εἰκὼν Θεοῦ, λόγος θεῖος, καὶ βασιλικὸς, ἀνδρωπος ἀπαθείας εἰκὼν δ' εἰκόνοσ ἀνθρώπινος νῆσ. *Imago Dei ratio divina & regia, homo non patibilis: humana autem mens imaginis imago.* Quod si quis alia ratione, hanc similitudinem descriptam exoptet, ait, eam nonnisi in ἀκολουθία constare: Ἐτέρω εἰ βέλει παραλαβεῖν ὀνόματι τὴν ἐξομοίωσιν, εὖροις ἀνὰ παρὰ τῷ Μωϋσεῖ τὴν ἀκολουθίαν ὀνομαζομένην θεῖαν. *Quam similitudinem si alio Vocabulo expressam cupis, divinam quandam affectationem a Mose appellatam reperies.* Ex quo vides licuisse Philosophis Christianis, expeditioribus verbis reddere ob Philosophos gentiles, quorum se ingenio adoptabant, quæ aliquando impeditioribus describebant. Iterum Clemens p. 998. φίλους εἶπεν καὶ ἀδελφοὺς τὰς ἐχομένους τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἀφοσίωσιν κατὰ ἐπιθυμίαν καὶ διωξιν. *Amicos fratresque illos vocavit, qui desiderio, qui conatu, ut cum Deo similitudinem ineant, student operamque navant.*

Non amicus Dei, nisi qui similis.

CCCCLIIX.

SINON DILIGIS DEVM, NON IBIS AD
DEVM.

*Non venit
ad Deum,
qui ipsum
non diligit.*

De probitate Sententiæ nemo dubitabit, unde ab omnibus coævis inculcata. Hinc describunt fidelem quod sit ἀγάπη τῷ ὄντως ὄντος ἐρασῶν ἐλκόμενος, καὶ πρὸς τὸ θεὸν ἀγόμενος.

CCCCCLIX.

CONSVESCE TEIPSVM SEMPER RESPI-
CERE AD DEVM.

Sæpe in aliis sententiis explicatur.

CCCCCLX.

INTVENDO DEVM VIDE BIS DEVM.

*Deum intu-
ens Deum
videt.*

Sine dubio sancti aliquam Dei visionem statuerunt, etiam dum in habitaculo suo versatur anima, licet ea non par sit illi, quæ in altero orbe expectatur. De priori sæpe, quasi illius jam tum compotes essent facti, lætati sunt Gen. XXXII. 30. Alteram vero exoptarunt Psal. XVII. 15. XLII. 3. Exinde Scriptores Sixto coævi, utramque ut asseruerunt, ita etiam solide distinxerunt. Clemens Alex. Strom. IV. p. 633. Ἐν θεωρητικῷ βίῳ θεωρητικῶν τὸν θεὸν, καὶ διὰ τῆς ἰδίας εἰλικρινοῦς καθάρσεως ἐπιπροσπεύει τὸν θεὸν ἅγιον ἀγίως· ἡ γὰρ σωφροσύνη ἐν παρρησίᾳ γενομένη, ἑαυτὴν ἐπισκοπεῖσα καὶ θεωρεῖσα ἀδιαλείπτως ἐξομοιοῦται κατὰ δύναμιν θεῷ. In vita, quæ versatur in contemplatione, sui quis curam gerit, dum Deum veneratur, & se sincere purgato Deum sanctum sancte contemplatur. Quæ enim assistit temperantia, seipsam assidue considerans & contemplans Deo, quoad fieri potest, assimilatur.

NON

Non tamen illam visionem oculis fronti inditis fieri putarunt, sed acie mentis, de qua Origenes potissimum contra *Celsum* p. 353. τὸ γὰρ γινώσκον τὸν Θεὸν ἐκ ὀφθαλμοῦ ἐστὶ σώματος, ἀλλὰ νῦν ὁρῶν τὸ κατ' εἰκόνα τῆ κτίσαντος, καὶ τὸ δυνάμενον γινώσκειν Θεὸν, προνοία Θεοῦ ἀνεληφώς. καὶ τὸ ὁρῶν Θεὸν καθαρὰ ἐστὶ καρδία, ἀφ' ἧς ἀέτι ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ. Rursus: ἔχ' ἕτω τις ἐμβρόντητός ἐστιν, ὡς νομίζειν ὀφθαλμοῖς σώματος κατανοεῖσθαι τὰ θαυμασία τῆ θεῖς νόμου. *Id quod Deum noscit, non est oculus corporis, sed mens videns, facta ad Conditoris Imaginem, & facultatem videndi Deum nata per divinam providentiam. Id quod videt Deum, est cor mundum, ex quo non amplius exeunt malae cogitationes. It. Nemo est tam stupidus, qui putet oculis corporeis considerari legis divinae mirabilia. Addenda hic sunt ejusdem verba p. 358. παντὸς οὖν τοῦ κατὰ τρόπον χριστιανίζοντος ὁ τῆς ψυχῆς ἐγήγερται ὀφθαλμὸς, καὶ ὁ τῆς ἀσθησεως μέμυκε, καὶ ἀνόλογον τῆ ἐγέρσει τῆ κρείττονος ὀφθαλμῶ, καὶ τῆ μύσει τῶν ὀψεων τῆς ἀσθησεως νοεῖται καὶ θεωρεῖται ἐκάστω ὁ ἐπὶ πᾶσι Θεὸς καὶ ὁ υἱὸς αὐτῆ, λόγος καὶ σοφία. Omnes, qui officium Christiani faciunt, erectos habent mentis oculos, clausos vero sensuum: & quanto magis quisque apertos habet potiores oculos, clausos vero sensibiles, tanto magis intelligit & contemplatur Deum rerum omnium Dominum, ejusque Filium, Verbum & Sapientiam. Vid. & lib. V. contra Celsum p. 271. Clemens p. 647. & Guilielmi S. Thedorici Abbatis liber de vita Solitaria. C. XX.*

CCCCLXI.

VIDENS DEUM FACIES MENTEM, QUALIS EST DEUS.

Perfectam adaequationem acquiri posse, sapissime ejus *Deum intuituens assimilatur Deo*
 Aaa 3 xtatis

ætatis Scriptores negarunt, quod repetere vanum, unde hæc de sola Imitatione sunt intelligenda. Interim ex sedula perpetuaque Dei ac voluntatis divinæ contemplatione ad aliqualem ὁμοίωσιν perveniri posse, multoties asseruerunt. Putarunt quippe, ex eo, quod sibi amandum sectandumque homo proposuerit, characterem velut quendam ipsi imprimi illius rei, quam imitandam elegit. Strom. IV. p. 632. ὁ ἄνθρωπος κατὰ τύπωσιν ἐγγνωμένην τῆ ψυχῆ, ὧν ἂν αἰσθῆται, χαρακτηρίζεται. *Homo characterem suscipit ex forma animæ insita ex iis, quæ elegerit.* Cæterum idem ille satis se expressit, se non nisi Servatoris verba ante oculos habuisse. Vid. *Wilhelmi S. Theodor: Abbatis Liber de Speculo Fidei, circa finem.* Addatur Paulus 2. Cor. III. 18.

CCCCLXII.

EXCOLE QUOD INTRA TE EST, NEC EI
EX LIBIDINE CORPORIS CONTUMELIAM FACIAS.

Anima excollenda.

Quid nisi animam intelligit, sive τὸ ἡγεμονικόν, de quo multoties dictum?

CCCCLXIII.

INCONTAMINATUM CUSTODI CORPUS
TUUM, TANQUAM SI INDUMENTUM
ACCEPERIS A DEO, ET SICUT VESTI-
MENTUM CORPORIS TUI, IMMACULATUM SERVARE STUDE.

Vestis corporis pura servanda.

Convenit cum Sentent. CCCLXIII. ac negari non potest, Scripturam S. corpus humanum creberrime sub vestimenti Schemate indicasse, quamvis totius compositi pulchritudinem sub eodem symbolo denotarit. S. Johannes Apoc. III. 4. Ecquid enim est aliud albis amiciri

vesti-

vestibus, nisi ad illam pulchritudinem transferri, quæ nec corporis nec animi vitiis amplius commaculatur? Sed inter eos referri, qui τὴν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένην χιτῶνα longissime a se remotam habent. Vid. Apostoli Judæ. Ep. v. 23.

CCCCLXIV.

SAPIENTIS MENS EST SPECVLVM DEI.

Quod Sacris Scriptoribus licuit, illud *Sixto*. Legimus autem Symbolum illud Sap. VII. 16. tum de Sapientia divina, tum de Verbo 1. Cor. XIII. 12. tum de Sapiente 2. Cor. XIII. Atque propterea frequentissimus hujus similitudinis usus apud Scriptores Mysticos, quos inter non possum non laudare *Wilhelmum S. Theodorici apud Rheimenses Abbatem*, qui seculo licet decimo vivens, nihilominus tamen egregium de Visione per Speculum, sive Ænigmate fidei edidit librum, lectu dignum & Commentarii instar in ista *Sixti* verba futurum. Vid. *Bibliotheca Cisterciensium Bertrandi Teissierii Tom. IV. p. 93. Vid. & Clemens p. 374.*

Anima Sapientis Speculum Dei.

CCCCLXV.

IMMUNDÆ AVTEM ANIMÆ NIL AVDEAS DE DEO DICERE. x)

Convenit cum Sententia CCCXXIV. Vid. & *Origenes Impuro nil contra Celsum p. 282. ἐκάσῳ κατὰ τὸ πρέπον αὐτῆ τῷ ἡθεὶ καὶ τῇ καταστάσει προσάγομεν τὸν λόγον. Unumquemque alloquimur habita ratione morum ejus & conditionis.*

Impuro nil de Deo dicendum.

x) Hæc in Lugd. deest.

FINIS.

INDEX.

INDEX.

- A.
- A** Bramii lib. de Mendacio & Veritate notatur. 206
- Absalonis robur confertur ab Ægidio cum robore, gentili signo Sixti IV.* 3
- Abstemiæ versus in Sixti Sentent.* 92
- Abstinencia carniæ indifferens* 179
180. 181
- Abundantia bonorum nocet.* 197
- Accajoli postremi Athenarum Principes laudantur.* 8
- Actio turpis fœdat hominem* 176. aliis non est imperanda. 214. actiõnum malarum autor est demon. 285. &c.
- Actiões bonæ confirmantur a Deo.* 183. 285. testes sunt in iudicio. 312
- Adulationibus mali peiores fiunt.* 205.
- Adulter est, qui de adulterio cogitat.* 245
- Adulterium committi potest in uxore propria,* 243
- Ægydius Card. notatur.* 3
- Aër divinus quid Macario dicatur.* 55
- Æterna afflictio impiorum* 130. 146
- Agnitio & Imitatio Dei sufficit ad beatitudinem.* 201
- Aguirrani Concilia laudantur* 109. consilium de Sixt. Epistolis 114
- Αἰθρησις quid Clementi sit.* 305
- Ἀκαθαρσία vitanda.* 161
- Ἀκοῆς καυσησις cur Celsus Christianos dicat.* 348
- Ἀποδοσία mutua inter Deum & hominem.* 355. 356.
- Ἀλαζονεία* 277
- Alcoranus quædam ex Sixt. Sent. continet.* 298. 320
- Aletrina Ecclesia de Sixto I. gloriatur.* 1
- Amicus Dei non est, nisi qui Deo similis.* 371
- Amor Dei non est inter minime necessaria ponendus 256. est insatiabilis.* 277
- Ἀναβαίvesιν quid involvat.* 227. 228
- Ἀνάγκη* 185. *Ἀναγκαια* 185. 186
- Ἀναγωγὴ βασιλική* 344
- Ἀνάλυσις* 306
- Ἀναμαρτησίαν an Sixtus adstruat* 227. 230. 253. 156. 354
- Anaphora quid sit* 115. an autor cuiusdam anaphoræ Sixtus sit. 115
- Angelus Minister Dei ad homines* 139
140. *Angeli & homines æquales sunt* 140
- Anima depositum a Deo, 132. 133. non pessundet corpus 350. anima immunda diaboli domicilium.* 312
- Animæ vestimentum corpus, 311*
- animæ mors peccatum 230. Animæ tanta cura impendenda, quanta corpori 284. Animam non perdit mors sed mala vita 341. Animam evehit fides 344. Anima indemnis, indemnis corpore 292. De anima disputatur minori periculo quam de Deo* 322.
- Antiphanestria pocula sumi concessit.* 265
- Anto-

INDEX.

- Antoninus Phil. Epictetum imitatus
est. 15. Antonini elogia 15. 16. 17.
177. an ejus Praceptor Sixtus fue-
rit. 35
- Antonius M. quomodo se gesserit reper-
to thesauro. 284
- Ἀξίόθεος creberrime a Patribus usur-
patur. 123
- Ἀφαιζεν 350
- Ἀπισία 259. ἀπισίαν parit Factan-
tia. 218
- Ἀποβολή liberorum quid notet? 259
- Ἀπόθεσις corporis quid sit 191
- Ἀποθέωσις ab omnibus fere Patribus
electis adscribitur 53. 54. 330. 331.
342. post Macarium libere asserta
58. 59. Scala, qua ad summum
ejus fastigium ascenditur. 61
- Ἀπορεῖν quid denotet 125
- Apostoli comprehenduntur in Sixt. Sent.
nomine Sapientum 39
- Appellationum Jus Sixtum sibi reser-
vasse probare nititur Campegius.
115
- Apronianus quis fuerit? 25. Rufinus
ei dedicat Sixt. Sent. 24
- Arbitrii libertas ad bene vivendum da-
tur. 144. 145.
- Armis Christiano non utendum. 297
- Arnoldus notatur. 254
- Affemannus dubitat, an Sixto II. En-
chiridion hoc adscribi queat, sed
frustra 76. 77. refellitur propriis
rationibus. 78
- Astydamas notatur 276
- Athene Sixti II. patria 7. descripta a
Fanello 7. 8.
- Athanasius de Vita Antonii M. 283
- Atheus est, qui negat providentiam
332
- Avaritiae Origo cupiditas possidendi
195
- Audiendi sunt non omnes 347
- Auditores prompte suscipiant Verbum
Div. 318. 319
- Augustinus Sixti Sententias Episcopo
& Martyri adscribit 26. an hanc
Sententiam mutavit? 72. 73. 74.
98. Augustini liber de Mendacio
206
- Aures in baptismo igne adusta. 347.
- Aurium custodia 347. 348
- Aurum non animam eripit de malis
184
- Ἀυτάρεσις 175. αὐταρεῖς emulatur
Deum. 151. 175.
- Ἀυτοχερίαι fugienda. 294. 295.
B.
- Bailletus Adr. notatur. 99
- Baptismus indicatur a Sixto voce Spon-
sionis, stipulationis &c. 51. Mitiga-
tio de rebaptizandis haereticis 110
- Barberyacus vanissimo conatu a Cellie-
rio invaditur. 100
- Bardesanes libertatem arbitrii acriter
defendit 145. contra Jansenium de-
fenditur. 365
- Barnesius Joh. 207
- Baronius notatur 96. 97
- Basilidianorum ritus in baptismo 348
- Basilius notatur. 301
- Basnagii judicium de Sixt. Sent. 107
192. 194.
- Baylius notatur 92

Bbb

Bea-

INDEX.

<i>Beatus est irreprehensibilis</i> 147. <i>ad beatitudinem sufficit Dei agnitio & imitatio</i> 201	<i>amans</i> 198. <i>Bonos actus confirmat Deus.</i> 285
<i>Bellare veteres Christiani non licitum putarunt</i> 261	<i>Braschbellenfis Censurae notantur</i> 93
<i>Benefacere hostia Deo grata</i> 150	95. 126. 192. 193. 221. 222. 223. 227. 230. 266. 307. 311. 315. 316. 348.
<i>Beneficentiam Ingratus non impediatur.</i> 302	<i>Βροχύλογος Sapiens</i> 198. 366.
<i>Beneficium ne imputes</i> 308	<i>Brevitas laudata</i> 198.
<i>Beneficus pro parvis magna accipit.</i> 332	<i>Budeus notatur.</i> 279
<i>Benignus magnus est Deo</i> 152	C <i>Alvini iudicium de Hieronymo.</i> 108
<i>Bias Prieneus Φιλόπαις cognominatur.</i> 308	<i>Canus Melch.</i> 206
<i>Bignaeus inserit Sixt. Sent. Bibliotheca Patrum.</i> 93	<i>Caraffa Anton. laudatur.</i> 4
<i>Blanci elogium</i> 5	<i>Caranzæ Barb. fata.</i> 3
<i>Blasphemus impius</i> 170. <i>defenditur a Casnedio</i> 170	<i>Caritatem exerceat susceptor Verbi Div.</i> 319
<i>Bæotius Sextus Antonini Praeceptor an Sixti Sententias composuerit</i> 35	<i>Carnium abstinentia indifferens</i> 179
<i>Bonitatem ingratus non impediatur</i> 302	180. 181. <i>Ex carne nil bonum</i> 266
<i>Bonus homo Dei est.</i> 341. <i>Bona actio ex Intellectu boni</i> 154. 155. <i>bona mens chorus Dei</i> 157. <i>Bonum hominis summum ubi sit</i> 291. <i>Bonum summum, Deus, est eligendum</i> 147	292.
165. 173. <i>Bonum solum, quod Deo placet</i> 193. <i>Bonum nil quod non commune</i> 281. <i>Quod bonum est, id solum dicito</i> 224. <i>Omne bonum rarum</i> 250. <i>Bonum nil ex carne</i> 266	<i>Casnedi Italus Blasphemiam laudat</i> 170. 171
292. <i>Bonum non est, quod alii traditur cum amissione</i> 280. <i>Bonum omne a Δόγω est impetrandum</i> 270	<i>Cassianus Scetita</i> 270
<i>Qui bonis non studet, caret vere bonis</i> 199. <i>Bona non amat, mala</i>	<i>Castigatio vera qualis</i> 158. 159
	<i>Castitati noxia Ciborum satietas.</i> 173
	<i>Ob Castitatem omnia sunt toleranda</i> 267. <i>Castus Sapiens</i> 161. <i>Castorum vita fit honestatis exemplar</i> 274
	<i>Alph. de Castro notatur.</i> 222
	<i>Caveus notatur.</i> 76
	<i>Cellierius vanissimo conatu Barberyacum invasit</i> 100. 101
	<i>Celsus ex Sixt. Sent. insultandi Christianis ansam cepit</i> 141. <i>notatur</i> 220
	<i>Cenotaphia Pythag.</i> 125
	Xαλς-

INDEX.

- Χαλεπόν 242
Christi an Sixtus mentionem fecerit.
 40. 41. 328. *Christus a Sixto nomine Verbi, Sapientiae, Veritatis &c. indicatur.* 40. 41. 42. &c. 45. *Christi nomen in Veritatis doctrina, Confessione & Precibus secundum Origenem est adhibendum* 44. 45. *Christi Sanguis num adhuc in terris reperitur.* 2
Christianus sit erectus. 193. *non utatur armis* 297. *Christiani stulti habentur* 234. *veteres haud jaectantes fuere* 361. *Christianis paupertas obicitur.* 220
Chorus quid sit? 157. *bona n. ens chorus Dei.* 157. *impius chorus diaboli.* 158
Chronicon Flavii Dextri notatur. 109
Cibus non polluit, sed mala aetio 182
Cibo parcendum 263. *Cilorum Satietas Castitati noxia* 179
Cicero notatur. 257
Clemens omnem morum doctrinam majoribus solennem exponit 280. *quid diabolum esse dicat* 286. *Clementis Tract. τῆς ὁ σωζόμενος πλεσιος vindicatus.* 221. *Interpretationes Clementis nonnunquam coacta.* 343
Clemente cautius Sixtus locutus est. 254. *Ex Clemente Sixtus plurima depromit* 36. 95. 244. 316
Clerici Judicium de Hieronymo. 108
Cogitandum semper de Deo 153. *Deum cogitans illustratur* 175. *Cogitans mala adversus alium sibi nocet* 301
Cogitationes etiam munda sint 155
 215
Communio bonorum 281. *Communis quibus est Deus, iis & communis possessio.* 240
Concilium Toletanum An. 246. *celebratum fabulosum.* 109
Concupiscentia victrix hominem polluit 182. *Concupiscentiae dedita anima ignorat Deum* 195
Conjugium an Sixtus rejecerit 242
Conjugio carere licet 241. *Conjugii casti osores saepe ad caelibatum lulentum confugere* 247. *Conjugii decus Continentia.* 248
Constantini M. Lex de repertis thesauris 283. *an ante Constant. M. alii Principes Christianorum Sacra secuti sint?* 112. 113
Contentus esto mediocribus 175
Continentia fundamentum pietatis 171. *Sapientis thesaurus* 280. *Conjugii decus* 248. *Continentiae studendum* 162. 310. *Continentia fidelis pascitur.* 366
Conversatio malorum fugienda. 178
Cornbert Theod. notatur. 254
Corporalia non diligenda 176
Corpus per se bonum 196. *bonum bene utenti* 305. *vestimentum animae,* 311. 374. *non animam pessundet* 350. *Corporis depositio quid sit?* 191. *Quae corporis usus poscit, ea possideas* 184. *Corpori non indignandum* 293. *Corpore solvi ad nutum div. beatum* 294
Correctio in delictis ferenda, 282.
 Bbb 2 gratæ

INDEX.

- grata est Sipienti* 252. *Corrigenti gratia sunt habenda.* 252. 253.
Creatorem noscens, seipsum noscit 342
Credens male vivit male 225
Crescens Phil. quomodo a Tatiano describatur 39
Cultus div. fundamentum est amare homines Dei. 327
Cupiditas inexplebilis 200. *Cupiditates necessariae continenda* 269
Curiositas est polyhistoria 255
Cusanus Nic. laudatur. 138 315. 334 204
Cyprianus laudatur 117

D.

Demon malarum actionum autor 285. *Ejus domicilium impura anima.* 312. *Damones qui sint ex mente Basilidis, Isidori & Valentini* 313
Damasceni Parallela 202. 203
Dannhaueri Judicium de Sixto 102
Delibera antequam loquaris 203
Democratis Sententia 202
Demophilus quis fuerit 36. *an Sixtus ex eo quaedam depromserit* 36
Depositum a Deo anima 132. 133.
Depositio corporis quid sit? 191
Desideria consequi damnum est. 258
Deus factorum omnium testis 285 *actus bonos confirmat* 285. *per se subsistit.* 136. *omnia fecit pro hominibus* 139. *ut summum Bonum eligendus* 147. *in bonis actibus autor* 177. 183. *nullius mali autor* 183 *plus quam anima diligendus.* 178 *Sipientem maxime diligit* 288. *Cui Deus dominatur, is omnibus dominatur* 148. *Deus humanus homo dicitur* 330. 331. *it. Deus captivus* 56. 57
Dei triunius an Sixtus mentionem fecerit 39. *Dei homo quinam dicatur* 122. *Dei magnitudo impervestigabilis* 136. *nomen inveniri nequit* 137. 138. *Ministri Angeli* 139. 140 *templum mens pia* 149. *Dei Filius V. Filius Dei. Dei Verbum V. Verbum Dei.*
Deo an Sixtus hominem equarit, 48 49. 52. 53. *reddenda, quae Dei sunt* 132. *Simile aliquid est in homine* 143. *ut placeas stude* 152 *nil tectum* 160. *Deocarii quinam dicti sint* 123
Deum scire & imitari summus honor 148. *nemo ledere potest.* 169. *cogitans illustratur.* 175. *Quod non decet, nec hominem Dei* 194. *ignorat qui non colit* 326. *fugit impius* 290 *optime honorat, qui illum imitatur* 333. *homini commendat Sipientis* 256. *Deum vides intuendo Deum.* 372. *Deum spernere & Sipientem idem peccatum.* 222. *Secundum Deum vivendum.* 150. *Post Deum quomodo homo secundus esse dicatur* 141. *Apud Deum semper sit animus* 154. 199. *Apud Deum nil sapiente majus* 288. *Ad Deum ducit Sipientia* 210. *Ad Deum omnes actiones dirigas* 338.
De Deo loquens scias quod a Deo iudicaris 133. *De Deo semper cogitandum*

INDEX.

dum 153. De Deo etiam vera loqui periculosum. 314. De Deo flagitiosus non loquatur. 317. De Deo ne loquere promiscuo vulgo 320. De Deo loqui difficilius quam secundum voluntatem Dei facere. 348.	Dupinius notatur ob lubrica de Gelasio & alia inepta judicia 81. 99. ignorare se fatetur, an Sixti Sententiae seorsim edita. 102
A Deo pete, quae ut dentur ab eo, digna sunt 187. A Deo desertus est, qui nil de Deo dicere potest. 325. Nil sine Deo. 278	Durantes Franc. laudatur 118
Dei captivi Macario Electi dicuntur 56	E.
Deificatio V. ἀποθέωσις. 57	E Brietas insania 264. laudatur a Scriptore Gallo ibid.
Diaboli nomine quid Plato & Clemens indicet. 286	Ἐγκράτεια 171. 172
Didymus 301. Διδυμοσύνη. 150	Εἰμαρμένη 185
Dilectio fons cultus divini 327	Ἐκθέωσις V. ἀποθέωσις.
Diogenes lucerna accensa homines quaerit 250. actus hic Schematicus exhibetur Zeph. I. 251	Electi fideles sunt 121. homines Dei 122. Dei captivi 56. Dei in hominibus 330. Dei humani. 331. quinam Valentianis ita dicantur 121
Dionysius Alex. IIII. quaedam ex Sixt. Sent. depromit 149	quinam Graecis & Gentilibus 122
Discas ante quam opereris 278	Electis omnes fere Patres antiquiores ἀποθέωσιν adscribunt 53. 54
Discipulorum peccata opprobria sunt Praceptorum 212	Elenchus verus qualis 158. 159. 177
Dives non honorandus propter solas opes. 221. Divitem salvari difficile 221. Divitiarum contemptor Sapiens 131. Divitiarum amor carnalis 164	Elevatio animae quomodo fiat? 344
Doctores vani non audiendi 314. Doctorem opprobria sunt peccata discipulorum 212	Ἐνύπαρχον quid sit Philosophis 340
Domesticorum errores ferendi 279	Ephraem Syrus laudatur. 57. & Macarius non sine Numinis Providentia uno conjunguntur Seculo 58
Dominus omnium est, cui Deus dominatur 148	Epieteti Enchiridion notatur. 13. an ejus autor Christianus? 13. inique Nili Opusculis inseritur 13. 14. Illi Enchiridion Sixti summo studio oppositum fuit 15
Dorotheus Abbas 126	Epistola Sixti, quid de iis judicandum 114
	Ethnicus an autor Sixt. Sent. fuerit 19. 22. 30. 37. 99. 107. 115. 245
	Euagrius Ponticus Sixtum imitatus est. 75
	Eunuchismus triplex 17. 18. 19
	Ἐὐσέβεια quid notet. 171
	Eusta-

INDEX.

- Eustathius* notatur 279
Eustochium ab Hieronymo laudatur. 40
Exemplar nobis sit vita piorum 274
 F.
Fabricius J. A. putat Sixtum quædam ex Demophilo depromsiffe. 36
Fanelli Historiæ Athenarum 7. 8
Fatum Stoicum refutatur. 364
Ferrerius peregrinationem Sixti ad Hispanos memorat 109
Ferrum optimum & pessimum vitæ instrumentum 298
Fides omnes actus præcedat 110. animam evehit 344. In fide dubius est infidelis 125. In fide male sentire facit Jactantia 218. In fide lubricus corroborandus 303. In fide omnes conare vincere 304. Sub fidei Vocabulo Pythagoræi nunquam dogmata sua proposuere 303
Fidelis homo electus 121. 122. solius Dei eget 151. nil mali vult 233. tolerat jacturam liberorum, 259 persecutori obnoxius 322. Fidelis est, qui non peccat, & in minimis caute agit 126. Fidelis mens semper apud Deum. 199. passiones fugit 230. Fideli placet quod Deo. 193 194. Fidelem habeto ut teipsum 172 In Cor Fidelis passio non adscendit 227. Fideles pauci sunt 250. a Clemente in 2. classes distinguuntur. 348. V. Electus.
Fiduciam cum Verecundia habeto 257
Filius Dei abstinet a peccato 156. pretiosa solum ea ducit, quæ Deus 195
Filium Dei te esse memento 237. 238
Flacius notatur 101
Flavii Dextræ Chronicon notatur 109
Fornerii lib. IV. de temulentia 265
Francisci Sodalitio Sixtus IV. accensetur. 2
 G.
GAtakerus laudatur. 16. 177.
Galeus castigatur. 33. 34
Gelasianum Decretum falsum & subdititium 80. & c. 86. contemnitur ab Isidoro Hispalensi 83. quale iudicium ferat de Sixt. Sent. 81
Gerhardus Jo. 102
Gesneri Versio notatur 21
Gloriæ causa nil agendum. 309
Græcorum nomen complectitur omnes ad ortum Solis populos. 7
Gratis accepta gratis danda 249
Graveson quid iudicet de Decreto Gelasiano 81. de Rufino 104
Guilielmi Abb. lib. de Visione per Speculum laudatur 375
Gutherius 125
 H.
Hæretici num rebaptizandi litigatio 110
Helvii Pertinacis nummus aureus 364
Henricum Bonon. refutavit Sixtus IV. 2
Hexaplorum Autores 207. 256. 264.
Hieracis diff. de Injuria 227
Hieronymus varia mutuatur e Sixt. Sent. 23. 72 invadit Rufinum & Sixtum 27. 135. refellitur 28. 29 32. 33. 240. 243. inique ethnico adscribit Sixt. Sent. 37. 38. 50. non Sixto

INDEX.

- Sixto accuratius locutus est.* 62. 63
Exemplum Hieron. Sentent. 63. &c.
 71. *Hieronymi calliditas* 72. 242
Hieronymum Gelasius cæco assensu
secutus est 82. *eum notarunt Theo-*
logi Batavi it. Barberyacus 100.
Huetius 207. *Clericus & Calvinus*
 108. *Hieronymus providentiam*
negasse suspectus est. 289
Higuera notatur. 109
Hildefhemius Sixt. Sent. edidit. 93
Homo Dei quisnam sit 122. 123. 327
Homo tam pretiosus quam Angelus
 140. *Quomodo secundus post Deum*
dicatur 141. *non affligendus* 174
internus excolendus 291. *Hominis*
præstantia nec evehenda nec depri-
menda nimis. 341. *Hominem ledens*
non colit Deum 326. *Homine bene*
utendum 231. *male qui utitur, se-*
ipso male utitur. 232. *An Sixtus ho-*
minem Deo æquarit 48. *Pro homini-*
bus omnia sunt facta a Deo 139. *In*
homine est aliquid simile Deo 143
Hominibus qui opitulatur, est a Deo
 327. *Bruta Deo hominibus cariora*
esse Celsus calumniatur. 357
Honor summus Deum scire & imitari.
 148. *Honorat Deum optime, qui*
Deum imitatur. 333. *Honorandi*
sunt Sapientes, 251. Honorans Sa-
pientem honorat seipsum 236
Hostia Deo grata benefacere 150
Huetii iudicium de Hieronymo. 108
Hypocrysis fugienda. 159. *latere ne-*
quit 299
- I.
- J** *Actantia ἀπιστοῦ parit* 218. *Ja-*
Etans non est Philosophus 275
 361
Jansenius Iprensis notatur. 365
Jejuna ut pauperes reficias, 264
Jesuit. Societas notatur. 207. 256
 264. 265.
Ignorantia docta 204
Illescas Gonzales 116
Imitari Deum summus honor, 148. *Deo*
placet, 149. Qui Deum imitatur,
honorat Deum, 333. 370. Imitatio
Dei agniti sufficit ad Beatitudinem
 201
Immisericordia vitanda 307
Impietas V. Peccatum.
Improbus V. Infidelis, Peccator.
Improvide nil Sapiens agit. 285. 286
Impuri anima domicilium demonis
 312. 313.
Incontinentia fugienda 310. 359
 360
Infidelis est dubius in fide 125. *homo*
mortuus in corpore vivo, 125. cho-
rus diaboli 158. *blasphemus* 170
fidem non habet 211. *Deum fugit*
 290. *æternum affligetur, 146. In-*
fidelium laudes fuge 249. *preces non*
exaudiuntur 162
Ingilberga Sixto monasterium condit
 118
Ingratus non impediatur beneficentiam
 302
Inimicum neminem putes 177. *Inimicis*
benefacere a Deo expetas 233
Injuria finis perditio. 227
 Inju-

INDEX.

- Injustitia ex Philautia* 197
Inquisitionis capistrum Sixtus IV. Hispanis injecit. 3
Intellectus tui sis certus 305
Johannes Apameensis citat Sixt. Sent. 78
Josephus a S. Fide 1
Ireneus egregie de Christo Λόγω locutus est 43
Ἰσαγγελίας hominum 140
Isidorus Hispalensis contemnit Decretum Gelas. 83. quale judicium ferat de Sixt. Sent. 84
Istigius probare videtur Censuras Brasichell. 95. 103.
Judicis periculum gravius est quam rei 216. In Judicio testes sunt actiones animæ 312
Juelli judicium de Sixt. Sent. 103. 104
Justus propter se colendus 160
K.
K *Αυσήγεια ἀκοῆς cur a Celso Christiani dicantur* 348
L.
L *Abor non fugiendus* 189
Lactantius, quomodo Constantium M. primo majestatem veri Dei honorasse dixerit 113
Laurentii illustre cum Sixto colloquium 21. 22. 117. 213.
Laurentius Pisanus emulari Sixtum voluit. 90. 91.
Laurentii Abstemii versus in Sixt. Sent. 92
Laus impiorum fugienda, 249. laus propria fugienda 276. laude propria quando uti liceat. 276. 277
Laudata malitia fit intolerabilis 202
Lequienius laudatur 51. 245
Liber est Servus Dei 263
Libertas vera Philosophi, quanam? 339. *Libertas mentis custodienda* 130. 131. *Libertas arbitrii ad bene vivendum data* 145. *Libertas quo aufertur, id non sapienter factum* 269
Liberos procreare pessimum (difficile) 242. *Liberi mali magis te excrucient, quam mortui* 258. *Liberorum ἀποβολή quid sit* 259. *jacturam fidelis tolerat* 259
Libido vincenda 162. *Deo invisæ, 365*
Libidinem necessariam ut non necessariam ducito 269. *Ob solam libidinem nil facias* 244. *Libidinosus ad omnia inutilis* 212. *Libidini fluxæ probra perpetua.* 267
Linguae pravitas 217. *Lingua bonis assuescat* 169
Lipsius notatur. 157
Liturgia V. Anaphora.
Λόγος quid involvat apud Autores profanos 188. *apud Justinum, Theoph. Ant. Tatianum, Athenagoram, Ireneum, Origenem* 41. 5c. 45. 188
189. apud Clementem 44. *a Λόγω omnia bona impetranda* 270
Longævitas non ægre feratur. 306
Loquere quæ certo scis 208. *tempestive* 207. *quum tacere non expedit* 208
ea, quæ bona sunt 224, *quæ Deus ipse manifestavit* 315. *non vero ad promiscuum vulgus* 320. 324. *Loqui de Deo etiam vera periculosum est*

INDEX.

- est 314. 321. 324. *Intempestive loquens de Deo, Dei est proditor* 324. 325. 346
Loquens de Deo scias, quod a Deo judicaris. 133
Lovanienses cum Sixto IV. de futuris contingentibus conflixere. 2
Lucas Tudenfs. 83
Luxuria corpus perdit. 197
- M.
- M**acarius est magnus ἀποθεώσεως Patronus 54. 56. non sine Numinis providentia cum Ephraem Syro uno seculo conjungitur. 58
Macedonianorum Heresis. 143
Magistratibus præest Deus. 215
Magna age, ne pollicere. 224
Magnanimitati studendum 186. 193
Mahumeto Sixti Sententia non incognita fuere. 298. 320
Malitia non est laudanda. 202
Malamachinans sibi nocet. 301
Malum omne turpe 226. *Mali nil fidelis vult.* 233. 290.
Maraccius notatur. 320
Marcus Eremita Sixtum imitatus est 75
Μαργαρίτα. 266
D.V. Mariae Puritatem Sixtus liberam asserendi potestatem concessit. 3
Marcionite notantur. 305. 312
Mariti a Sixto castigantur. 244
Martyrium quale Sixtus subierit 117
fratrum Maccab. laudatur 336. *Adhortationes ad Martyrium* 323. *V. Persecutio*
Matrimonium. V. conjugium.
Mayeri Jac. Versus. 3
Maximus S. Confessor laudatur 58. 59
Sixt. Sent. illustrat 59. 60
Membra melius perdere quam iis peccare 127. *bona sunt bene utenti* 305
Membrorum malus usus 127
Mendacium deceptio 339. 340. *Mendacio ut veneno utendum* 205. *De Men-*
- daciis dogma Sixti & Epicteti* 15. *A quibus mendacia defendantur* 206
Milesii fabula libentius quam Platonis libri leguntur. 40
Misericordiam in vitio Stoici posuere. 307
Missio S. Peregrini ad Gallos incerta 1
Monasterium in Sixti honorem conditum. 118
Moniales Vastenenses cera aures obstruxere adversus Veritatis Evang. auditum. 346
Mores ut sunt, sic & vita 300. 301
Mors animæ peccatum 230. *mors Philosophica, mystica,* 294. 295. *Mortem illaturo ne succense* 296. *Mortuus in corpore vivo infidelis* 125. *Mortuos manent vel pœna vel præmia eterna* 129
Mosis & Platonis comparatio 338
Multitudini non blandiendum. 182. 183
Muratorius notatur 247
Mysteria promiscuo vulgo non enarranda 320. 321. 324.
- N.
- N**arratio longa iudicium imperitiæ. 204
Ne cesse quod est, ferendum ut necesse est 185. *Quod homini plus quam necesse est, inimicum ei est.* 197
Nili Opusculis falso Epictetus inseritur 13. 14
Nocere nemini optima purificatio. 133
Nomen Dei inveniri nequit 137. 138. *cur Lamina quondam inscriptum* 199
Nomina plerumque cæco impetu imponuntur. 5
Noristus Card. 98
- O.
- O**bjurgatio rara & opportuna sic 271. *Objurgationum species* 272

Ccc

Ωδὶ.

INDEX.

ᾠδῖνες quare David Ps. VII. συλλήψαι præposuerit. 301	Pro paupere reficiendo jejunare bo- num. 264
Olearii Abacus 102	Peccatum omne impietas 126. 127. mors animæ 230. non parvi faciendum 281
Ὁμοίον Θεῶ mens renovata dici potest. 144. 371. 374	A Peccato abstinet Filius Dei. 156. Ab iterato peccato cavendum 253. 275. De peccatis commissis opinio Philosopho- rum Christian. 267. Non peccans fidelis est. 126. Peccatur malo mem- brorum usu 127. Peccator non exau- ditur. 162
Ὁμοιότητα qualem Sixtus Spiritui S. adscribat 143. 144	Pecunia V. Divitiæ.
Opprobria verba sine sensu. 203	Pelagius Sixt. Sent. citat 25 sed iis abu- titur. 97
Opum possessio frustra rejicitur. 240	Peregrini missio ad Gallos incerta 1
Oratio Domin. Lingua totius Ecclesiæ 188. V. Preces.	Perfectionem qualem Sixtus exigit 48 49
Origenes quædam ex Sixt. Sent. deprom- sit 17. 20. Ad cerditarum Patronus 129. cur Sixtum non Philosophum, Pontif. aut Mart. dixerit 19. plerum- que de Sixto bene locutus est, 20. 180 Sixtum reprehendit 141. 142. notatur 348. quasdam Sixti Sent. fraudulen- ter detorquet 128. 129. Sixto coævus fuit. 18	Persecutionis fortiter toleranda 52 322 323. 335.
Orphanorum cura laudabilis 308	Φαντασιοκοπεῖν 279
Ostiandri Judic. de Sixt. Sent. 102. &c. 103	Pharmacum quid notet 205. 206
Oudinus notatur. 76	Philippi Christiani ante Constantinum M. 113
Ὁσία denotat apud Sixtum Deum 39 P.	Philo membra abscindenda sua fit. 128
P Aedagogus quis Clementi vocetur 360	Philosophus quis Sixto dicatur 260. 293 non accusetur. 260. Philosopho nil proprium 240. in omni re credendum 260. Philosophi vera libertas 339.
Pagius Franc. notatur. 76	Philosophi gentiles Psittacos saepe imitantur. 123. 338. Philosophus hono- randus. 293
Palatius Job. 9	Φιλοπραγμοσύνη 262
Παρόρησις cum Verecundia conjungenda. 257	Photius Paræn. ad Bulg. Princ. Epictete- ti Sententiis implevit 15. Sixti Sent. illustrat 166
Passeri Felix 118	Pigri Oratio sermo vanus 190
Passio non ascendit in Cor Fidelis 227 inimica rationi 228. ægritudinis ini- tium 229. Passiones fidelis fugit 230 231. In passione quicquid feceris, præ- nitebis 229	Πισὸς quinam? 121
Πάθος 229. πάθημα 230	Pius V. Fidelis
Πατρονομείον 279. 280	Pietas semper re & gestu exerenda 165 non procrastinanda 167. fundamen- tum Continentiæ. 171
Paupertas Christianis objicitur 220 præstat divitiis avaris 331	Plato quid diaboli nomine indicet, 285
Pauperes de Lugduno & Fraticellis 222	Platonis & Mosis comparatio 338 Ple-

INDEX.

- Plebis iracundia non provocanda* 309
Pæna immortales infidelium 130. 146.
Pænas destructivas ne facile inferas. 261
Polyhistoria curiositas. 255
Πολυπράγμοσύνη 262
Pontificalis liber a Holstenio editus. 8
Pontifices Rom. vetustos nil boni scripsisse, Flacius sibi falso persuasit. 101
A Potu sumtuoso abstinere 264
Preces impiorum non exaudiuntur, 162
 190. *poscant a Deo, quæ ut ab eo dentur, digna sunt,* 329. *quæ mansura sunt,* 191. *quæ ab homine accipere non possumus* 189. *quæ Deus peti vult* 194
 195. *Precari pro aliis nos oportet* 328
Probabilitatis inventum pessimum Sixtus non comprobatur 187
Propheta Veritatis div. anima fidelis 369. *Prophetiæ Vocabulum quomodo a Sixto accipiatur.* 370
Providentiæ assertio peculiaris nota Christianismi 364. *Providentiam negat Vir malus* 289. 332. *an eam Pythagoræi negarint?* 21
Prudentius notatur. 117
Psychici quinam? 195
Pupillorum cura laudabilis 308
Purgatio quomodo fiat. 176
Purificatio optima 133. *quomodo acquiratur* 134. 176. 177.
Pythagoras an Providentiam negarit, 20. 21. *quomodo multa a Sixto ad Pythagoram translata sint* 89
Pythagoreus num Sixtus fuerit. 10. 11
 30. 31. 48. 95. 176. 180. 191. 303.
 R.
R *Ara sunt, quæ bona sunt* 250
Ratio præcedat actus tuos 163
Rationi inimica passio 229
Raynaudi laus brevitatis 198
Renaudotii de Anaphora Sixti. iudicium 115
Restrictiones mentales 206. 207.
Resurrectio corporis pars felicitatis Sanctorum. 194
Rhenanus primo inter Germanos Sixti. Sent. edidit. 92
Risus nimius animæ negligentis indicium 272. 273. *coercendus* 274
Roboreorum familia edidit Sixtum IV. 3
Rocha Angelus notatur. 4
Rossalius laudatur 13. 186. 217. 234
Ruffinus vertit Sixti. Sent. 24. Aproniano dedicat 24. 93. *invaditur ab Hieronymo* 27. 38. *defenditur a Bullo* 48
Norifio Pelag. hereseos Princeps audit 98. *quod Graveson negat* 104. *illaudabili libertate usus est in Versionibus suis* 23. 242. 246. 358. *an Sententias alias Sixtinas addiderit,* 97
Ruffino juniori a Garnerio Sixti. Sent. adscribuntur. 104
 S.
S *Abelliana heresis.* III
Sacerdos homo Dei est 123. *omnis Christianus* 124
Salazar Tamajus notatur. 7
Sapiens non nocet 284. *nil agit improvide,* 285. *Deum homini commendat* 286. *Deo similis* 131. *Pecuniæ contemptor* 131. *non insensibilis* 135. *post mortem gloriosus* 153. *castus* 161. *βραχύλογος* 198. *semper sibi similis* 200. *ut Imago Dei colendus* 219. *et nudus venerandus* 220. *se non reputat Sapientem* 223. *malis insipiens videtur.* 234. *scit, quæ Deo placeant* 255. *participat tempori* 256. *possidet, quæ Deus* 289. *semper apud Deum,* 357. *Deum prædicat etiam silendo* 359
Sapientis anima Speculum Dei 375. *magna est excellentia* 344. *mens semper apud Deum.* 199

INDEX.

- Sapientia grata est correctio* 252. *obtemperandum* 253
- Sapientem honora*, 251. *honorans honorat seipsum* 236. *spernens spernit seipsum* 239. *Sapientem & Deum spernere idem peccatum* 222. *Deus maxime diligit.* 288
- Sapiente nil majus apud Deum* 288. *quæ Sixtus de dignitate Sapientum dixit, conveniunt cum dictis Patrum coævorum* 52. 53. *Sixtus Complectitur sub Sapientum nomine Prophetas & Apostolos.* 39. 219
- Sapientia Dei sensibilis est*, 135. *immutabilis* 139. *ad Deum ducit* 210. *cum Veritate ambulat pari passu* 210. *donum div.* 236. *particeps Dei* 291. *Sapiens cæsus liberatur.* 296. *non deorsum respicit* 338. *Sapientia div. vera Scientia* 345
- Sapientia sæpe Christum significat*, 45
46. 134. & *Spiritum S.* 47
- Schæfferi lib. de Philos. Ital.* 11. 121
- Σεινόντης* 146
- Seneca num Christianus?* 15
- Per Sententias cur Sixtus scripserit?*
11. 12. 13. & c.
- Sepulveda.* 207
- Sermo intempestivus stultus* 209. *Sermo multus error, multus* 204. *Sermo vitam commendat auditoribus* 213. *Sermonis Victoria per mendacium non querenda*, 209. *Sermone brevi utuntur Sapientes.* 204. 198
- Servus Dei liber est*, 263. *Servire præstat accepto Servitio* 306
- Sextius Pythagoreus non confundendus cum Sixto nostro* 31. 32.
- Sextius Antonini Præceptor, cum Sixto a Galeo confunditur.* 34. 35
- Sextus Empyricus* 204. 226
- Sfondrati judicium de Decr. Gelas.* 82
- Silendo etiam Sapientes Deum prædicant.* 359
- Simile Deo est aliquid in homine*, 143
- Similitudo Dei quid involvat* 371. 374
- Simplicitatem verborum amat veritas.* 217. 218
- Simonii germanum de Sixto Judicium.* 100
- Simulatio latere nequit* 299
- Sixtorum nomen inter Pontifices illustre*
1. *an Xystus scribi debeat.* 5
- Sixtus I. quis fuerit* 1
- Sixtus II. 2. Ejus stirps* 6. *patria* 6. 7. *vita genus* 8. 9. *quomodo ex Philosopho Pontifex dicatur.* 8. 9. *iter ad Hispanos dubium* 9. *elogia* 9. *an Pythagoreus* 10. 11. 30. 31. 48. 95. 176. 180. 191. 303. *cur per Sententias scripserit.* 11. 12. & c. 17. *quo anno Sententias ediderit* 17. 34. 35. 78. 142. *Pythagoreus quidem fuit, sed omnia Christianæ Sapientiæ adversa rejecit* 20. 176. 180. 191. *non confundendus cum Sixto Ciceron. vel Sextio, Antonini Præceptore* 34. 35. *inique ab Hieron. homo dicitur gentilissimus* 37. 329. *Sententiis suis sibi gradum struxit ad presbyterium* 108. *an ad Toletanos Concilii celebrandi causa profectus sit.* 109. 110. *quid egerit in negotio de rebaptizandis hæreticis*, 110 *quid in causa Sabelliana*, 111. *an librum de divitiis scripserit* 112. *quid de Epistolis ipsi adscriptis judicandum* 114. *an anaphoræ cujusdam auctor sit*, 115. *Sixti illustre colloquium cum Laurentio* 21. 22. *reliqua vitæ gesta non admodum nota*, 116. *martyrium* 117. *Ejus honori monasterium nobile conditur* 118
- Sixtus III. 2. num illi liber de Divitiis suppositus sit* 106. 112. 221. 222
- Sixtus IV.* 2
- Sixti*

INDEX.

- Sixti V. elogium.* 3
Sixtinae Sententiae summo studio Epictetis oppositae 15. autor Christianus est 19. &c. 22. 30. 37. 50. 51. 99. 107. celeberrimae tempore Origenis 17. Hieronymi 23. 37. a Ruffino vertuntur in linguam Latinam 23. in Syriacam 78 an autor Syrus fuerit 76. 79. primo editae sunt a Rhenano 24. 93 primo citantur a Pelagio 25. Eas ipse Augustinus Episcopo & Martyri adscribit 26. Hieronymus inique invadit 27 28. &c. Galeus inepte inter Pythag. scripta retulit 33. an in iis nulla mentio Christi, Spiritus S. & Apostolorum 38. 39. S. Maximi Sententiae iis simillimae 59. Imitati sunt eas alii 74. 75. Magni habentur apud Syros 75. 76. temere damnantur in Pseudo Decreto Gelasiano 79. Earum collectio ex monumentis Graecis 86. 89 non prorsus latent in Eccl. Occid. 89 primo inter Germanos eduntur, a B. Rhenano 92. 93. deinde, Hildeshemio 93. editiones rarissimae sunt 102. Censura Braschbellensis 93. Baronii 96. Noristi 98. Bailletti 99. Dupinii 99 Rich. Simonii 100. Lutheranorum 101. Reformatorum 103
Solanus notatur. 112
Σοφία Christum notat 45. 46. 134. 210
Σπαταλαῶν 197
Spiritus S. sub nomine Sapientiae indicatur 47. an spiraculum vitae fuerit, Adamo inspiratum 47. inhabitat homines, 143. cur de eo parcus quidam Patres locuti sint 143. Θεὸς ὁμοιος 143
Speculum Dei anima Sapientis 375
Spoliatio ferenda 130
Sponsionis Vocabulum baptismum respicit. 51
Sponte facias quod faciendum 336
Stella laudatur. 9
Stephani Actis fides certa 7. Sub Stephani Pontificatu disputatum de rebaptizandis haereticis 110
Stephanus notatur. 279
Stoici aliquid praeseferunt, quod Christianismum proxime accedit, 15 16. hominem putant in se habere fontem aliquem bonitatis 144. misericordiam in vitio posuere, 307. Fatum Stoicum refutatur. 364
Stulti videntur Christiani 234
Suaresius inepte Epictetum Nili Opusculis inserit 13. 14
Superflua nocent 197
Suspicio malitiae etiam fugienda 214
Syri magni faciunt Sixt. Sent. 75. 76

T.

T *Aciturnitas quando nocet, loquendum.* 208
Taberna notatur 265
Templum Dei, Pius 149
Tempori parcat Sapiens 256
Testis omnium factorum Deus 285
Θεότης quomodo a Patribus distinguitur 53
Sine Θεωρίᾳ nil agit Sapiens 285. 286
Theauri nec defodiendi nec quarendi. 283
Θρησκεία 150
Θυσία Deo grata 150
Toletanum Concilium CCXLVI. celebratum fabulosum 109
Trinitatis SS. an Sixtus mentionem fecerit 39. 40
Trappe Job. Anglus 274
Turpe est omne malum 226. 176
Tyrannus beatitudinem auferre nequit 336

V.

V *Alentini quos pro electis habent* 121
Vastenenses Moniales adversus Evang

INDEX.

- doctrinae auditum aures obstruxerunt 346
 Vaticana Bibliotheca condita 3. aucta 4
 Vavassor. Franc. 273
 Ventri belluae imperandum 265. 246. 359
 Verbo qui non peccat, unitur Deo 212. Levius est omne vulnus, quam verbum 217. Verbum inane non fundatur 203
 Verba semper pia sint 238. Verborum simplicitatem amat Veritas 217
 Verba sine sensu opprobria 204. Sub Verbi Elogio Christus saepe exprimitur 41. &c. 45
 Verbum Dei caute communicandum 314 ut Deus honorandum 316. 317. suscepturis predicandum 318. animam pascit 351. est παρακαταθήκη 223. Verbi D. fontes omnibus referandi 154
 Per V. D. ascendit anima 355
 Verecundia cum παρρησία conjungenda 257
 Veritas an detur 204. cum Sapientia pari passu ambulat 210. verborum simplicitatem amat 217. Christum saepe notat 205
 Vestimentum animae Corpus 311. 374.
 Vicecomes de ritibus Bapt. laudatur 245
 Victorellus notatur 6
 Vides Deum intuendo Deum 372
 Vinbold G. A. Rect. Zwicc. 24
 Virginitate multi abusi sunt 246
 Vitalis Jo. versus laudantur 3
 Vituperium indignorum flocci facias 282
 Vita sit venerabilis 146. est ut mores tui sunt 300. 301. commendatur a Ser-mone 213
 Vivere secundum Deum quid 342 Re-ete vivere in nobis est 258. bene vivere non potest, non bene credens 225
 Voluntarie facias quod faciendum, 336 337
 Voluptatum Patroni recentiores mo-rum Magistri 244. Voluptatis cupi-dus meliora nescit 184. a Deo non ex-auditur 162. ad omnia inutilis 211.
 Voluptatis fluxae probra perpetua 267
 Vossii judicium de Sixt. Sent. 105. nota-tur. 106. 112.
 Vulgati Codicis emendatio per Caraf-fam. 4
 Vulgi iracundiam ne provoces 309
 Uxor castae pretium 247. Uxorem di-mittens careat alio consortio 246
 uxorem ducere quomodo pessimum di-catur. 241
 W.
 Whitakeri Judicium de Sixt. Sent. 105
 X.
 Xylander notatur 280
 Xystus an Sixtus scribi debeat 5. 6. 29
 Xystus unde derivetur 5. 6
 Xystus Pythagoreus non confundendus cum Sixto nostro 6
 Y.
 Υιοθεσία fidelium 155. 156
 Υπωπιζομὸς 310
 Z.
 Zamchascenus 299
 Zwickerus a Bullo refellitur. 42

FINIS.

Præter omnem diligentiam accidit, ut quædam
 errata irreperent, quorum nonnulla corrigimus, reliqua
 benigno Lectori emendanda committimus.

Pag.	Error.	Correctio.
1	<i>Ponficatus</i>	Pontificatus
7	<i>Paptista</i>	Baptista
16	<i>Vulgus</i>	Vulgi
19	quæ ad oram scripta ad p. 22. refe- renda, & vice versa.	
20	lin. 26. & delendum.	
24	lin. 13. inferatur, <i>Georgio</i>	
25	<i>Antonins</i>	Antonius
29	lin. 16. Punctum loco Commatis. <i>faciliorumque</i>	facilioremque
32	in Ora, <i>more</i>	mere
35	lin. 21. <i>post nostrum</i> , Comma inferatur	
36	<i>tameu</i>	tamen
39	<i>Apostolus</i>	Apostolos
45	lin. 20. <i>extra</i>	contra
57	lin. 9. <i>possunt</i>	debent
62	ad oram <i>Sixte</i>	Sexto
70	<i>replet</i>	replent
87	lin. 7. add. Syr. 42. v. 6. ubi tota Sen- tentia. lin. 22. ἐπιλαβεῖν lin. 26. LXXXIIX.	ἐπιμέλειαν Tom. II. S. LXVIII. p. 658.
143	lin. 13. <i>quod hic fecit</i>	quod hic non fecit
154	ἐκδημήσαι	ἐκδημήσαι
162	<i>existi</i>	existimo
169	<i>succinctus</i> lin. 22. inferatur Deus	succinctum
171	<i>nefanda</i> lin. 3. <i>citatus</i>	Nefanda citis
177	<i>Juliana</i>	Julianea
182	<i>mali actus</i>	mala actio
186	<i>Rossalius</i>	Rossalius
201	<i>scribebat</i>	sciebat

Pag.	Error	Parall.	Correctio.
205	<i>Pauli</i>	σιν	
208	σιλῶν		
240	Sent. 232. <i>communis ultimo deleatur.</i>		
260	<i>honorarent</i>	honoraret	
290	<i>Inimium</i>	Inimicum	
317	ἀπαγορεύετε	ἀπαγορεύεται	
323	lin. 2. <i>dum</i>	tum	
	lin. 10. <i>Matt</i>	Matt.	



Datum der Entleihung bitte hier einstampeln!

11. Aug. 1995

SACHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



2 0116389

1. Ex. Patr. Lat 255 = 2

2. Ex. (Ers.)

1 Kirchen vater

32

8°

3127
7x

